This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

BIB. COLL.
PICTAV. S.J.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

0250/22

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATEM VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXII.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXII CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

APOLOGETICA.

Demonstratio evangelica. *col.* 9
Liber contra Hieroclem. 795

EXEGETICA.

De nominibus Hebraicis. 877
Quæstiones evangelicæ. 877
Quæstiones ad Stephanum. 879
Quæstiones ad Marinum. 937
Supplementa Quæstionum ad Stephanum. 957
Supplementa Quæstionum ad Marinum. 983
Supplementa minora Quæstionum ad Marinum. 1007
Eclogæ propheticæ. 1017
Fragmenta de vitis prophetarum. 1261
Fragmenta ex libro Eusebii deperdito cui titulus : *Generalis elementaria introductio.* 1271
Canones decem Harmoniæ Evangeliorum. 1273
Canones. 1277

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ

—

EUSEBII PAMPHILI

DE DEMONSTRATIONE EVANGELICA

LIBRI DECEM

INTERPRETE BERNARDINO DONATO, VERONENSI.

(Ex edit. Paris. 1628, Colon. (Lips.) 1683; Oxon. 1812. — Accedit supplementum a J. A. Fabricio evulgatum proœmium scilicet et capita III priora, cum ipsius operis epilogo.)

—

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

(Ed. Paris. 1628.)

Illustrissimo ac integerrimo viro domino D. Hacquevilleo, augustissimi Galliarum senatus primo Præsidi S.

Bene ac feliciter nobis universæque Galliæ cessisse omnes existimaverunt, illustrissime Præses, cum ab excessu amplissimi senatus principis, patria diuturniore, quam consueverat, tempore consternata, subitum luctum ac desiderium tanti Præsidis tua in ipsius locum promotione deposuit. Ex quo rerum omnium agendarum tempora sic illuxerunt, tanta in animos omnium irrepsit lætitia, ut vix aliud optatius quod vellent, aut quod pristinas ægritudines ex recenti jactura conceptas vehementius allevaret, contingere potuisse crederent. Utque reipublicæ rebus quondam perturbatis animadversum est, post Cannensem illam cladem secundo Marcelli ad Nolam prælio, populum Romanum primum erigi, ac deinceps ad optatos exitus afflante fortuna provehi cœpisse : sic post unius viri amissi calamitatem, simul atque ad augustiorem illam principemque senatus dignitatem, non favitoribus, ut ait Comicus, sed virtute ambiendo pervenisti, lugubria omnia procul eliminata, et prosperæ res deinde permultæ consecutæ sint. Quæ aliis inde accesserint commoda, magis ipsis quibus illa contigerunt fruenda, quam pluribus prædicanda relinquimus. Noster vero ordo, nostra societas, et veluti litteraria quædam sodalitas, quasi ex longiore veterno revocata, in eam spem erecta est, ut te sacrum Themidos clavum tenente, bonarumque litterarum custode, doctorum omnium fautore, ipsiusque humanitatis assiduo vindice, pristinum vigorem, decus ac celebritatem brevi se recepturam auguretur. Quæ nos eo res adduxit, ut quem præ manibus habemus auctorem diem aspicere gestientem Eusebium Pamphili *De demonstratione evangelica*, hoc est de fidei Christianæ veritate graviter disserentem, tuo potissimum nomini consecrare, non tam e re nostra esse, quam publicæ congratulationis interesse putaremus. Nam cum humani te juris assertorem acerrimum et alias, nunc vero maxime ad supremum curiæ regni fastigium per omnes honorum gradus evectus præbeas, cui pietatis et sinceræ religionis cura magis incumbat, si a te abierimus fortasse reperiemus neminem. Sic Eusebius noster Pamphilo suo in fide tuenda fidus adhæsit comes, ut Pamphili etiam cognomen sibi adjungi voluerit. Nec aliud dignitati tuæ morumque suavitati nomen aptius potuit occurrere, quam istius, quod omnium communem amorem ac benevolentiam indicaret. Quare si in tam propensi omnium in te amoris, tuæque in omnes charitatis publicum testimonium, singulorum ordinum ac societatum congratulationes certatim in te fieri nuper vidimus, postquam in excelsissimo illo purpuratorum Patrum culmine consedisti, quid tandem nobis animi ad munuscula undique comparanda, flosculosque et serta musarum ex hortulis colligenda, tuæque

Digitized by Google

celsitudinis pedibus admovenda esse debuit, quorum spes omnis prope et ratio, imo præsidium portusque tutissimus in tui muneris amplitudine atque sollicitudine videtur esse constitutus. Accipies igitur, illustrissime Præses, quo studio, quaque consuevisti humanitate, sacra doctrinæ veræque pietatis monumenta, id quod nunc ipsa nobis objecit occasio, Eusebii scilicet Pamphili Cæsariensis *De evangelica demonstratione* utilissimas Commentationes, quæ honorarii cujusdam muneris instar esse possint, quale magistratibus novissime in provincias a principe missis, animi benevoli testandi causa offerri solebat, ut tanto studiosius et diligentius reipublicæ consulerent, quanto majore et publicis omnium votis illius administrandæ curam susceperant. Vale.

Anno salutis 1628.

Celsitudini tuæ addictissimi,

Michael Sonnius.
Sebastianus Cramoisy.
Carolus Morrellus.

GALLANDIUS LECTORI.

(*Bibliotheca vet. Patr.*, tom. IV, Proleg., p. XXII, et p. 461.)

I. *Eusebii Cæsariensis* Demonstratio evangelica *suppleta.*

Quandoquidem temporum ordo ad Eusebium Cæsariensem nos deduxerat, nostra interesse censuimus, ut procœmium et capita III priora libri I Eusebianæ *Demonstrationis evangelicæ* una cum ipsius operis epilogo, quæ in hactenus vulgatis editionibus desiderabantur, typis excudenda traderemus. Ea vero accepta referimus eruditissimo Joanni Alberto Fabricio; qui haud ita pridem isthæc præclari operis supplementa ex ms. codice bibliothecæ celsissimi Walachiæ principis Joannis Nicolai Maurocordati desumpta, bonis litteris bene cupiens, cum sua interpretatione evulgavit (*a*).

II. *Permultis in locis* Demonstrationis evangelicæ *Arianum se prodit Eusebius. Hac de re nonnulla proferuntur specimina Arianica. Eusebii placita interpres de industria ad catholicam sententiam detorquet.*

Hic porro lectores monitos velim, *Demonstrationem* Eusebii *evangelicam* propterea mihi dictam *præclarum opus*, quod multa plane in eo libro præclare dixerit auctor, veritatemque Christianæ religionis adversus Judæos potissimum ex sacris Veteris et Novi Testamenti litteris maxime propugnarit. Verum in permultis ejusdem operis locis haud obscure prodit semet Eusebius Arianorum sectæ addictum; quorum placita subinde inculcat et urget, nedum sibi probata demonstret. Quod quidem ut pateat, unum tantummodo locum in medium proferam, quo auctor propalam Arianæ hæreseos virus effundit. Siquidem postquam ad Christum retulit illud Sapientiæ VII, 26 : *Splendor est luminis sempiterni, speculumque immaculatum divinæ efficientiæ, et imago bonitatis illius;* illudque præterea Pauli ad Hebræos I, 3 : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus :* his, inquam, relatis docet Eusebius atque evincere nititur, substantiam et deitatem Filii aliam esse a paterna et diversam ac separatam, ipsique multo inferiorem. Sic enim ille (*b*) : « Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest : *Filius vero seorsum a Patre per se ipsum subsistit,* » Ὁ δὲ Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ἐφέστηκε (leg. ὑφέστηκε). Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet : *Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per se ipsum substantia præditus,* Ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Rursum splendor simul cum lumine exsistit, illudque quodam modo complet; nam sine splendore lumen nequaquam substiterit, simulque cum illo ac secundum illud subsistit : *at Pater prius quam Filius exsistit, et ante generationem ejus exsistebat, quatenus solus ingenitus erat :* » Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γεννήσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν, » κ. τ. λ. Complura vero ejusmodi loca eo in opere Arianica labe notata videas apud viros doctissimos, Maranum (*c*) et Montfauconium (*d*); quorum alter præterea animadvertit (*e*), *Demonstrationis evangelicæ* interpretem de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsisse. Sed pro munere nostro satis hæc sunto.

(*a*) Fabric. in *Delect. argum.*, pagg. 1-22. Hamb. 1725.

(*b*) Euseb. *Demonstr. evang.* lib. IV, cap. 3, pag. 147.

(*c*) Maran. *Divin. D. N. J. C.*, lib IV, cap 27, § 3, et cap. 28, § 4, pagg. 584, 598, 601.

(*d*) Montf. Prælim. ad tom. I *Collect. PP. Græc.* pagg. XV-XXIX.

(*e*) Id. ibid. § 5, pag. XIX.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΤΩΝ ΕΙΚΟΣΙ ΒΙΒΛΙΩΝ ΤΑ ΔΕΚΑ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ

—

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

EX VIGINTI, LIBRI DECEM.

LIBER PRIMUS.

—

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Προοίμιον.

α'. *Τίνα καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.*

β'. *Τίς ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβείας τρόπος.*

γ'. *Ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατάλληλος ἦν ἡ κατὰ Μωϋσέα πολιτεία.*

δ'. *Τί δή ποτε τὰ παρὰ Ἰουδαίοις ἀποδεχόμενοι λόγια, τὸν παρ' αὐτοῖς βίον παρητησάμεθα.*

ε'. *Τίς ὁ τοῦ Χριστοῦ τῆς Καινῆς Διαθήκης τρόπος.*

ς'. *Τίς ὁ κατὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην κατηγγελμένος ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις βίος.*

ζ'. *Πῶς ὁ Χριστὸς τὰ παρὰ Μωϋσεῖ πρότερον ἐντελέσας, καινῆς καὶ νέας εἰσαγωγεὺς κατέστη πολιτείας.*

η'. *Ὡς εἰς δύο τρόπους ὁ κατὰ τὸν Χριστιανισμὸν διήρηται βίος.*

θ'. *Τί δή ποτε μὴ ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς, καὶ παρ' ἡμῖν τὰ τῆς πολυπαιδίας σπουδάζεται.*

ι'. *Τίνι λόγῳ μὴ καὶ ἡμῖν ὁμοίως τοῖς παλαιοῖς θυμιᾶν καὶ θύειν τῷ Θεῷ τὰ γεώδη παραδέδοται.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἰδοὺ δή σοι, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, Θεόδοτε, ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε, σὺν Θεῷ καὶ σὺν αὐτῷ γε τῷ Σωτῆρι ἡμῶν τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, μετὰ τὴν πρώτην προπαρασκευὴν τῆς εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως ἐν ὅλοις πεντεκαίδεκα συγγράμμασι διαπεπονημένοις ἡμῖν, μέγα τοῦτο πρὸς ἡμῶν ἐξανύεται. Δέχου δῆτα, ὦ φίλη κεφαλή, τὴν αἴτησιν, καὶ ταῖς εὐχαῖς ἡμῖν συμπόνει, τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν ἤδη λοιπὸν ἐκ τῶν

HÆC INSUNT IN PRIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

Proœmium.

1. *Quænam et quanta in hacce tractatione promittantur.*

2. *Quisnam sit modus colendi Dei ex Christianismi præcepto.*

3. *Quod conditio reipublicæ Mosaicæ non fuerit omnibus gentibus conveniens.*

4. *Quanam de causa, cum omnium Judæorum oracula acceperimus, eorumdem vivendi institutum recusarimus.*

5. *Quisnam modus Novi Testamenti, cujus Christus est auctor.*

6. *Quænam sit ea, quæ in Novo Testamento omnibus hominibus a Christo denuntiata est, vita.*

7. *Quomodo Christus, postquam ea quæ a Mose tradita sunt, plene observavit, novæ rationis et legis introductor exstitit.*

8. *Quod quæ Christianismum amplexa est vita in duas species divisa est.*

9. *Quam ob causam non ut prisci illi, ita nos quoque numerosæ soboli operam damus.*

10. *Qua de causa non ita nobis, quemadmodum priscis incendere, et sacrificare Deo terrestria permissum est.*

1 PROŒMIUM.

Ecce tibi, sacer homo Dei ac divina res inter episcopos, Theodote, post prius opus *De præparatione evangelica* quod totis quindecim libris elaboravimus, Dei atque ipsius Salvatoris nostri Deique Verbi auxilio, etiam præsens magnum hoc a nobis perficiendum suscipitur. Petitioni igitur nostræ, charum caput, locum concedito, precibusque tuis laborem nostrum adjuva, quo deinceps demonstra-

Digitized by Google

tionem evangelicam ex prædictionibus quæ a prima origine apud Hebræos promulgatæ exstant, exponere instituimus. Quomodo autem et qua ratione? ut nempe illis Deo charissimis, quos nosti omnium decantatos vocibus, Mose, inquam, et qui post hunc exsplenduerunt divinis beatisque prophetis ac sacris scriptoribus testibus utamur, atque ab illis prænuntiata ostendamus, quæ multis post demum sæculis in lucem prodita, atque per Salvatoris evangelicam demonstrationem in rem deducta sunt, quæque adhuc præsenti ætate in conspectu nostro perficiuntur, longe prius ab iisdem, divino Spiritu docente, percepta; ita ut absentia tanquam præsentia, et quæ nondum usquam erant, tanquam evidenter jam exsistentia intuerentur; nec hoc solum, sed etiam posteris scripto quæ olim essent futura præsignarent: ut jam alii quoque ex illis scirent futura cognoscerentque, et quotidie oraculorum illorum eventus et effectus præstolarentur. Qualia vero illa? infinita sane, aliaque omnivaria, et de omnibus communibus pariter et particularibus, quæque jam singulos spectarent homines, jam integras universitates; proprieque de rebus Hebræorum, atque similiter de externis gentibus; ut sunt eversiones urbium, temporum mutationes, rerum vicissitudines, adfuturorumque bonorum præsentiam, et contraria immittenda mala, ut gentium subjugationes ac servitutem, urbium obsidiones, integrorum regnorum eversiones vel instaurationes, atque alia infinita longis post temporibus eventura prænuntiavere. Verum hæc singula enumerari a nobis, præsentis instituti ratio neutiquam postulat. Itaque quamplurimis interim in aliud tempus dilatis, facile vel ex horum quæ afferemus veritate, etiam illorum quæ silentio præterimus, fides demonstrabitur.

A ἀνέκαθεν παρ' Ἑβραίοις ἀναχειμένων προῤῥήσεων παραστήσασθαι πειρωμένοις. Πῶς δή, καὶ τίνα τρόπον τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους, οἶσθα δήπου τοὺς βωμένους παρὰ τοῖς ἀνδράσι, Μωϋσέα δή λέγω, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἐκλάμψαντας θεοπρεπεῖς, καὶ τοὺς μακαρίους προφήτας τε καὶ ἱερεφάντας, μάρτυσιν ἀποχρώμενοι, ἐξ αὐτῶν τ' ἐπιδεικνύναι προῃρημένοι τὰ μακροῖς ὕστερον αἰῶσιν εἰς φῶς ἐλθόντα, καὶ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελικῆς ἀπ ιδείξεως πραγματευθέντα, τά τε καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς εἰσέτι νῦν πρὸ ὀφθαλμῶν συντελούμενα θείῳ Πνεύματι προειληφότας· ὡς ἂν παρόντα τὰ μὴ παρόντα, καὶ τὰ μηδέπω μηδαμῶς ὄντα, ὡς ἐναργῶς ὄντα κατωπτευκότας· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέπειτα διὰ γραφῆς τὰ μέλλοντά ποτε ἔσεσθαι προμεμηνυκότας· ὥστε ἤδη καὶ B ἑτέρους ἐξ αὐτῶν εἰδέναι τε καὶ γνωρίζειν τὸ μέλλον δύνασθαι, ὁσημέραι τε προσδοκᾷν τῶν λογίων τὰ ἀποτελέσματα. Ποῖα δὲ ταῦτα; μυρία μὲν ἂν εἴη, καὶ ἄλλα παντοῖά τε, καὶ περὶ πάντων, κοινῶν τε καὶ τῶν ἀνὰ μέρος, καθ' ἕκαστόν τε ἄνδρα, καὶ περὶ τῶν καθόλου· ἰδίως τε ἀμφὶ τῶν καθ' Ἑβραίους πραγμάτων, καὶ αὖ πάλιν περὶ τῶν ἔξωθεν ἐθνῶν· οἷον δὴ πόλεων ἀναστάσεις, καιρῶν τε ἀλλαγὰς, καὶ πραγμάτων μεταβολὰς, μελλόντων τε ἀγαθῶν παρουσίας, καὶ τῶν ἐναντίων ἐπιφορὰς, ἀνδραποδισμοὺς ἐθνῶν, πόλεων πολιορκίας, τῶν καθόλου βασιλείων μετα στάσεις τε καὶ καταστάσεις, καὶ ἄλλα μυρία περὶ τῶν ἔσεσθαι μακροῖς ὕστερον χρόνοις μελλόντων, προεκήρυττον. Ἀλλ' οὐ τούτων γε παρὼν καιρὸς τὸν ἔλεγχον C ἡμᾶς ἀπαιτεῖ παραστήσασθαι· τὰ πολλὰ δὲ εἰσαῦθις ὑπερθεμένους, ἐκ τῆς τῶν παρατεθησομένων ἀληθείας ἠρέμα καὶ τῶν ἀποσεσιωπημένων τὴν ἀπόδειξιν πιστώσεται.

CAPUT I.

Quænam et quanta in hacce tractatione promittantur.

Quæ igitur nobis in præsenti ex propheticis vaticiniis ad evangelicam demonstrationem persequi e re videatur, cummaxime opportunum est exponere. Edixerunt nimirum prophetæ fore ut nominatim Christus, idemque Verbum Dei, ipseque Deus ac Dominus, et magnus quidam Angelus consilii inter homines versaturus esset, universo orbi, gentium Græcarum pariter et barbararum futurus Doctor D veræ cognitionis Dei et pietatis in Deum, universi opificem, sicut evangelicum profitetur præconium: illumque ipsum futurum puerum, filiumque hominis vocatum iri, ut qui genus ab hominibus ducturus sit, nasciturusque ex virgine, nova quadam atque inusitata generationis ratione. Et quod maxime dignum est admiratione, ne locum quidem nativitatis ejus Bethlehem, omnibus etiamnum hodie qui ad illum spectandum extremis ab terræ finibus accurrunt decantatum, silentio involventes præterierunt, sed et hunc claris verbis proclamaverunt: sicut etiam tempus adventus et apparitionis ejus, quo præcise ille inter homines versatus est, iidem veluti rebus prævertentes divino ore nuntia-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίνα καὶ ὁπόσα ἐπαγγέλλεται ἡ πραγματεία.

Τίνα τοίνυν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων εἰς τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν εὖ ἂν ἔχοι συντελεῖν, καιρὸς ἂν εἴη λέγειν. Χριστὸν ὀνομαστὶ καὶ Θεοῦ Λόγον, αὐτόν τε Θεὸν καὶ Κύριον, καί τινα μεγάλης βουλῆς ἄγγελον ἐπιδημήσειν ποτὲ εἰς ἀνθρώπους ἔφασαν, πάντων τε τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων διδάσκαλον ἀληθοῦς θεογνωσίας, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας καταστήσεσθαι, ᾗ τὸ εὐαγγελικὸν περιέχει κήρυγμα· καὶ τοῦτον αὐτὸν παιδίον ἔσεσθαι, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κληθήσεσθαι, γένος τε ὅθεν κατάξει· καί τινα ξένον ἐκ παρθένου τρόπον αὐτοῦ τῆς ἀποτέξεως· καὶ τό γε παραδοξότατον, ὅτι μὴ πᾶσι τοῖς ἐκ περάτων γῆς εἰσέτι σήμερον ἐπὶ θέαν σπεύδουσι βοώμενον, τῆς ἐν Βηθλεὲμ γενέσεως αὐτοῦ χωρίον, σιωπῇ δόντες παρῆλθον, ἀλλά καὶ τοῦτο λευκοῖς ὀνόμασιν ἐξεβόησαν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ, καθ' οὓς ἀκριβῶς οὗτος ἐπεδήμει τῷ βίῳ, ὥσπερ φθάσαντες οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν πραγμάτων ἐθέσπισαν. Πάρεστι δέ σοι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὴν σπουδὴν, ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἐν ταῖς δηλουμέναις προφητικαῖς προῤῥήσεσι πᾶσας

Digitized by Google

ὁμοῦ περιεχομένας τὰς ὑπὸ τῶν θεσπεσίων εὐαγγελι- A
στῶν μαρτυρουμένας αὐτοῦ δὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν
Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παραδόξους θαυματουργίας, καὶ
τὰς ἐνθέους αὐτοῦ καὶ παναρέτους περὶ τῆς ἀληθοῦς
εὐσεβείας διδασκαλίας. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν, ὅτε καὶ
τὸν νέον τῆς εὐσεβείας τρόπον, τὸν (1) πρὸς αὐτοῦ
πᾶσιν ἀνθρώποις κατηγγελμένον, διαῤῥήδην ἀνακη-
ρύττουσι, κλῆσίν τε μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ Καινῆς Δια-
θήκης διδασκαλίαν; Ναὶ μὴν ἐπὶ τούτοις καὶ τὰς Ἰου-
δαίων εἰς αὐτὸν ἀπιστίας καὶ ἀντιλογίας, ἀρχόντων
τε ἐπαναστάσεις, διδασκάλων φθόνους, ἑνὸς μαθητοῦ
προδοσίαν, ἐχθρῶν διαβολὰς, συκοφαντῶν κατηγορίας,
δικαστῶν κατακρίσεις, ὕβρεις ἀτίμους, μάστιγας
ἐκτόπους, δυσφήμους λοιδορίας, ἐπὶ πᾶσι τὸν ἐπονεί-
διστον θάνατον· αὐτοῦ τε ἐπὶ τούτοις σιωπὴν θαυμά-
σιον, πραότητά τε καὶ καρτερίαν, ἀμήχανόν τε ὅσην B
ὑπομονὴν καὶ ἀνεξικακίαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἀντικρυς
περὶ ἑνὸς ἐν ὑστάτοις ποτὲ χρόνοις ἤξοντος, καὶ τοι-
αῦτα ἐν ἀνθρώποις πεισομένου, σαφῶς δι' ὧν προειλή-
φασι, τὰ παλαίτατα Ἑβραίων παρίστησι λόγια, ἐπι-
μαρτυρούμενα τὴν μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβίω-
σιν τοῦ δηλουμένου, τὴν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς φανέ-
ρωσιν, τὴν τοῦ θείου Πνεύματος εἰς αὐτοὺς μετάδοσιν·
τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, τὴν Πατρὸς ἔνθρονον
βασιλείας ἵδρυσιν, τὴν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ βίου δευτέ-
ραν αὖθις ἐσομένην ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν. Ἐπὶ
πᾶσι τούτοις θρήνους ἀκούσῃ καὶ ὀλοφυρμοὺς ἑκάστου
τῶν προφητῶν διαφόρως ὀλοφυρομένου, καὶ ἀποκλαι-
ομένου, ὅσα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τῆς εἰς τὸν προκη-
ρυχθέντα δυσσεβείας ἕνεκα μετελεύσεσθαι κακὰ ἔμελ- C
λεν, ὡς τὸ βασίλειον αὐτῶν, ἄνωθεν ἐκ πατέρων εἰς
ἐκείνους διαρκέσαν τοὺς καιροὺς, παντελῆ καθαίρεσιν
μετὰ τὴν κατὰ Χριστοῦ τόλμαν αὐτῶν ὑπομενεῖ· ὡς
οἱ πάτριοι αὐτῶν νόμοι καταλυθήσονται, ὡς τῆς πα-
λαιᾶς θρησκείας αὐτῶν ἀποστερήσονται, ὡς τῆς ἐκ
προγόνων αὐτονομίας ἐκπεσοῦνται· ὡς ἀντ' ἐλευθέ-
ρων δοῦλοι τῶν ἐχθρῶν καταστήσονται, ὡς ἡ βασιλικὴ
μητρόπολις αὐτῶν πυρίκαυστος γενήσεται, ὡς τὸ σεμ-
νὸν αὐτῶν καὶ ἁγνὸν ἱερὸν ἐμπρησμὸν καὶ ἐσχάτην
ἐρημίαν ὑπομενεῖ· ὡς ἀντὶ τῶν πάλαι οἰκητόρων
ὑπὸ ὁμοφύλων (1*) ἐθνῶν ἡ πόλις αὐτῶν κατοικισθή-
σεται, ὡς εἰς πάντα τὰ ἔθνη καθ' ὅλης οἰκουμένης
διασπαρήσονται, ὡς οὐκέτ' αὐτοῖς ἡ τῶν κακῶν παῦ-
λα, οὐδέ τις ἀνάνευσις τῶν συμφορῶν ἐλπισθήσεται·
ἃ καὶ τυφλῷ, φασὶ, δῆλα, εἰσέτι νῦν τὴν τῶν λόγων D
δύναμιν αὐτοῖς ἔργοις ἐνδείκνυται, ἐκ πρώτης αὐτῆς
ἡμέρας, ἐξ ἧς ἀθέους ἤραντο κατὰ Χριστοῦ χεῖ-
ρας, τὴν τῶν κακῶν ἀρχὴν εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμενοι.
Οὐκ ἦν δ' ἄρα τοῖς θεσπεσίοις ἀνδράσιν ἐπὶ σκυ-
θρωποῖς τὰ τῶν προῤῥήσεων ἱστάναι, οὐδὲ μέχρι τῶν
λυπηρῶν ἐπιτείνεσθαι τὴν πρόγνωσιν· ἀλλὰ γὰρ εἰς
τὸ φαιδρὸν μεταβάλλοντες, αὖθις ἀγαθῶν ἀγγελίας
ἀθρόως ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρου-
σίᾳ προεκήρυττον, ἀντὶ τῆς ἑνὸς ἔθνους ἀποβολῆς
πᾶν ἔθνος καὶ γένος ἀνθρώπων θεογνωσίαν εὐαγγε-
λιζόμενοι, καὶ δαιμόνων ἀποφυγὴν, ἀγνωσίας τε καὶ
πλάνης ἀπαλλαγὴν, φωτός τε καὶ εὐσεβείας ἀνά-

vere. Licebit etiam tibi studiose admoventi operam, videre ad oculum in propheticis quæ proditæ sunt prædictionibus, universa simul comprehendi testata divinis evangelistis ipsius Salvatoris nostri Jesu Christi stupenda miracula, divinasque ejus et plenas omnis virtutis de vera pietate doctrinas. Et quid mirum hoc, cum et novam rationem pietatis omnibus hominibus ab eo commendandam perspicue prædicent, vocationemque discipulorum ejus ac Novi doctrinam Testamenti. Nec minus certe præterea Judæorum in ipsum incredulitatem et contradictiones, principum insurrectiones, doctorum invidiam, unius discipuli proditionem, calumnias hostium, sycophantarum accusationes, judicum condemnationes, turpes ignominias, flagella gravissima, infamia probra, et super omnibus hisce mortem contumeliosam. Ipsius ad hæc admirandum silentium, lenitatem et constantiam, incredibilemque quantam patientiam malorumque tolerantiam. Hæc omnia diserte de uno quodam in postremis olim venturo temporibus atque inter homines talia exantlaturo perspicue prænuntiant, traduntque antiquissima Hebræorum oracula; simulque testantur eumdem post mortem iterum reversurum in vitam, discipulis suis appariturum, divinumque Spiritum in illos emissurum. Reditum item ejus memorant in cœlos, firmamque in throno regni Patris sedem, atque in consummatione sæculi futurum iterum alterum ejus adventum gloriosum. Super omnibus hisce threnos percipies atque ejulatus singulorum prophetarum multifariam quiritantium atque deplorantium quanta populo Judaico ob impietatem in hunc patratam sustinenda essent mala: quod regnum ipsorum a patrum temporibus usque ad illorum ætatem continuatum, funditus esset evertendum post ea quæ in Christum ausi fuissent: quod patriæ ipsorum leges dissolvendæ, quod ipsi veteri cultu suo religioso privandi, atque libertate avita exuendi, quod pro liberis servi hostium futuri essent: quod regia ipsorum metropolis tradenda flammis, et religiosum illorum et sanctum templum conflagraturum atque extremam experturum solitudinem: quod pro avitis incolis urbs eorum alienis inhabitanda nationibus, quod in omnes gentes per totum orbem terrarum dispergendi, quod nulla amplius a malis requies, neque a calamitatibus respiratio speranda illis foret: quæ cæco, quod aiunt, manifesta, etiam nunc verborum vim rebus ipsis demonstrant, cum a prima illa die qua impias manus Judæi in Christum tulerunt, malorum initium in se contraxerint. Non libuit autem divinis prophetis prædictiones suas in mœstis finire, neque ultra tristia extendere vaticinandi facultatem, sed ad pulchrum conversi iidem vicissim bonorum significationes magno numero, omnibus hominibus Christi adventu impertiendorum prænuntiaverunt: fore scilicet, ut pro unius gentis rejectione, omnes

(1) Sic correximus pro τοῦ. Edit. Patrol.

(1*) Leg. ἀλλοφύλων.

Digitized by Google

populi et nationes hominum per Evangelium edoceantur veri Dei cognitionem, dæmonas deserant, ignorantiamque exuant et errores, lux autem ac pietas longe lateque resplendeat : ut a Christi discipulis universus orbis repleatur ejus dogmate, ut Evangelium ab illis doceantur omnes homines novam miramque complectens pietatis rationem : atque ut Ecclesiæ Christi per eosdem in omnibus gentibus constituantur, et unus populus Christianus nominetur per universum qua patet incolis orbem terrarum. Futurum esse etiam, ut quæ subinde a principibus regibusque contra Ecclesiam Christi excitandæ sint persecutiones, nihil ad evertendam illam valeant, utpote quæ Dei robore firmatur. Hæc et tanta cum ab Hebræorum theologis proclamata fuerint, atque etiamnum omnibus palam illarum rerum eventus se ostendat, quis non divinum illorum virorum spiritum admiretur? quis non disciplinam et dogmata religionis ipsorum et philosophiæ fateatur genuina ac verissima esse? siquidem demonstrationem præ se ferunt non quidem compti atque ornatis verbis, neque vi dicendi aut perversi artificii argumentationibus ad decipiendum comparatis, sed simplici et remoto a fraude doctrinæ genere, cujus genuinæ sinceræque veritati fidem facit virtus et cognitio Numinis quæ in divinis illis viris fuit. Qui igitur potuerunt res, quæ longis sæculis post evenerunt, tot millenis ante annis, non humano sed divino videre spiritu, quidni digni fide sint ut dogmata quæ discipulos suos edocuerunt, vera esse credantur? Probe etiam novi usitatum esse omnibus, qui Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum eumdem vere Christum Dei esse, ita ut par est, instituunt demonstrare, ante omnia facere fidem, quod non aliter in eum quam propheticis testimoniis de eo editis congruenter credant : deinde et hoc ipsum coram omnibus cum quibus in sermonem descendunt, haud diffiteri, quod singularis studii ac laboris sit, singula capita Evangelii posse demonstrationibus suis firmare. Unde necessario ad hoc ipsum delatus, Dei auxilio tentabo secundum prænuntiata ex ipsis illis Hebræorum theologis, integram universæ evangelicæ demonstrationis tractationem tradere. Quod vero studium præsenti opere a me impenditur, non Judæis oppugnandis, ut putet aliquis, est destinatum, apage; tantum enim ab hoc abest, ut potius pro illis, si sanam mentem afferant, faciat : firmat siquidem Christianam rem petito a longis ab hinc prædictionibus testimonio : rem Judæorum autem, ex perfecta prophetiarum quas illi habent impletione. Juvabit quoque Græcorum filios sive ethnicos, qui animis bene constitutis accesserint, per admirandam futurorum prænotionem rerumque secundum prædictiones eventum, simul ostendendo divinam atque certissimam dogmatum nostrorum veritatem, simulque solidiore demonstratione obturando linguas patronorum mendacii, quam nusquam nobis suppetere contendunt sycophantæ, etiam atque

A λαμψιν· καὶ ὡς οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τὸν πάντα κόσμον τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἐμπλήσουσιν, ὅπως τε εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ Εὐαγγέλιον αὐτῶν κηρυχθήσεται, καινόν τινα καὶ ξενίζοντα τρόπον εὐσεβείας περιέχον· καὶ ὡς Ἐκκλησίαι Χριστοῦ δι' αὐτῶν ἐν ὅλοις τοῖς ἔθνεσι συστήσονται, καὶ ὡς ἑνὸς ὁ Χριστιανῶν λαὸς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀνομασθήσεται· καὶ ὡς αἱ τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ ἐπαναστάσεις οὐδὲν εἰς τὸ καθελεῖν αὐτήν, ὡς ἂν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κραταιουμένην, ἰσχύσουσι. Τοσούτων διὰ τῶν καθ' Ἑβραίους θεολόγων ἀναπεφωνημένων, καὶ εἰς δεῦρο πᾶσιν εἰς φανερὸν τὰς ἐκβάσεις ἐπιδεικνυμένων, τίς οὐκ ἂν τὸ ἔνθεον ἀποθαυμάσειε τῶν ἀνδρῶν; τίς δ' οὐχὶ τῆς κατ' αὐτοὺς θεοσεβείας καὶ φιλοσο-
B φίας τὰ μαθήματά τε καὶ τὰ δόγματα κύρια καὶ ἀληθῆ εἶναι ὁμολογήσει; τὴν ἀπόδειξιν παρεχόμενα οὐκ ἐν λέξεσι κεκομψευμέναις, οὐδ' ἐν δεινότητι λόγων, ἢ κακοτέχνοις ἀπάταις συλλογισμῶν· ἐν ἁπλῇ δὲ καὶ ἀπανούργῳ διδασκαλίᾳ, ἧς τὸ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τῆς ἀληθείας ἡ τῶν θεσπεσίων αὐτῶν ἐκείνων ἀνδρῶν ἀρετή τε καὶ θεογνωσία παρίστησιν. Οἱ γοῦν τὰ μακροῖς αἰῶσιν ὕστερον εἰς φῶς ἐλθόντα πόῤῥωθεν μυρίοις ἄνωθεν χρόνοις οὐκ ἀνθρωπίνῳ, θείῳ δὲ πνεύματι κατοπτεῦσαι δεδυνημένοι, πῶς οὐκ ἄξιοι ἂν εἶεν καὶ περὶ ὧν τοὺς φοιτητὰς ἐξεπαίδευον δογμάτων πιστεύεσθαι; Εἰ μὲν οὖν οἶδα ἀκριβῶς, ὅτι πρόχειρον ἅπασι, τοῖς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ὡς ἂν αὐτὸν ἀληθῶς ὄντα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ γνησίως παραδεδεγμένοις,
C πρῶτον μὲν πείθειν αὐτοὺς δοκεῖν, ὅτι μὴ ἄλλως εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασιν ἢ ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητικαῖς μαρτυρίαις ἀκολούθως· ἔπειτα τοῦτ' αὐτὸ καὶ πᾶσιν, οἷς ἂν εἰς λόγους καταβαίνοιεν προβάλλεσθαι· μὴ μὴν ῥᾳδίως τὸ ἐπάγγελμα πιστοῦσθαι ταῖς ἀποδείξεσι δύνασθαι. Ὅθεν ἀναγκαίως ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸ παρελθών, σὺν Θεῷ βοηθῷ, κατὰ τὰ ἐπηγγελμένα τὴν ἐντελῆ πάσης τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως πραγματείαν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων παραστήσασθαι πειράσομαι. Σπουδαιολογεῖται δέ μοι ἡ γραφή, οὐχ ὡς ἄν τις φαίη κατὰ Ἰουδαίων, ἄπαγε, πολλοῦγε καὶ δεῖ· πρὸς αὐτῶν μὲν οὖν, εἰ εὐγνωμονοῖεν, τυγχάνει· συνίστησι γὰρ τὰ μὲν Χριστιανῶν
D διὰ τῆς ἀνέκαθεν προῤῥήσεως ἐπιμαρτυρίας, τὰ δ' ἐκείνων διὰ τῆς τῶν παρ' αὐτοῖς προφητειῶν ἀποτελεσματικῆς συμπληρώσεως. Ἁρμόσειε δ' ἂν καὶ παισὶν Ἑλλήνων, εἰ εὐγνωμονοῖεν, διὰ τῆς παραδόξου τῶν μελλόντων προγνώσεως, τῆς τε τῶν πραγμάτων κατὰ τὰς προῤῥήσεις ἐκβάσεως· ὁμοῦ μὲν τὸ ἔνθεον καὶ ἀψευδὲς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀληθείας ἐπιδεικνυμένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰς τῶν ψευδηγόρων γλώττας ἐπιστομίζουσα διὰ τῆς λογικωτέρας ἀποδείξεως, ἧς οὐδαμῶς ἡμῖν οἱ συκοφάνται μετεῖναι διατείνονται, εὖ μάλα ὀσημέραι ταῖς καθ' ἡμῶν διατριβαῖς κατακράτος ἐπεντριβόμενοι. Οὐδὲν γοῦν ἡμᾶς δύνασθαί φασι δι' ἀποδείξεως παρέχειν, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας. Καὶ πρὸς οὖν τὴν τοιαύτην διαβολὴν οὐκ ἂν γένοιτο ἡμῖν ἄλογος ἡ παροῦσα πραγματεία. Ναὶ μὴν καὶ τῶν ἀθέων

Digitized by Google

αἱρέσεων τὰς κατὰ τῶν θείων προφητῶν ψευδοδοξίας τε καὶ βλασφημίας ἀπελέγξει διὰ τῆς πρὸς τὰ νέα τῶν παλαιῶν συμφωνίας. Τὴν μὲν οὖν μακροτέραν καὶ διεξοδικὴν τῶν προφητικῶν φωνῶν ἑρμηνείαν ταῦν ὁ λόγος ὑπερθήσεται, τοῖς βουλομένοις τούτων ἐξετάζειν καταλιπών, οἷοί τ' ἂν εἰπεῖν τὸν τρόπον. Διδασκάλῳ δὲ χρώμενος παραγγέλματι θείῳ φάσκοντι, « Κεφαλαίωσον ἐν ὀλίγοις πολλά, » τοῦτο ζηλῶσαι φιλοτιμήσεται· αὐτὸ μόνον ἀφορμὰς τῆς εἰς τοὺς τόπους θεωρίας, καὶ τῶν εἰς τὸ προκείμενον κατεπειγόντων, τὴν εἰς τὸ σαφὲς ἑρμηνείαν παραθησόμενος. Ἄλις μὲν δὴ προοιμίων· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἀποδείξεων ἄρξομαι. Ἐπειδὴ πολὺς ἦν ἐπιῤῥέων καθ' ἡμῶν ὁ τῶν συκοφαντῶν ὄχλος, μηδὲν δύνασθαι φάσκων δι' ἀποδείξεων ἐναργὲς ἀληθείας παρέχειν δεῖγμα, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς ἡμῖν προσιόντας, τούτους δὲ καὶ πείθειν οὐδὲν πλέον, ἢ σφᾶς αὐτοὺς θρεμμάτων ἀλόγων δίκην μύσαντας, καὶ εὖ ἀνδρείως ἔπεσθαι δεῖν ἀνεξετάστως ἅπασι τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις, παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν τῆς ἀλόγου χάριν πίστεως· εἰκότως διελὼν τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς ἐν τῇ προπαρασκευῇ τοῦ παντὸς λόγου, πρώτην μὲν τὴν τῶν πολυθέων ἐξεθέμην ἐθνῶν, ἐπεγκαλούντων ἡμῖν, ὅτι δὴ τῶν πατρίων θεῶν ἀποστάται κατέστημεν, ἐπὶ μέγα φαμένων τε, ὅτι τὰ βάρβαρα τῶν Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν, τὰ παρ' Ἑβραίοις ἀσπασάμενοι λόγια· δευτέραν δὲ τὴν αὐτῶν Ἰουδαίων κατηγορίαν, δι' ἧς καὶ αὐτοὶ δόξαιεν ἂν ἡμῖν ἐνδίκως ἐπιμέμφεσθαι, ὅτι δὴ ταῖς αὐτῶν Γραφαῖς καταχρώμενοι, οὐ τὸν ὅμοιον αὐτοῖς μέτιμεν τοῦ βίου τρόπον. Τούτων δ' οὕτως ἡμῖν διευκρινημένων, πρὸς μὲν τὴν πρώτην, ὡς οἷόν τε ἦν, διὰ τῆς *Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς* ἀπηντήσαμεν, Ἕλληνες μὲν εἶναι τοπρὶν ὁμολογήσαντες, καὶ ἐξ ἑτέρων ἐθνῶν τὰ Ἑλλήνων πεφρονηκότες, ἐκ πατέρων τε τῇ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένοι· οὐ μὴν μέντοι ἀλόγῳ καὶ ἀνεξετάστῳ ὁρμῇ, κρίσει δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ μετατιθέμενοι, τήν τε περὶ τὰ Ἑβραίων λόγια σπουδὴν κεχριμένως ἡμῖν καὶ εὐλόγως γεγενημένην παραστήσαντες. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ὥρα νῦν φράξασθαι, καὶ τὸ λεῖπον ἐπελθεῖν σκέμμα· τοῦτο δ' ἦν πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὕπω καὶ νῦν ἐξητασμένον, ἐνταῦθά δέ που κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς σπουδαζομένοις τῆς *Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως* ἀναπληρωθησόμενον. Φέρε οὖν, τὸν ἁπάντων Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων Θεὸν δι' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπικαλεσάμενοι, πρῶτον ἐκεῖνο διασκεψώμεθα, τίς ὁ τρόπος τυγχάνει τῆς καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς θεοσεβείας· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἁπάντων ἐπιθήσομεν τὰς λύσεις.

etiam quotidie omnibus viribus quando adversus nos disputant, huicce insistentes causationi, ut dicant, nihil nos posse demonstratione firmare, sed tantum ab iis qui ad nos accedunt fidem habendam exigere. Cui calumniæ retundendæ non inopportuna præsens tractatio futura est, sed et ostensa novorum cum veteribus concordia impiarum hæresium, falsas opiniones et blasphemias adversus divinos prophetas profecto revincet. Longiorem autem et uberiorem propheticarum vocum explicationem præsenti opere prætermittam illisque relinquam, qui has altius scrutari voluerint, atque ad hoc perficiendum fuerint idonei. Ego autem divino præcepto magistro usurus sum, quod « paucis multa comprehendere »[1] jubet, idque sectari omni studio annitar, tantummodo additurus, quæ ansam præbeant considerandis et intelligendis locis, perspicuamque eorum quæ ad propositum faciunt interpretationem exhibere queant. Sed procemiorum quidem satis : jam demonstrationes ordiri juvat. Cum enim frequens nobis insultaverit sycophantarum multitudo, affirmantium nihil nos posse evidenti veritatis ostensione demonstrare, sed tantum velle, ut credant qui ad nos veniunt, atque ita attendant : neque aliud quidquam illis persuasum iri, quam ut brutorum pecorum more, cæco impetu, nihilque examinantes strenue obsequantur omnibus quæcunque a nobis dicuntur, unde etiam fideles sive credulos ab bruta credulitate appellari contingat. Hinc non ab re dividendas quæ nobis objiciuntur calumnias existimavi, atque in præparatione universi operis, primo quidem loco, illam gentium multos colentium deos exposui, qui nobis vertunt vitio, quod patriorum deorum desertores facti sumus, et tanquam magnum aliquid objectant, quod barbara Græcis prætulimus et Hebræorum oracula fuimus amplexi. Alteram vero criminationem illatam a Judæis, qua et ipsi videntur nos haud injuria reprehendere, quod ipsorummet sacris usi litteris, non tamen eamdem vitæ rationem sectamur. Cum hæc igitur ita distincte exposita a nobis fuerint, priori quidem criminationi, ut res tulit, in *Præparatione Evangelica* occurrimus, confessi ethnicos initio nos fuisse atque ex cæteris gentibus, Græcos eorumque opiniones prætulisse, atque a parentibus errori multos colenti deos serviisse. Neutiquam autem insano impetu et sine examine nos mutasse sententiam, sed judicio sobriaque ratione, studium Hebraicorum oraculorum amplexos prudenti cognitione et sano consilio id nos fecisse docuimus. Adversus alteram porro criminationem jam nos armare tempus est, et quod superest certaminis obire : est autem hoc cum iis qui ex circumcisione sunt, nondum adhuc a nobis exantlatum, præsenti autem tractatione opportune in his qui præ manibus sunt, *Demonstrationis Evangelicæ* libris absolvendum. Age igitur, communi illo omnium Judæorum pariter ac gentium Deo, per ipsummet Salvatorem nostrum invocato, primum illud inquiremus, quinam modus et quæ ratio cultus nostri sit quo Deum prosequimur : cum hoc ipso enim et singulorum quæ possunt in quæstionem venire, solutionem adjungemus.

[1] Eccli. xxxii; al. xxxv, 11.

Digitized by Google

CAPUT II.

Quinam sit modus colendi Dei ex Christianismi præscripto.

Jam prius quidem a me in *Præparatione Evangelica* dictum est, quod Christianismus nec ethnicismus sit nec Judaismus, sed propriam quamdam gerat in se notam propriumque characterem pietatis; neque novum illum aut absurdum, sed longe antiquissimum, Deoque charis et pietatis ac justitiæ laude illustribus viris, ante Mosis tempora usitatum perspectumque. Verum juvat etiam nunc breviter videre ac considerare quid sit ethnicismus, quid Judaismus; atque utrum alterutri horum addictos invenire liceat charos Deo viros, quibus Moses ipse divini amoris atque pietatis perhibet testimonium. Judaismum non sine ratione dixerit aliquis rempublicam secundum legem Mosis constitutam, ab uno summo dependentem Deo: ethnicismum [illegible] vero summatim dixeris esse superstitionem ex patriis gentium quarumlibet ritibus plures colentem deos. Ecquid igitur dicturi sumus de viris illis Deo charissimis, qui ante Judaismum exstitere, quorum Moses mentionem facit, ut de Enocho, cui his verbis præbet testimonium [1]: « Enoch placuit Deo. » Atque de Noe, de quo rursus ait: « Noe homo justus in generatione sua [2]. » De Setho itidem ac Japheto, de quibus ita scribit: « Benedictus Dominus Deus Seth, et dilatet Deus Japheth [3]. » Ac præterea de Abrahamo, Isaaco et Jacobo, quibus etiam Jobum annumerare consentaneum est, et si qui alii similem hisce vitam fuere sectati. Oportet enim hosce vel Judæos exstitisse vel Ethnicos. At enim Judæi quidem dici jure non possunt, cum eorum temporibus lex Mosis nondum in hominum vitam fuerit introducta. Si enim Judaismus nihil exstitit aliud quam Mosis legum observatio; Moses autem longo post illos de quibus dixi, tempore claruit: evidens est, quod Judæi haud fuerint qui ante Mosis tempora testimonium pietatis tulerunt. Sed neque ethnicos eosdem existimare convenit. Namque de Abrahamo dicitur [4], quod domum patriam et cognationem reliquerit, unique soli Deo adhæserit, quem etiam profitetur, cum ait [5]: « Extendam (manum meam) ad Deum altissimum, qui creavit cœlum et terram. » De Jacobo autem apud Mosen scriptum est [7], quod domui suæ et omnibus suis præcepit: « Tollite deos alienos de medio vestri; et surgentes ascendamus in Bethel, et faciamus ibi aram Domino, qui exaudivit me in die tribulationis, qui fuit mecum et salvavit me in via qua ivi. Et dederunt Jacobo deos alienos, qui erant in manibus eorum, et inaures quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Jacobus sub terebintho quæ erat in Sichimis, et perdidit ea usque in hodiernum diem. » Si igitur et ab idololatrarum errore alieni fuerunt, et sicut demonstratum est, extra Judaismum constituti: tamen quamquam nec

[1] Gen. v, 22, 24. [2] Gen. vi, 9. [3] Gen. ix, 26, 27. [4] Gen. xii, [5] Gen. xiv, 22. [7] Gen. xxxv, 1-4.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τίς ὁ κατα τὸν Χριστιανισμὸν εὐσεβείας τρόπος.

Εἴρηται μὲν ἤδη καὶ πρότερον ἐν τῇ *Προπαρασκευῇ*, ὡς ὁ Χριστιανισμὸς οὔτε Ἑλληνισμός τίς ἐστιν οὔτε Ἰουδαϊσμός, οἰκεῖον δέ τινα φέρων χαρακτῆρα θεοσεβείας· καὶ τοῦτον οὐ νέον, οὐδὲ ἐκτετοπισμένον, ἀλλ' εὖ μάλα παλαιότατον, καὶ τοῖς πρὸ τῶν Μωϋσέως χρόνων θεοφιλέσιν ἐπ' εὐσεβείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένοις συνήθη καὶ γνώριμον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐπιθεωρήσαντες τί ποτ' ἐστὶν ὅ τε Ἑλληνισμὸς καὶ Ἰουδαϊσμός, σκεψώμεθα, ποτέρῳ τούτων ὑπηγμένους τοὺς πρὸ Μωϋσέως θεοφιλεῖς ἄνδρας, πρὸς αὐτοῦ Μωϋσέως θεοφιλεῖς, καὶ ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένους εὕροιμεν ἄν. Τὸν μὲν Ἰουδαϊσμὸν εὐλόγως ἄν τις ὀνομάσειε τὴν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον διατεταγμένην πολιτείαν, ἑνὸς ἐξημμένην τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· τὸν δὲ Ἑλληνισμόν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ φάναι, τὴν κατὰ τὰ πάτρια τῶν ἐθνῶν ἁπάντων εἰς πλείονας θεοὺς δεισιδαιμονίαν. Τί οὖν φήσαιμεν περὶ τῶν πρὸ Μωϋσέως καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὧν ὁ Μωϋσῆς ἐμνημόνευσεν, οἷον, περὶ Ἐνὼχ, ᾧ μαρτυρεῖ λέγων· « Εὐηρέστησε δὲ Ἐνὼχ τῷ Θεῷ· » καὶ περὶ τοῦ Νῶε, περὶ οὗ πάλιν φησί· « Νῶε δὲ ἦν ἄνθρωπος δίκαιος, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· » περί τε τοῦ Σὴθ καὶ τοῦ Ἰάφεθ, περὶ ὧν ταῦτα ἀναγράφει· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Σὴθ· » καὶ, « Πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ· » καὶ ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, καὶ τοῦ Ἰακὼβ, οἷς καὶ τὸν Ἰὼβ συναριθμεῖν εὔλογον, καὶ εἴ τινες ἄλλοι τὸν ἐμφερῆ τούτοις ἐζήλωσαν βίον; Ἆρα γὰρ Ἰουδαίους αὐτοὺς χρῆναι γεγονέναι, ἢ Ἕλληνας. Ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν οὐκ ἂν εὐλόγως λεχθεῖεν, μήπω τῆς Μωϋσέως παρεισαχθείσης τῷ βίῳ νομοθεσίας. Εἰ γὰρ Ἰουδαϊσμὸς οὐδὲν ἦν ἕτερον ἢ ἡ κατὰ Μωϋσέα πομπεία, Μωϋσῆς δὲ μακροῖς ὕστερον χρόνοις τῶν εἰρημένων πέφηνε· δῆλον, ὡς οὐκ ἂν εἶεν Ἰουδαῖοι οἱ πρὸ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐπ' εὐσεβείᾳ μεμαρτυρημένοι. Ἀλλ' οὐδὲ Ἕλληνας προσήκει νομίζειν αὐτοὺς, μὴ τῇ πολυθέῳ δεισιδαιμονίᾳ κεκρατημένους. Ὅ τε γὰρ Ἀβραὰμ καταλεῖψαι τελέως λέγεται οἶκον πατρῷον καὶ συγγένειαν, καὶ ἑνὶ μόνῳ προσεσχηκέναι Θεῷ, ὃν καὶ ὁμολογεῖ φάσκων· « Ἐκτενῶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· » ὅ τε Ἰακὼβ ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Μωϋσεῖ φήσας τῷ οἴκῳ καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ· « Ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν· καὶ ἀναβῶμεν εἰς Βεθὴλ, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐπακούσαντί μου ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὃς ἦν μετ' ἐμοῦ καὶ ἔσωσέ με ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἐπορεύθην. Καὶ ἔδωκαν τῷ Ἰακὼβ τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, οἳ ἦσαν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, καὶ τὰ ἐνώτια τὰ ἐν τοῖς ὠσὶν αὐτῶν, καὶ ἔκρυψεν αὐτὰ Ἰακὼβ ὑπὸ τὴν τερέβινθον τὴν ἐν Σικίμοις, καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. » Εἰ δὴ οὖν καὶ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης ἀλλότριοι καθεστήκεσαν, καὶ Ἰουδαϊσμοῦ δὲ

Digitized by Google

ἐκτὸς γεγονότες ἀπεδείχθησαν, ὅμως γε μὴν οὔτε Ἕλληνες οὔτε Ἰουδαῖοι φύντες, θεοφιλεῖς γεγονέναι μεμαρτύρηνται, καὶ δίκαιοι καὶ εὐσεβεῖς, εἰ καί τινες ἄλλοι· ὥρα τρίτον ἐπινοεῖν θεοσεβείας τρόπον, δι' οὗ κατορθῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτούς. Σκόπει τοιγαροῦν, εἰ μὴ τοῦτ' αὐτὸ ἦν, τὸ μεταξὺ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ Ἑλληνισμοῦ, τρίτον ἡμῖν ἀποδεδειγμένον τάγμα, παλαίτατον μὲν καὶ πάντων τυγχάνον πρεσβύτατον, νεωστὶ δὲ διὰ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένον. Καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ὁ Χριστιανισμός, οὔτε Ἑλληνισμός τις ὤν, οὔτε Ἰουδαϊσμός, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ τούτων, παλαιότατον εὐσεβείας πολίτευμα, καὶ ἀρχαιοτάτη μέν τις φιλοσοφία, πλὴν ἀλλὰ νεωστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης νενομοθετημένη· ὥστε τὸν ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἐπὶ τὸν Χριστιανισμὸν μετατιθέμενον οὐκ ἐπὶ Ἰουδαϊσμὸν ἐκπίπτειν· οὐδ' αὖ πάλιν ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἐθελοθρησκείας ἀναχωροῦντα, εὐθὺς Ἕλληνα γενέσθαι· τὸν δὲ ἐξ ἑκατέρου τάγματος, ἔκ τε Ἑλληνισμοῦ καὶ Ἰουδαϊσμοῦ μεθιστάμενον ἐπὶ τὸν μέσον παριέναι νόμον τε καὶ βίον τὸν τῶν πάλαι θεοφιλῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν, ὃν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, μακρὸν ἐφησυχάσαντα χρόνον, αὖθις ἀνενεώσατο ἀκολούθως τοῖς αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν περὶ τούτων αὐτῶν θεσπίσμασιν. Ἐν γοῦν τοῖς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμοῖς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς ἀναγράφει θεσπίζων, ὡς ὅτι μελλήσουσιν ἐν ὑστέροις ποτὲ χρόνοις, οὐχ οἱ τοῦ Ἀβραὰμ ἀπόγονοι, οὐδ' οἱ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰουδαῖοι· ἀλλὰ γὰρ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῆς τοῦ Ἀβραὰμ θεοσεβείας, εὐλογίας παρὰ Θεοῦ καταξιωθήσεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως· « Καὶ εἶπε Κύριος τῷ Ἀβραάμ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα· καὶ εὐλογήσω σε, καὶ μεγαλυνῶ τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένος. Καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ πάλιν ὁ Θεὸς εἶπε· « Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; Ἀβραὰμ δὲ γενόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολύ. Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Πῶς δ' ἂν ἔμελλον τῷ Ἀβραὰμ ἐνευλογηθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, εἰ μηδέν τι προσήκοντες ὑπῆρχον αὐτῷ, μήτε κατὰ ψυχῆς τρόπον, μήτε κατὰ σώματος συγγένειαν; Τῆς τε γὰρ κατὰ σάρκα συγγενείας τίς ἦν πρὸς τὸν Ἀβραὰμ συγγένεια, Σκύθαις φέρε εἰπεῖν, ἢ Αἰγυπτίοις, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Βρεττανοῖς, ἢ Ἱσπανοῖς; ἢ πῶς ἂν ταῦτα τὰ ἔθνη καὶ ἔτι τὰ τούτων ἀπωκισμένα τῆς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα συγγενείας χάριν ἔμελλον εὐλογηθήσεσθαι; Ἀλλ' οὐδὲ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐλογίας εἰκὸς ἦν κοινωνήσειν τῷ Ἀβραὰμ πάντα τὰ ἔθνη. Πῶς γάρ; ὅτε τὰ μὲν αὐτῶν ἐκθέσμοις μητρογαμίαις καὶ θυγατρομιξίαις, τὰ δ' ἀκολάστοις ὁμιλίαις ἀῤῥένων πρὸς ἄῤῥενας ἀνεφύρετο, τὰ δὲ τὴν εὐσέβειαν ἐν ἀνθρω-

A ethnici essent nec Judæi, Deo charos nihilominus justosque si ulli unquam alii, et pios exstitisse, testimonium habuerunt. Convenit igitur tertium quemdam mentè concipere cultus divini modum, secundum quem recte vivere poterant. Vide igitur sitne hæc illa ipsa tertia demonstrata nobis inter Judaismum et ethnicismum media ratio, antiquissima quidem omnesque alias ætate antecellens, sed quam recenter omnibus gentibus Salvator noster annuntiavit. Atque hæc Christianismus utique fuerit, utpote qui nec ethnicismus est nec Judaismus, inter utrumque media antiquissima quædam cultus divini administratio ac status, genusque philosophiæ vetustissimum, sed recens omnibus hominibus per universum terrarum orbem sancitum : ita

B ut qui ab ethnicismo ad Christianismum transit, non in Judaismum excidat ; neque rursus, qui recedit ab Judaico voluntario cultu, statim fiat ethnicus : sed qui utroque ordine relicto, ethnicismum deserit atque Judaismum, is mediam subit legem vitamque priscorum charissimorum Deo et justorum virorum, quam Salvator ac Dominus noster, cum per longum illa tempus consopita jacuisset, excitavit iterum instauravitque, ita uti Mosis et cæterorum prophetarum vocibus hoc ipsum prædictum fuerat. Nam et in oraculis, quæ Abrahamo edita divinitus Moses testatur, scribit quod futuris olim temporibus non Abrahami posteri et ex semine ejus prognati Judæi, sed omnes tribus terræ et omnes

C gentes per similem cultus Dei rationem quo Abrahamus, benedictionem divinam essent obtenturi. Ita enim ait [8] : « Et dixit Dominus ad Abraham : Exi de terra tua, et de cognatione tua, et ex domo patris tui, et vade in terram quam tibi demonstravero. Et faciam te in gentem magnam : et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus. Et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terræ. » Atque iterum dixit Deus [9] : « Nunquid abscondam ego ab Abrahamo servo meo, quæ ego facio? Abraham autem fiet in gentem magnam et multam. Et benedicentur in eo omnes gentes terræ. » Quomodo autem in Abrahamo benedicendæ essent omnes gentes et omnes tribus terræ, si quidem

D nulla ratione eum contingerent, neque animi ratione, neque cognatione corporis? Nam quod ad corporis cognationem attinet, quænam quæso, cum Abrahamo intercedit propinquitas, Scythis verbi gratia vel Ægyptiis, aut Æthiopibus, Indis, Britannis vel Hispanis? aut quomodo hæ gentes vel ab his etiam remotiores, benedicendæ fuerunt propter cognationem cum Abrahamo, quod ad carnem pertinet? Sed neque quod ad animorum cognationem, erat congruens gentes omnes de benedictione communi cum Abrahamo participare. Qui enim? cum aliæ nefandas matrum nuptias vel filiarum concubitus probarent, aliæ polluerunt sese incesta mare

[8] Gen. xii, 1-3. [9] Gen. xviii, 17.

Digitized by Google

tum his omnibus, ea quæ ante exposuimus verba adjungit, docetque ex omni Judaica gente, quæ a vero Dei cultu casura sit, superfuturos quosdam, qui non eadem cum omnibus mala sint subituri, quin contra potius, tanquam ex pravis atque injustis relicti superstites, comprobatamque ac sinceram pietatem amplexi, ea scriptura quæ a Deo profecta sit, digni sint habendi, ac servi Dei sancti vocandi, quibus sane verbis plane significat Salvator noster, apostolos ac discipulos, atque evangelistas, reliquosque omnes, qui de circumcisione assumpti in ipsum crediderint, quo tempore gens eorum universa cecidit. Porro hæc ille sermo innuit, qui sic habet : « In die illa (in qua videlicet ea quæ prædicta sunt omnia de vocatione gentium, et de Judæorum ruina futura sunt) illucescet Deus in consilio cum gloria in terra, ut extollat et glorificet quod relictum fuerit ex Israel, et erit quod relictum fuerit in Sion, et quod relictum fuerit in Jerusalem, sancti vocabuntur : omnes qui scripti sunt ad vitam in Jerusalem [40], » propter quos prodituros de Jerusalem videlicet ac de Judæa, merito super Judæa, et super Jerusalem, prophetiam illam dici, proœmium ipsum ostendit, aut etiam propter veram Jerusalem, et propter Judæam illam, quæ si ex sententia, non ex scripto consideretur, huic alteri proportione respondeat. Qua de re cum erit tempus, videbimus, et quis tandem divinam apostolorum Salvatoris nostri, et evangelistarum cernens virtutem, secundum quam in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum, omnesque ex illo ad hoc usque tempus Christi Ecclesias, quæ verba eorum in ore præceptaque habent, et Novi Testamenti per eos publicatas Christi leges non huic prophetiæ testimonium veritatis exhibeat? utpote ei quæ manifeste dicat, « in consilio, » et « cum gloria, » in omnem terram Deum in sublimi collocaturum et glorificaturum « id quod relictum fuerit ex Israel? » item quemadmodum « id quod relictum fuerit in Sion, et quod relictum fuerit in Jerusalem, sancti vocabuntur, omnes qui scripti ad vitam? » pro eo autem quod dicitur apud LXX, « in consilio cum gloria : » Aquila et Theodotion, inter se concordantes, « in virtutem et gloriam, » interpretati sunt : sic utique eam virtutem quæ a Deo apostolis data est, et quam post talem virtutem apud Deum habituri erant, gloriam indicantes, juxta illud : « Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa [41]. »

XXXVIII. Item quod re ipsa factum est : « auditu audietis, et non intelligetis, et aspicientes aspicietis, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis et auribus audiant, et convertantur, et sanem eos. Et dixi : quousque, Domine? et dixit : Donec vastentur civitates, adeo, ut non habitentur, et domus, adeo, ut non sit homo : et terra relinquetur deserta. Et post hæc amovebit procul Deus homines, et multiplicabuntur, qui relicti fuerint in terra [42]. » Considera igitur hic quoque, quonam modo, qui relicti sint rursus in terra, cum reliqua universa

Θεῷ Γραφῆς καταξιωθήσονται, τοῦ Θεοῦ τε καὶ ἅγιοι κληθήσονται δοῦλοι. Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλους καὶ μαθητὰς, καὶ εὐαγγελιστὰς, καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας τοὺς ἐν περιτομῇ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἀποπτώσεως τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους. Ταῦτα δὲ αἰνίττεται φάσκων ὁ λόγος· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ (ἐν ᾗ δηλονότι τὰ προηγορευμένα πάντα περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀποπτώσεως γενήσεται) ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ ὑψῶσαι καὶ δοξάσαι τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἔσται, τὸ ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἰερουσαλὴμ, ἅγιοι κληθήσονται· πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωὴν ἐν Ἰερουσαλὴμ, » δι' οὓς καὶ εἰκότως ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ὑπὲρ Ἰερουσαλὴμ (1) τὴν προφητείαν ἐδήλου λέγεσθαι τὸ προοίμιον, ἤ καὶ διὰ τὴν ἀληθῆ Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὴν ἀναλόγως αὐτῇ κατὰ διάνοιαν θεωρουμένην Ἰουδαίαν· περὶ οὗ κατὰ καιρὸν εἰσόμεθα. Καὶ τίς γε τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν τὴν ἔνθεον συνορῶν δύναμιν, καθ' ἣν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, πᾶσαί τε ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο αἱ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίαι τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνὰ στόμα καὶ μαθήματα ἔχουσι, καὶ τὰς τῆς Καινῆς Διαθήκης δι' αὐτῶν κηρυχθείσας τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίας, οὐκ ἂν ἀληθειαν τῇ προφητείᾳ ἐπιμαρτυρήσαι, φησάσῃ ἐμφανῶς, « ἐν βουλῇ » καὶ « μετὰ δόξης » ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ὑψώσειν τὸν Θεὸν καὶ δοξάσειν « τὸ καταλειφθὲν Ἰσραήλ; » καὶ ὡς ἄρα « τὸ καταλειφθὲν ἐν Σιὼν καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἰερουσαλὴμ ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωήν; » Ἀντὶ δὲ τοῦ λεγομένου παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, « Ἐν βουλῇ μετὰ δόξης, » ὁ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων συμφώνως « εἰς δύναμιν καὶ δόξαν » ἡρμήνευσαν, τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσαν τοῖς ἀποστόλοις δύναμιν, καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ παρὰ τῷ Θεῷ δόξαν παριστῶντες, κατὰ τό· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. »

ΛΗ'. Καὶ αὐτὸ γεγενημένον· « Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Καὶ εἶπα· Ἕως πότε, Κύριε; καὶ εἶπεν· Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι, παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους· καὶ ἡ γῆ καταλειφθήσεται ἔρημος. Καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πληθυνθήσονται καταλειφθέντες ἐπὶ τῆς γῆς. » Ὅρα δὴ καὶ ἐνταῦθα τίνα τρόπον οἱ καταλειφθέντες πάλιν ἐπὶ τῆς γῆς,

[40] Isa. IV, 2-3. [41] Psal. LXVII, 12. [42] Isa. VI, 9-12.

(1) Deesse aliquid patet, tum ex ἀναλογουθίᾳ phraseos, tum ex collatione Latinæ interpretationis. EDIT. PATR.

Digitized by Google

τῆς λοιπῆς ἁπάσης ἐρήμου γενησομένης, μόνοι πληθυνθήσεσθαι λέγονται. Εἶεν δ' ἂν καὶ οὗτοι οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ ἐξ Ἑβραίων εἰς πάντας ἀνθρώπους προελθόντες, οἳ καὶ δίκην σπέρματος καταλειφθέντες, πολύχουν προσήνεγκαν τὸν καρπὸν, τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας· καὶ θέα γε, ὡς κατὰ τὸ αὐτὸ φησι τούτους μὲν πληθυνθήσεσθαι μόνους καταλειφθέντας ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀποπτώσεως, ἐκείνους γε μὴν πάμπαν ἐρήμους ἔσεσθαι· « Ἡ γῆ γὰρ αὐτῶν, φησὶ, καταλειφθήσεται ἔρημος. » Τοῦτο δὲ καὶ ἀνωτέρω αὐτοῖς ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ προφήτου, κατὰ τὸ, « Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι· τὴν χώραν ὑμῶν, ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν. » Πότε δὲ καὶ ταῦτα ἐπληροῦτο ἢ ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν; ἕως μὲν γὰρ οὐδέπω τὰς κατ' αὐτοῦ τετολμήκεσαν δυσσεβείας, οὐκ ἦν ἡ γῆ αὐτῶν ἔρημος, οὐδὲ αἱ πόλεις πυρίκαυστοι, οὐδὲ τὴν χώραν αὐτῶν ἀλλότριοι κατήσθιον· ἀπὸ δὲ τῆς ἐνθέου φωνῆς ἐκείνης, δι' ἧς τὸ μέλλον αὐτοῖς ἔσεσθαι προύθέσπισεν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, εἰπών, « Ἀφίεται ὁ οἶκος ἔρημος, » ἐξ ἐκείνου καὶ οὐ μετ' οὐ πολὺ τῆς προρρήσεως, πολιορκηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων, εἰς ἔρημον κατέστησαν. Καὶ τό γε αἴτιον τῆς ἐρημώσεως αὐτῶν προφητικὸς λόγος ἀπελέγχει, μονονουχὶ σαφῶς διερμηνεύων, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀποπτώσεως αὐτῶν παριστάς. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδάσκοντος ἐν αὐτοῖς ἀκούσαντες, ὡσὶ διανοίας οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ συνῆκαν ὅστις ἦν· ἰδόντες δὲ αὐτὸν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, τοῖς (1) ψυχῆς οὐ τεθέανται, ἐπάχυνάν τε ἑαυτῶν τὴν καρδίαν, καὶ μονονουχὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ἔμυσαν, καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν, ὥς φησιν ἡ προφητεία, τούτου χάριν ἐρημωθήσεσθαι αὐτῶν φησι τὰς πόλεις, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ τὴν γῆν γενήσεσθαι ἔρημον, βραχεῖς δέ τινας ἐξ αὐτῶν ὑπολειφθήσεσθαι, δίκην γονίμου καὶ ζωπύρου σπέρματος πεφυλαγμένους· οἳ καὶ εἰς πάντας προελθόντες ἀνθρώπους, πληθυνθήσεσθαι ἐπὶ τῆς γῆς λέγονται. Πλὴν ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν πρόοδον τούτων αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἔτι φησὶν ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἰουδαίας χώρας διαμεῖναι τὸ ἐπιδέκατον, καὶ μετὰ ταῦτα αὖθις ἔσεσθαι αὐτοὺς εἰς προνομὴν ὡς τερέβινθος, καὶ ὡς βάλανος ὅταν ἐκπέσῃ τῆς θήκης αὐτῆς. Παρίστησι δὲ, ὡς οἶμαι, διὰ τούτων ὁ λόγος, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην πολιορκίαν, ἣν κατὰ τοὺς τῶν ἀποστόλων χρόνους, καὶ κατὰ Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Οὐεσπασιανὸν ἱστοροῦνται πεπονθέναι, αὖθις ἐπὶ Ἀδριανοῦ δεύτερον πολιορκηθέντες παντελῶς εἰρχθησαν τοῦ τόπου, ὡς μηδὲ τοῦ ἐδάφους τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπιβαίνειν ἐπιτρέπεσθαι. Τοῦτο δ' οὖν αἰνιττόμενός φησι· « Καὶ πάλιν ἔσται εἰς προνομὴν, ὡς τερέβινθος, καὶ βάλανος, ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς

A vastationem passura sit, soli dicantur multiplicandi. Erunt autem hi, ipsi Salvatoris nostri discipuli, qui ab Hebræis, ad omnes homines profecti, atque instar seminis relicti, uberem **70** fructum protulerunt, ipsas gentium in toto orbe terrarum Ecclesias : et inspice sane, quemadmodum eodem tempore hos solos Judæorum ruinæ superstites multiplicatum iri affirmat, illos autem solitudinem penitus, vastationemque passuros. « Terra enim, inquit, eorum relinquetur deserta. » Porro hoc ipsum superius quoque dictum est, ab eodem propheta ad eosdem, illo loco : « terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni : regionem vestram, in conspectu vestro alieni devorant [42]. » Quando autem hæc tandem completa sunt, si non post Salvatoris no-
B stri tempora? Antequam enim contra illum tam impia facinora ausi essent, nunquam fuerat eorum terra deserta : neque civitates eorum incensæ igni, neque regionem eorum alieni devoraverant. Ex quo autem divinam illam vocem ipse Salvator et Dominus noster emisit, qua illis, quod futurum erat, indicavit, sic dicens, « Relinquetur domus vestra deserta [43], » ex illo, inquam, neque ita multo post talem prædictionem, illi obsidione pressi a Romanis, in solitudinem ac vastitatem redacti sunt. Causam etiam vastationis eorum sermo propheticus exprobrat, ubi aperte propemodum interpretatur, et manifestum proponit, quidnam fuerit illud, quod illis ruinam attulerit. Postquam enim Salvatorem nostrum apud ipsos docentem ipsi audien-
C tes, auribus mentis non audierunt, neque intellexerunt quisnam esset, et illum oculis corporis cernentes, animi oculis non perspexerunt, crassumque suum ipsorum cor reddiderunt, et pene oculos mentis clauserunt, atque aures gravaverunt, ut ait prophetia. Tum propter hanc causam, civitates eorum dicit esse vastandas, adeo ut non habitentur, ac terram eorum fore desertam, paucos vero quosdam ex illis superfuturos, qui ubi instar fecundi ac vivi seminis conservati fuerint, ad omnes homines penetrantes, multiplicandi esse in terra dicuntur. Verumtamen post horum ipsorum profectionem, apostolorum videlicet Salvatoris nostri, adhuc ait in ipsa regione Judæorum decimam partem mansuram, ac deinceps rursus futuros eos in
D direptionem, quasi terebinthum, et quasi glandem suo spolio exutam. Demonstrat autem, ut arbitror, his verbis oraculum, post primam illam obsidionem, quam apostolorum temporibus, sub Vespasiano Romanorum imperatore perpessi narrantur, rursus sub Adriano altera **71** obsidione afflictos, de loco illo penitus arcendos fore, adeo ut ne solo quidem urbis Hierusalem insistere illis sit permittendum. Hoc igitur innuens, sic ait : « Et iterum erit in direptionem, ut terebinthus, et sicut glans, cum excidit de spolio suo [44]. »

ΛΘ'. « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Θρέψει ἄνθρωπος δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα· καὶ ἔσται

XXXIX. « Et erit in die illa : Nutriet homo juvencam boum, et duas oves, et erit ex eo quod plu-

[42] Isa. I, 7. [43] Matth. XXIII, 38. [44] Isa. VI, 13.
(1) Desideratur τῆς. Edit. Patr.

Digitized by Google

rimum faciet lac : comedet butyrum, et mel comedet quicunque relictus fuerit in terra [46]. » Hic si illam diem quam propheta significat quæsieris, tempus adventus Salvatoris nostri invenies. Ubi enim dixit propheta : « Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium : » plurima interponens, divinat de iis, quæ per eamdem diem, hoc est, Salvatoris nostri adventus tempore, futura sunt. Virtutes enim invisibiles, et quosdam inimicos, atque hostes, muscas et apes allegoriæ legibus nominans, ingressuros esse terram Judæorum dicit, atque ita Dominum, hostium ipsorum novacula, tanquam magni cujusdam corporis, ipsius Judaicæ gentis caput, et pilos pedum, et barbam, et denique omne ornamentum eorum abrasurum. Cum vero hæc in illa die, de qua agitur futura sint, in qua videlicet ille de quo loquitur nascetur de Virgine, tum eum hominem, qui relictus fuerit de totius gentis interitu, hoc est, omnem quicunque ex illis in Christum Dei crediderit, nutriturum juvencam boum, et duas oves prædicit : et ex eo quod plurimum faciet lac, butyrum et mel comesurum. Porro hæc si mystice contemplaberis, intelliges in Salvatoris nostri apostolis, suum finem accepisse. Quorum singuli in iis Ecclesiis, in quibus virtute Christi constiterint, binas oves, hoc est, binos ordines instar ovium, ad gregem Christi convenientes, alterum quidem in primis adhuc elementis versantem, alterum vero qui jam per lavacrum sit illustratus, ac præterea juvencam unam, ecclesiasticum utique eorum, qui præsident principatum, divinis et rationalibus cibis nutrientes : secundum ex illis lac, et mel, ejus videlicet cibi, quem ipsi elaboraverint, fructum perceperunt. Et quod quidem eam multitudinem, quæ ex imperfectioribus constat ovibus, divinus sermo comparare consueverit, non est opus ut dicam, cum hoc omnes divinæ litteræ ostendant. **72** Quod vero eum, qui perfectior sit, et multos, quasi bonus agricola exerceat, Ecclesiæque præsideat, rustico boum labori item conferre soleat, sanctus nobis demonstrat Apostolus, ubi ait : « Nunquid de bubus cura est Deo? an propter nos omnino dicit? quoniam debet in spe, qui arat, arare : et qui triturat, in spe, ut sit particeps [48]. » Quod si quis istiusmodi figuris loquendi offendatur, idem poterit et muscas, et apes, de quibus dictum est, et novaculum, et barbam, et pilos pedum, non ex sententia, sed ex scripto contemplari, atque ita plane in ridicula et absurda fabularum deliramenta recidere. Si vero non aliter hæc accipere necesse est, quam ad sensum quemdam interiorem, haud dubium est, quinetiam ea quæ sequuntur, simili ratione.

A ἀπὸ τοῦ πλείστον ποιεῖν γάλα, φάγεται βούτυρον, καὶ μέλι φάγεται πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἐνταῦθα τὴν δηλουμένην ἡμέραν ἐπιζητήσας, εὕροις αὐτὸν τὸν χρόνον τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας. Εἰπὼν γὰρ ὁ προφήτης, « Ἰδοὺ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, » πλεῖστα διὰ μέσου θεσπίζει περὶ τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, τοῦτ' ἔστιν ἀμφὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας γενησομένων. Δυνάμεις γὰρ ἀοράτους καί τινας ἐχθροὺς, καὶ πολεμίους, μυίας καὶ μελίσσας νόμοις ἀλληγορίας ὀνομαζομένους ἐπιβήσεσθαι τῇ τῶν Ἰουδαίων χώρᾳ φησὶν, καὶ τὸν Κύριον ξυρῷ τῶν πολεμίων, ὡσὰν μεγάλου σώματος, τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τῶν ποδῶν, καὶ τὸν πώγωνα, καὶ πάντα, συλλήδδην εἰπεῖν, τὸν κόσμον αὐτῶν ξυ- B ρήσειν. Τούτων δ' ἐσομένων ἐν τῇ θεσπιζομένῃ ἡμέρᾳ τοῦ ἐκ τῆς Παρθένου γενησομένου, τὸν καταλειφθέντα ἄνθρωπον ἐκ τῆς τοῦ παντὸς ἔθνους ἀπωλείας, τοῦτ' ἔστιν ἅπαντα τὸν ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότα, θρέψειν δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα προφητεύει, ἀπό τε τοῦ πλείστον ποιεῖν γάλα, φάγεσθαι βούτυρον καὶ μέλι. Νοήσεις δὲ καὶ ταῦτα κατὰ μυστικὴν θεωρίαν ἐπὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τετελεσμένα. Ὧν ἕκαστος ἐν αἷς σὺν τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει συνεστήσατο Ἐκκλησίαις, δύο τάγματα δίκην προβάτων, ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην συνιόντα· τὸ μὲν εἰσέτι στοιχειούμενον, τὸ δ' ἤδη διὰ τοῦ λουτροῦ πεφωτισμένον· καὶ ἐπὶ τούτοις μίαν δάμαλιν τὴν ἐκκλησιαστικὴν τῶν προέδρων ἀρχὴν ταῖς ἐνθέοις καὶ λογικαῖς τροφαῖς ἐκθρέψας, γόνι- C μον ἐξ αὐτῶν γάλα, καὶ μέλι τῆς πονηθείσης αὐτῷ τροφῆς τὸν καρπὸν ἀπηνέγκατο. Ὅπως μὲν οὖν τὰ τῶν ἀτελεστέρων πλήθη προβάτοις εἴωθεν ὁ θεῖος ἀφομοιοῦν λόγος, οὐδὲν δεῖ λέγειν, πάσης Γραφῆς τοῦτο διδασκούσης. Τὸν δέ γε ἐντελέστερον καὶ τοὺς πολλοὺς γεωργοῦντα τῆς Ἐκκλησίας ἡγούμενον, ὅπως τῷ γεωπόνῳ τῶν βοῶν παραβάλλει, συνίστησιν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος, λέγων· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ, ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; ὅτι ὀφείλει ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν, καὶ ὁ ἀλοῶν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν. » Εἰ δὲ προσκόπτοι τις ταῖς τοιαῖσδε τροπολογίαις, ὥρα τοῦτον μηδὲ τὰς ὀνομαζομένας μυίας, ἢ μελίσσας, μηδὲ τὸ ξυρὸν, μηδὲ τὸν πώγωνα, μηδὲ τὰς τρίχας τῶν ποδῶν κατὰ διάνοιαν θεωρεῖν, εἰς ἀτόπους δὲ καὶ ἀσυστάτους ἐκπίπτειν μυθολογίας. Εἰ D δ' ἀνάγκη ταῦτα μὴ ἄλλως ἢ κατὰ μόνην θεωρίαν δέχεσθαι, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἀκόλουθα παραπλησίως.

XL. « In die illa exstinguentur montes, et colles, et silvæ, et devorabunt ab anima usque ad carnes : et erit qui fugiet, tanquam fugiens a flamma ardente : et qui relicti fuerint ex illis, erunt numerus : et puer parvulus scribet eos, et erit in die illa : non ultra adjiciet quod reliquum fuerit ex Israel, et qui conservati ex Jacob, non ultra confi-

Μ'. « Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀποσβεσθήσεται τὰ ὄρη, καὶ οἱ βουνοὶ, καὶ οἱ δρυμοὶ, καὶ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν· καὶ ἔσται ὁ φεύγων, ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης· καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἔσονται ἀριθμὸς, καὶ παιδίον μικρὸν γράψει αὐτούς· καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, οὐκέτι προστεθήσεται τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ διασω-

[46] Isa. VII, 21-22. [47] Ibid. 14. [48] I Cor. IX, 9, 10.

Digitized by Google

θέντες τοῦ Ἰακὼβ οὐκέτι πεποιθότες ὦσιν ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας αὐτοὺς, ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναστρέψει τὸ καταλειφθὲν τοῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ Θεὸν ἰσχυόντα· καὶ ἐὰν γένηται ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα αὐτῶν σωθήσεται. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει ὁ Θεὸς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. » Κἀνταῦθα πρόσχες, ὅτι « ἐν τῇ σκυθρωπῶν ἀπειλῇ, φησὶν, ἔσται ὁ φεύγων, ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης· καὶ οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἀριθμὸς ἔσται, καὶ παιδίον μικρὸν γράψει αὐτούς· » δι' ὧν τὸ σπάνιον τῶν φευξομένων τὸν ὄλεθρον ἐκ περιτομῆς λαοῦ, καὶ τὸν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐμπρησμὸν παρίστησιν. « Οἱ δὲ καταλειφθέντες οὗτοι, φησὶν, ἀριθμὸς ἔσονται, » τοῦτ' ἔστιν ἀριθμῷ ληπτοὶ γενήσονται, οὕτω βραχεῖς καὶ εὐαρίθμητοι ὄντες. Τοσοῦτοι δ' οὖν, ὡς ἐν συγκρίσει τοῦ παντὸς πλήθους τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οἱ εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν πεπιστευκότες γεγόνασιν, οἳ καὶ κατηξιώθησαν τῆς ὑπ' αὐτοῦ Γραφῆς, ὡς δηλοῖ φάσκων ὁ λόγος, « Καὶ παιδίον γράψει αὐτούς· » προδιδάξας ὅ τί ποτε ἦν τὸ παιδίον, ἐν οἷς ἔλεγεν· « Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα· » καὶ ἐπειδήπερ ἐνταῦθα, « Παιδίον, » φησὶ, « γράψει αὐτούς, » εἰκότως ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο· « Καὶ ἔσται τὸ ὑπολειφθὲν ἐν Σιὼν, καὶ τὸ καταλειφθὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἅγιοι κληθήσονται πάντες οἱ γραφέντες εἰς ζωήν. » Ὥσπερ γοῦν ἐν ἐκείνοις τὸ καταλειφθὲν ὠνόμαστο, οἱ δ' αὐτοὶ γραφέντες ἦσαν εἰς ζωήν· οὕτως καὶ ἐνταῦθα, οἱ καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν « ἀριθμὸς ἔσονται, καὶ παιδίον γράψει αὐτούς. Τοῦτο δὲ καταλειφθὲν ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ διασωθέντες ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ « οὐκέτι, » φησὶν, « ἔσονται ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας αὐτοὺς, ἀλλ' ἔσονται πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ. » Καὶ ὅρα γε εἰ μὴ ταύτῃ γε τῇ πεποιθήσει οἱ ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προελθόντες, οἵ τε ἐκ τῆς ἀποπτώσεως τοῦ Ἰσραὴλ περιλειφθέντες μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, μηδένα λόγον ποιησάμενοι τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, ἢ τῶν ἀρχόντων τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τῶν πάλαι ἀδικούντων αὐτοὺς, ἐξῆλθον εἰς πάντα τὰ ἔθνη κηρύττοντες τὸν Χριστὸν λόγον, πεποιθήσει τε τῇ πρὸς τὸν Θεὸν (ἐπείπερ κατὰ τὴν προφητείαν πεποιθότες ἦσαν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἐν ἀληθείᾳ· οὐ γὰρ ὑπούλως, οὐδὲ μεθ' ὑποκρίσεως, σὺν ἀληθείᾳ δὲ ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιδέδονται ἐλπίδι), ᾗ μόνον προῆλθον τῆς ἑαυτῶν χώρας, ἀλλὰ κατώρθωσαν τὸ προστεθειμένον. Τοῦτο δὲ αὐτὸ πάλιν τὸ καταλειφθὲν, οἱονεὶ τὸ σπέρμα τῆς ἀποπτώσεως τοῦ Ἰακὼβ γέγονε, πεποιθὸς ἐπὶ Θεὸν ἰσχύοντα· καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ κατάλειμμα τοῦ παντὸς ἔθνους αὐτῶν, γενομένου ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἀλλ' οὐ κατὰ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, τῆς παρὰ τῷ Θεῷ σωτηρίας ἠξιώθη, ὡσπερεῖν ἐμαρτύρησεν ὁ Ἀπόστολος, εἰπών· « Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ, ἐὰν

A dentes erunt in eis, qui injuriis ipsos affecerint, sed erunt confidentes in Deo sancto Israel in veritate : et convertetur quod reliquum fuerit ex Israel, ad Deum fortem : et si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ eorum salvæ fient. Verbum enim qui perficit, et qui contrahit in justitia ; quoniam verbum contractius faciet Deus in orbe terræ universo [49]. » Hic quoque attende, dum tristia minitatur, quemadmodum « erit, » inquit, qui fugiet tanquam fugiens a flamma ardente : et qui reliqui fuerint ex illis, numerus erunt : et puer parvulus scribet eos, » quibus sane verbis, paucitatem eorum, qui ex populo Circumcisionis interitum sint evasuri, una cum urbis Hierusalem incendio, nobis ostendit. « Hi vero, inquit, qui reliqui fuerint,

B numerus erunt, » hoc est, non plures quam ut numero comprehendi possint : utpote qui et pauci, et facile numerabiles futuri sint : non plures igitur exstiterunt, duntaxat universæ Judæorum multitudini comparati, qui in Salvatorem et Dominum nostrum crediderunt, qui quidem etiam digni habiti sint, qui ab eo scripturam acciperent : quemadmodum verba illa demonstrant, « et puerulus scribet eos : » siquidem prius ostensum est, quisnam hic esset puerulus, ubi dictum est : **73** Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium [50] : » et « antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem [51] : » et quoniam hoc loco « puer, » inquit, « scribet eos, » merito in superioribus docebat : « Et erit quod reliquum fuerit in Hierusa-

C lem, sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt ad vitam [52]. » Ergo ut illic reliquum nominatum est, hicque ipsi erant, « qui scripti sunt ad vitam : » ita etiam hic, « qui reliqui fuerint ex eis, numerus erunt, et puerulus scribet eos. » Hoc porro ipsum « quod relictum fuerit ex Israel, et qui servati ex Jacob, non ultra, » inquit, « in eis qui ipsos injuria affecerint, sed in Deo sancto Israel confidentes erunt : » et sane jam specta, utrum ipsa hac confidentia ii, qui ex Judaica gente profecti sunt, et qui de ruina Israel relicti sunt discipuli et apostoli Salvatoris nostri, nihil æstimaverint principes sæculi hujus, seu principes Judaici, qui olim injuria eos afficiebant, et sic in omnes gentes penetrave-

D rint, Christum verbum prædicantes, an vero nihil horum ausi sint, atque utrum eadem erga Deum confidentia (nam, ut prophetia habet, « confidentes erant in Deo sancto Israel in veritate. » Non enim subdole aut simulate, sed vere totos seipsos spei dediderant) non solum de sua regione profecti sint, verum id quod ipsis propositum fuerat, abunde perfecerint, an non. Nempe hoc ipsum rursus id fuisse invenies, quod relictum est quasi semen ruinæ Jacob, in Deo forti confidens : atque item hoc ipsum universæ ejus gentis residuum (quæ quidem gens « fuerit quasi arena maris, » non quasi stellæ cœli) dignum habitum esse, cui salus a Deo

[49] Isa. x, 17-23. [50] Isa. VII, 14. [51] Isa. VIII, 4. [52] Isa. IV, 3.

Digitized by Google

condonaretur, sicut affirmat Apostolus, ubi ait : « Isaias autem clamat pro Israel, si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ salvæ fient [53]. » Nam cum duo sint quæ Abrahæ Deus respondens promisit de iis, qui ab illo orituri erant, unum quidem quod futuri essent sicut stellæ cœli, alterum vero quod tanquam arena maris, Dei quidem amici, quales fuerunt illi veteres, et prophetæ, et Salvatoris nostri apostoli, quibus ipse illud testimonium exhibuit, « vos estis lux mundi [54], » luminibus cœlestibus ipso splendore comparantur : reliqui vero, terreni scilicet, atque in humum spectantes, arenæ similes habentur. Proinde merito ubi tota multitudo filiorum Israel, quæ a dignitate sua 74 et a virtutis magnificentia casura erat, undecunque spectans in terram, ut sermo de his propheticus habet, arenæ maris comparata fuerit : tum videlicet eorum reliquiæ duntaxat salvæ fient, de quibus sane reliquiis plurimum est a nobis elaboratum : atque hæc futura esse dicit, ubi ipse Dominus contrahens et perficiens, verbum per totum terrarum orbem fecerit, sic utique Evangelicam prædicationem perspicue significans, in qua omni Mosaico ambitu sublato, qui imaginibus, et signis, et corporalibus adorationibus constabat, brevitate emissum, prophetiæ veritatem comprobavit.

Α ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. » Δύο γάρ τοι ἐπαγγελιῶν διὰ τοῦ χρησμοῦ τῷ Ἀβραὰμ δεδομένων περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ γενησομένων, ὡς ἄρα ἔσονται κατὰ τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, τῶν μὲν θεοφιλῶν λαμπόντων ὁμοίως τοῖς οὐρανίοις φωστῆρσιν, οἷοι ἦσαν οἱ πάλαι προφῆται, καὶ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι, οἷς ἐμαρτύρησεν εἰπών· « Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου· » τῶν δὲ γηγενῶν καὶ χαμαιπετῶν ἄμμῳ γῆς παραβαλλομένων· εἰκότως ἐν τούτοις ὁ προφητικὸς λόγος, ἐπὰν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐκπεσούμενον τῆς ἀξίας καὶ τοῦ μεγαλοφυοῦς τῆς ἀρετῆς, ὅλον δι' ὅλου χαμαιπετὲς γενόμενον παραβληθῇ τῇ ἄμμῳ τῆς θαλάσσης, τότε δὴ τὸ κατάλειμμα αὐτῶν μόνον σωθήσεται, περὶ οὗ καταλείμματος πλεῖστα ἡμῖν γεγύμνασται. Ταῦτα δέ φησιν ἔσεσθαι, ἐπὰν αὐτὸς ὁ Κύριος συντέμνων καὶ συντελῶν, λόγον καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ποιήσει, ἐναργῶς τὸ εὐαγγελικὸν παριστὰς κήρυγμα, ἐν ᾧ, πάσης τῆς κατὰ Μωσέα περιόδου ἐν εἰκόσι καὶ συμβόλοις καὶ σωματικαῖς θρησκείαις περιαιρεθείσης, ὁ σύντομος τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, εἰς πάντας ἀνθρώπους παραδοθείς, τῆς προφητείας τὴν ἀλήθειαν ἐπιστώσατο.

Β

XLI. Et erit in die illa, radix Jesse, et qui surget imperare gentibus, in eo gentes sperabunt : et erit requies in honore. Et erit in die illa, adjiciet Dominus demonstrare manum suam ad æmulandum, et quærendum quod remanserit reliquum populi sui, quodcunque relictum fuerit ab Assyriis, et ab Ægypto, et a Babylonia, et ab Æthiopia, et ab Elamitis, et a solis ortu, et ab insulis maris : et extollet signum in gentes, et dispersos Juda congregabit a quatuor alis terræ [55]. » Cum sæpe quædam futura dicantur in quodam insigni die, hoc est, ubi manifestum tempus advenerit, nos ratiocinatione colligentes, earum rerum quæ significentur, exitum in ipsum Dei adventum recidere demonstravimus : in quo cum omnis Judaica gens casura esset, paucos quosdam servatum iri, qui ex illis relinquendi erant, divina ostendunt oracula. Is tamen locus, qui nunc in manibus est, et ipsam diem, et quod per eam significatur tempus, et quæ in eo eventura essent, planissime demonstrat : cum enim canat ex semine David futurum Christi ortum, cum eo simul Judæorum item ruinam prædicit ; dicit autem sic : « Ecce dominator Dominus Sabaoth, conturbabit gloriosos cum robore, et excelsi humiliabuntur, et cadent excelsi gladio, et Libanus cum excelsis cadet [56]. » Porro hic Libanum ipsam Hierusalem intelligi vult, sicut in aliis demonstravimus : quam cum omnibus suis fastum, et venerationem præ se ferentibus, et gloriosis casuram, hic prophetæ locus minatur : qui quidem ubi priora illa explicavit, hæc deinceps adjungit ; « Et egre-

C

ΜΑ'. « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι καὶ ζητῆσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ἂν καταλειφθῇ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ ἀπὸ Βαβυλωνίας, καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας, καὶ Ἐλαμιτῶν, καὶ ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν, καὶ ἀπὸ τῶν νήσων τῆς θαλάσσης· καὶ ἀρεῖ σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα συνάξει ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς. Πολλάκις τινῶν λεγομένων ἔσεσθαι ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ, τουτέστιν ἐν ἐπιφανείᾳ χρόνου, λογισμῷ συνάγοντες τὴν τῶν δηλουμένων ἀκολουθίαν, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν ἀναφέρεσθαι ἀπεδείξαμεν, καθ' ἣν τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους ἀποπεσουμένου, σπανίους τινὰς σωθήσεσθαι τοὺς ἐξ αὐτῶν καταλειφθησομένους οἱ θεῖοι δηλοῦσι λόγοι. Ἥ γε μὴν D μετὰ χεῖρας λέξις καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὸν διὰ ταύτης σημαινόμενον χρόνον, καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ συμβεβηκότα λευκότατα παρίστησι· θεσπίζουσα γὰρ τὴν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ γενησομένην τοῦ Χριστοῦ γένεσιν, ὁμοῦ καὶ τὴν Ἰουδαίων ἀπόπτωσιν προαναφωνεῖ· λέγει δὲ οὕτως· « Ἰδοὺ δὴ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ, συνταράξει τοὺς ἐνδόξους μετὰ ἰσχύος, καὶ οἱ ὑψηλοὶ ταπεινωθήσονται, καὶ πεσοῦνται οἱ ὑψηλοὶ μαχαίρᾳ· ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. » Λίβανον δὲ ἐνταῦθα τὴν Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεται, ὡς ἐν ἑτέροις ἀπεδείξαμεν· ἣν μετὰ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ σεμνῶν καὶ ἐνδόξων πεσεῖσθαι ὁ λόγος ἀπειλεῖ· καὶ ταῦτά γε προανατεινάμενος, ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἐξελεύσε-

[53] Rom. ix, 27. [54] Matth. v, 14. [55] Isa. xi 10-12. [56] Isa. x 33, 34

Digitized by Google

ται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς A ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται, » καὶ τὰ ἑξῆς. Σαφέστατα τὴν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ (πατὴρ δὲ ἦν οὗτος τοῦ Δαβὶδ) γένεσιν τοῦ Χριστοῦ παριστὰς, ἐφ' ᾗ γενέσει τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν πρότερον μὲν δι' αἰνίγματος προφητικῷ τρόπῳ ἀναφωνεῖ· τὸ γὰρ, « Συμβοσκηθήσεται λύκος μετ' ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις σὺν ἐρίφῳ συναναπαύσεται, » καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν ἀγρίων καὶ ἀπηνῶν τὸν τρόπον καὶ μηδὲν θηρίων διαφερόντων ἐθνῶν, τὴν ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ ἥμερόν τε καὶ κοινωνικὸν τρόπον μεταβολὴν ἐδήλου· τοῦτο δὲ αὐτὸ εἰς ὕστερον γυμνότερον διδάσκει, φάσκων· « Ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα γῆ τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψει θαλάσσας. » Καὶ ἔτι γε αὐτὸς ἑαυτὸν ἑρμηνεύων ὁ προφητικὸς λόγος ἐπιλέγει· « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἡ ῥίζα Ἰεσσαὶ, καὶ B ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν· καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. » Ἐπειδὴ τοίνυν ἀνωτέρω μὲν τὴν ἀπόπτωσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐσήμαινεν ἐπικεκαλυμμένως, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, τοτὲ μὲν κεκαλυμμένως, τοτὲ δὲ γυμνῶς· εἰκότως αὖθις ἐπαναλαμβάνων τὸν λόγον, τῶν ἐκ περιτομῆς εἰς τὸν Χριστὸν πιστευόντων μνημονεύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ πάντῃ ἀποκλεῖσαι αὐτῶν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν ἐλπίδα· « Ἔσται μὲν γὰρ, » φησὶν, « ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. » Τίς δ' ἦν ὁ ἀνιστάμενος ἀλλ' ἢ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, ὃν καὶ σαφῶς φησιν ἄρξειν ἐθνῶν, ἀλλ' οὐχὶ Ἰσραήλ; Ἐπειδὴ τοίνυν διαφόρως τὴν τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴν ἐπὶ τὸν ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ φύντα καὶ βλαστήσαντα ἐδίδαξεν, οὐδὲν δὲ οὐδέπω Χριστὸν περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς εἰρήκει· εἰκότως C τὸ ἐλλεῖπὲς τῆς προρρήσεως ἀποδίδωσι, φάσκων· « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, » τοῦτ' ἔστιν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ φύντος, « προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ζητῆσαι, καὶ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, ὃ ἂν καταλειφθῇ ἀπὸ τῶνδε καὶ τῶνδε τῶν πολεμίων. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας πεποίηκε· Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, προσθήσει Κύριος δεύτερον τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ κτήσασθαι τὸ ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ὑπολειφθήσεται ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ τῶν ἑξῆς. Νοήσεις δὲ καὶ ἐνταῦθα πολεμίους τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ νοητούς τινας καὶ πνευματικοὺς, ἤτοι δαίμονας πονηροὺς, ἢ δυνάμεις ἀντικειμένας τῷ λόγῳ θεοσεβείας, οἳ, τῶν κατωνομασμένων ἐθνῶν πάλαι πρότερον ἀοράτως προεστῶτες, τὰς ψυχὰς ἐποD λιόρκουν τοῦ Ἰσραὴλ, ποικίλοις πάθεσιν αὐτὰς περιβάλλοντες, ὑποσύροντές τε καὶ αἰχμαλωτίζοντες εἰς τὸν ὅμοιον τῆς τῶν ἀλλοφύλων ἀγωγῆς βίον. Τούτου δὴ οὖν παντὸς σχεδὸν εἰπεῖν τοῦ λαοῦ κατὰ ψυχὴν αἰχμαλώτου ληφθέντος ὑπὸ τῶν δεδηλωμένων, οἱ φυλαχθέντες καὶ καταλειφθέντες ἄτρωτοι καὶ ἄσυλοι κατὰ τὴν προφητείαν τῆς δηλουμένης ἐπαγγελίας τεύχονται, ὀψόμενοι τοῦ Κυρίου τὴν χεῖρα καὶ κτῆμα αὐτοῦ γενησόμενοι, κατὰ τὸ φάσκον λόγιον· « Προσθήσει Κύριος τοῦ δεῖξαι τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ. » Τί δὲ προσθή-

dietur virga de radice Jesse, **75** et flos de radice ejus ascendet[87], » et cætera. In quibus manifestissime, ex radice Jesse (pater autem hic fuit David) ortum Christi significat, in quo ortu, vocationem gentium prius per quamdam sermonis obscuritatem, more prophetico explicat. Illud enim : « Pascetur simul lupus cum agno, et pardus cum hœdo simul quiescet[88], » et quæ sunt hujusmodi nihil aliud quam gentium indomitarum, et immanium, et in nulla re a belluis differentium, ad pios et mansuetos, et omni charitate refertos mores, conversionem futuram indicant. Sed hoc ipsum docet apertius in iis quæ sequuntur, sic dicens : « Repleta est universa terra cognitione Domini, sicut aqua multa ad cooperienda maria[89]. » Præterea ipse seipsum interpretans sermo propheticus sequitur? « Et erit in die illa, radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus, in eo gentes sperabunt : et erit requies ejus cum honore[90]. » Quoniam igitur superius Judaicæ gentis ruinam involute significavit, post vero gentium vocationem, nunc quidem involutius, nunc autem explicatius : merito rursus eumdem repetens sermonem, de iis qui ex circumcisione in Christum crediturі sunt, mentionem facit, ne omni ratione a Christo spem illorum excludat. « Erit enim, inquit, qui surgit, ut imperet gentibus. » Sed quis tandem hic est qui surgit, nisi radix Jesse? quem etiam gentibus non ipsi Israel imperaturum affirmat. Quoniam ergo varie docuit hanc gentium conversionem, ad eum qui de radice Jesse nascetur, et pullulabit, necdum boni quidquam de iis qui in circumcisione sunt, protulit : merito quod prædictioni ejusmodi deerat, reddit, dicens : « Et erit in die illa, » hoc est, in illo tempore in quo adveniet is qui orturus est de radice Jesse, « adjiciet Dominus demonstrare manum suam, ut æmuletur, et quærat quod remanserit reliquum populi, quocunque relictum fuerit[91], » aut ab his, aut ab illis hostibus. Quem quidem locum Aquila ita convertit : « Et erit in die illa, adjiciet Dominus secundo manum suam ad acquirendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, » et cætera. Cæterum hæc quoque te considerare oportebit : hostes populi Dei censendos intelligibiles quosdam et spirituales, hoc est, malos dæmones, sive potestates, quæ Verbo adversentur. Hi porro sunt illi qui olim iis gentibus quæ hic nominatæ **76** sunt, invisibiliter præerant, et animas Israel vastabant, cum eas in varios effectus inducerent, et captivas facerent, et ad morem victus, alienarum gentium victui similem, attraherent. Cum igitur hic universus, prope dixerim, populus, animis factus esset captivus ab iis, quos diximus hostibus, qui servati, relictique sunt sine vulnere, non spoliati suis rebus, promissum illud, de quo prophetia loquitur, obtinebunt : utpote qui visuri sint manum Domini, et illius possessio futuri; quemadmodum illud habet

[87] Isa. xi, 1. [88] Ibid. 8. [89] Ibid. 9. [90] Ibid. 10. [91] Ibid. 11.

Digitized by Google

oraculum quod ita ait : « Adjiciet Dominus demonstrare manum suam, ut æmuletur ob id quod remanserit reliquum populi. » Quid autem adjiciet Dominus? nempe, iis quos semel quondam per prophetas ostendit : Adjecta est manus Domini, ut his ipsis veluti de totius populi ruina servatis, quæ prioribus deerant, adjungerentur. Hæc porro erant Novi Testamenti mysteria, quæ manu Domini ostensa sunt ei parti quæ de populo relicta est. Sed etiam, « ut æmuletur, inquit, ob id quod remanserit reliquum populi. » Pro quo Aquila et Theodotion concorditer, « ad acquirendum, » inquiunt, « residuum populi sui, quodcunque relictum fuerit ab Assyriis, » et a reliquis inimicis gentibus. Hoc autem quod relictum fuerit de populo, « extollet, inquit, signum in gentes : » per eos enim plane Dominus signum suum in cunctis gentibus patefecit, et per eosdem collegit eos, qui ex Israel perierant, et qui ex Juda dispersi erant, postquam a quatuor aliis terræ, ad Christum Dei, ex prædicatione apostolorum ipsius, confugerunt : sic sane collectos esse intelligens eos, qui quondam ex Israel et Juda, secundum sententiam consideratis atque acceptis, abducti procul, separatique fuerant. Mos autem hujuscemodi animarum, verum Israel Dei demonstrat, sicut e contrario, vitiosa pravaque affectio eum Israel, qui ratione corporis eam appellationem sortitus est, principes Sodomorum, et populum Gomorrhæ appellare in oraculis facit. Reliquiæ igitur secundum electionem gratiæ, et quod in prophetia dicitur, relictum residuum populi, signum Domini apud cunctas gentes prædicarunt : et istiusmodi gentium animas ab interitu, ad Domini cognitionem trahentes, unum Deo populum confecerunt, qui a quatuor aliis terræ hodie quoque una Christi virtute contrahitur. **77** Hi vero ipsi de Judaicæ gentis interitu conservati discipuli, et apostoli Salvatoris nostri, ex diversis tribubus oriundi, una vocatione, unaque gratia, atque uno sancto Spiritu digni effecti, omnem amorem, quem olim erga ipsos Hebraicæ tribus habebant, abjecturi erant, ut ait prophetia. Cum igitur eodem intellectu eademque sententia perfecti essent, non solum continentem terram, sed et insulas gentium pervagati sunt, et omnes undique hominum animas deprædati, eas ducentes captivas, ut imperio Christi subjicerentur. Qui quidem in hoc consentanea illi oraculo egerunt, quod ait : « Et volabunt in navigiis externum mare simul deprædantes, et eos, qui ad solis ortum spectant [69]. » Reliqua vero ejusdem prophetiæ, his item proportione respondere intueberis, si unamquamque dictionem tecum ipse diligenter perpenderis, et quod quidem ex ea inconstans vel humile visum fuerit, rejeceris, spiritus vero ipsius intelligentiam perceperis, quatenus ipse tibi Dei spiritus contemplandum suppeditaverit. Nobis enim tempus non permittit diutius in his locis immorari, qui materiam propositam absolvere festinamus.

σει Κύριος; ἀλλὰ γὰρ πρὸς οἷς ἅπαξ ἐπεδείξατο πάλαι πρότερον διὰ τῶν προφητῶν· « Προσεγενήθη χεὶρ Κυρίου, καὶ τούτοις διασωθεῖσιν ἀπὸ τῆς πτώσεως τοῦ παντὸς λαοῦ, τὰ λείποντα τοῖς προτέροις προσθήσειν. » Ταῦτα δὲ ἦν τὰ τῆς καινῆς Διαθήκης μυστήρια, διὰ τῆς χειρὸς τοῦ Κυρίου δεδειγμένα τῷ καταλειφθέντι ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Ἀλλὰ καὶ τοῦ ζηλῶσαί φησιν τὸ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ. Ἀνθ' οὗ συμφώνως ὁ Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, τοῦ κτήσασθαι, φησὶν, τὸ ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ἂν καταλίπῃ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν πολεμίων ἐθνῶν. Τοῦτο δὲ τὸ καταλειφθὲν τοῦ λαοῦ ὑπόλοιπον ἀρεῖ, φησὶν, σημεῖον εἰς τὰ ἔθνη· σαφῶς δι' αὐτῶν τὸ ἑαυτοῦ σημεῖον ὁ Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιδεικνύμενος· καὶ συνάξει δι' αὐτῶν τοὺς ἀπολομένους Ἰσραὴλ, καὶ τοὺς διεσπαρμένους Ἰούδα, ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ κηρύγματος καταπεφευγότας· τοὺς συναχθέντας εἶναι λέγων τῶν πάλαι ἀπῳκισμένων καὶ ἀφωρισμένων ἐκ τοῦ κατὰ διάνοιαν Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα. Τρόπος δὲ τοιῶνδε ψυχῶν τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ δείκνυσιν, ὡς ἀνάπαλιν φαύλη καὶ μοχθηρὰ διάθεσις τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, ἄρχοντας Σοδόμων καὶ λαὸν Γομόρρας χρηματίζειν ποιεῖ. Τὸ τοίνυν λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος, καὶ τὸ λεγόμενον ἐν τῇ προφητείᾳ καταλειφθὲν ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, τὸ σημεῖον τοῦ Κυρίου πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀνεκήρυξεν, καὶ τὰς τοιάσδε ψυχὰς τῶν ἐθνῶν ἐξ ἀπωλείας ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου γνῶσιν ἐφελκυσάμενον, ἕνα λαὸν συνῆξε τῷ Θεῷ, τὸν ἐκ τῶν τεσσάρων πτερύγων τῆς γῆς εἰσέτι νῦν τῇ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει συγκροτούμενον. Οὗτοι δὲ αὐτοὶ οἱ ἀπὸ τῶν ἀπολωλότων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διασωθέντες μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι Σωτῆρος ἡμῶν, ἐκ διαφόρων φυλῶν τυγχάνοντες, μιᾶς κλήσεως καὶ μιᾶς χάριτος ἑνὸς Πνεύματος ἁγίου κατηξιωμένοι, πάντα ζῆλον ὃν πάλαι πρὸς αὐτοὺς εἶχον αἱ τοῦ Ἑβραίων ἔθνους φυλαί, ἀπορρίψουσιν, ὡς ἡ προφητεία φησίν. Κατηρτισμένοι γοῦν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, οὐ μόνον τὴν ἤπειρον, ἀλλὰ καὶ τὰς νήσους διῆλθον τῶν ἐθνῶν, πάσας πανταχόθεν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προνομεύοντες καὶ αἰχμαλωτεύοντες εἰς τὴν ὑποταγὴν τοῦ Χριστοῦ, ἀκολούθως τῷ χρησμῷ φήσαντι· « Καὶ πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων, θάλασσαν ἅμα προνομεύοντες, καὶ τοὺς ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. » Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῆς προφητείας τούτοις ἀναλόγως ἐπιθεωρήσεις, ἑκάστην λέξιν παρὰ σαυτῷ βασανίσας, καὶ πᾶν μὲν τὸ ἀσύστατον καὶ ταπεινὸν αὐτῆς διακρουσάμενος, τὴν δὲ διάνοιαν τοῦ πνεύματος, ὡς ἂν αὐτό σοι τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ θεωρεῖν ὑποβάλῃ, νοήσας. Ἡμῖν γὰρ ὁ καιρὸς οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς τόποις ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν, τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐξανύσαι κατεπειγομένοις.

[69] Isa. xi, 14.

Digitized by Google

ΜΒ'. « Καὶ ἐντελοῦμαι τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω. Καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἔντιμοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον· καὶ ἄνθρωπος ἔντιμος ἔσται μᾶλλον ἢ ὁ λίθος ὁ ἐκ Σουφείρ. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι ὡς δορκάδιον φεῦγον, καὶ ὡς πρόβατον πλανώμενον. » Καὶ διὰ τούτων τὸ σπάνιον τῶν σωθησομένων ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἀσεβῶν ἀπωλείας σαφέστατα ὁ λόγος παρίστησιν· ὥστε μὴ χώραν ἔχειν ὑπονοεῖν ἀδιακρίτως πάντας ἁπαξαπλῶς τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ πᾶν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, τῶν τοῦ Θεοῦ τεύξεσθαι ἐπαγγελιῶν. A

XLII. « Et mandabo orbi universo mala, et impiis peccata ipsorum, et perdam injuriam iniquorum, et contumeliam superborum humiliabo. Et erunt qui remanserint pretiosi magis, quam aurum quod iguem non sentit : et homo pretiosus erit magis, quam lapis in Suphir [63], ac deinceps adjungit : « Et erunt, » qui relicti fuerint, « quasi capreola fugiens, et quasi ovis errabunda [64] : » atque in his quidem paucitatem eorum, qui superfuturi sint tempore interitus impiorum, hic sermo planissime ostendit : ex quo id intelligimus, sine ulla exceptione, carituros esse propria regione omnes omnino, qui ad circumcisionem pertinent, atque omnem Judaicam gentem, promissa divina non esse consecuturam.

ΜΓ'. « Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔκλειψις δόξης Ἰακὼβ, καὶ τὰ πίονα τῆς δόξης αὐτοῦ σεισθήσονται. Καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἐάν τις συναγάγῃ ἀμητὸν ἑστηκότα, καὶ σπέρμα σταχύων ἀμήσῃ· καὶ ἔσται ὃν τρόπον ἐάν τις συναγάγῃ στάχυας ἐν φάραγγι στερεᾷ, καὶ καταλειφθῇ ἐν αὐτῇ καλάμη· ἢ ὡς ῥῶγες ἐλαίας δύο, ἢ τρεῖς ἐπ' ἄκρου μετεώρου, ἢ τέσσαρες, ἢ πέντε ἐπὶ τῶν κλάδων αὐτῶν καταλειφθῶσι. Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ· Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ πεποιθὼς ἔσται ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ ποιήσαντι αὐτόν· οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἐμβλέψονται, καὶ οὐ μὴ πεποιθότες ὦσιν ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἃ ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν. » Καὶ διὰ τούτων ἐναργῶς θεσπίζεται ἡ δόξα τοῦ Ἰσραὴλ καὶ πάντα τὰ πίονα αὐτῶν καθαιρεθήσεσθαι, ὀλίγοι δὲ αὖθις καὶ ἀριθμῷ λεπτοὶ, ὡσὰν ἐλαίας ἐν φυτῷ ῥῶγες βραχεῖς, καταλειφθήσεσθαι λέγονται· οὗτοι δὲ ἂν εἶεν οἱ ἐξ αὐτῶν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν πεπιστευκότες. Ἀκολούθως δὲ μετὰ τὰ περὶ ἐκείνων εἰρημένα, περὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους ἀποστραφησομένου τὴν κατὰ τὰ εἴδωλα πλάνην, ἐπιγνωσομένου δὲ τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ, προφητεύεται. B C

XLIII. « Et erit in die illa defectus gloriæ Jacob, et pinguia gloriæ ipsius quassabuntur. Et erit quemadmodum si quis colligat messem stantem, et semen spicarum metat ; et erit quemadmodum si quis colligat spicas in convalle solida, et **78** relicta fuerit in ea stipula ; aut quasi baccæ olivæ duæ, sive tres in cacumine sublimi, seu quatuor, seu quinque in ramis ipsis relictæ fuerint. Hæc dicit Dominus Deus Israel : In die illa confidens erit homo in eo, qui fecit ipsum : oculi autem ejus ad sanctum Israel respicient, et non erunt confidentes in altaribus, neque in operibus manuum suarum, quæ fecerunt digiti ipsorum [65]. » In his quoque evidenter canitur ; quemadmodum gloria Israel, et cuncta pinguia eorum auferenda sint, et pauci rursus numeroque comprehensibiles relinquendi : atque hi quidem erunt, qui ex eis in Dominum nostrum crediderint. Deinceps autem post ea quæ de illis dicta sunt, de universo genere hominum, quod aversurum se sit ab errore simulacrorum, Deumque Israel agniturum, vaticinium sequitur.

ΜΔ'. « Ἀκούσατε, νῆσοι, ἐγκαταλελειμμένοι καὶ ἐδυνώμενοι, ἀκούσατε, ἃ ἤκουσα παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ· ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἀνήγγειλεν ἡμῖν. » Ὅρα τίνα τρόπον καὶ ἐνταῦθα οὐ πάντας τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπὶ τὴν τῶν ἀπορρήτων ἀκρόασιν παρακαλεῖ, ἀλλ' ἢ μόνους, οὓς ὀνομάζει καταλελειμμένους καὶ ὀδυνωμένους· οἷοι ἦσαν οἱ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, στενάζοντες καὶ ἀποκλαόμενοι τὴν κακίαν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου. D

XLIV. « Audite, insulæ, qui relicti estis et dolore cruciamini : audite quæ audivi a Domino Sabaoth : Deus Israel nuntiavit nobis [66]. » Specta quemadmodum hic quoque non omnes, qui ad circumcisionem spectant, ad ejusmodi arcana audienda invitet, sed solos eos, quos dicit relictos esse, ac dolore cruciari : quales erant, qui, ut ait Apostolus, gemebant ac deplorabant malitiam vitæ hominum.

ΜΕ'. « Ἐπένθησαν οἱ ὑψηλοὶ τῆς γῆς, ἡ δὲ γῆ ἠνόμησε διὰ τοὺς κατοικοῦντας αὐτήν. Διὰ τοῦτο πτωχοὶ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καταλειφθήσονται ἄνθρωποι ὀλίγοι. » Καὶ ἐν τούτοις τοὺς παραβεβηκότας τὸν νόμον, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ διαθήκην τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ ἀπελέγξας, ἀπειλήσας τε αὐτοῖς τὰ ἀναγεγραμμένα, καταλειφθήσεσθαι ἀνθρώπους ἐξ αὐτῶν ὀλίγους προφητεύει· εἶεν δ' ἂν οὗτοι τὸ ὠνομασμένον παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος.

XLV. « Luxerunt excelsi terræ, et terra inique egit propter habitantes eam. Idcirco inopes erunt inhabitantes in terra, et relinquentur homines pauci [67]. » In his quoque ubi eos reprehendit, qui ex populo circumcisionis legem Dei, et testamentum contempserint, et eis minatus est ea quæ scripta sunt ; tum ex illis paucos homines esse relinquendos vaticinatur. Illi vero sint sane illæ, quæ nominantur apud Apostolum « reliquiæ secundum electionem gratiæ [68]. »

[63] Isa. XIII. 11, 12. [64] Ibid. 14. [65] Isa. XVII. 4-8. [66] Isa. XLIX. 1, 2. [67] Isa. XXIV. 4-6. [68] Rom. XI. 5.

Digitized by Google

XLVI. « Relinquentur civitates desertæ, et domus quæ relictæ fuerint, interibunt. Hæc omnia erunt in terra in medio gentium : quemadmodum si quis colligat paucas baccas, quæ in oliva remanserint, sic colligent eos ; et si 79 cessaverit vindemia, hi voce clamabunt : qui autem relicti fuerint in terra, lætabuntur simul cum gloria Domini [69]. » Hic quoque soli qui relicti fuerint, gavisuri dicuntur, cum reliqui omnes his, quæ in vaticinio continentur, sint tradendi.

XLVII. « Conculcabitur corona contumeliæ, mercenarii Ephraim : et erit flos, qui decidet de spe gloriæ in cacumine montis excelsi, quasi præcox ficus : qui vidit eum priusquam in manus accipiat, vellet eum devorare. Die illa Dominus erit corona spei, contexta gloriæ ei, qui relictus sit de populo ipsius : relinquentur enim in spiritu judicii. » Etiam hic ei, qui relictus sit de populo, non universæ illi genti, solis utique illis, qui reliquiarum nomine significantur, Dominum coronam spei, et gloriæ futurum, vaticinatur : alios vero præter populi reliquias, coronam contumeliæ, et mercenarios Ephraim nominat.

XLVIII. « Et erunt, qui relicti fuerint in Judæa, mittent radicem deorsum, et facient fructum sursum quoniam ex Hierusalem erunt, qui relicti fuerint, et qui salvi futuri sunt ex monte Sion : æmulatio Domini Sabaoth faciet hæc [71] : » eos, qui secundum electionem gratiæ relicti fuerint ex Judæorum gente missuros radicem deorsum, et facturos semen sursum vaticinatur. Ubi manifestissime apostolorum et discipulorum Salvatoris nostri electionem significat. Siquidem hi, ex iis qui ad circumcisionem pertinent, relicti, deorsum in terram doctrinæ suæ radices miserunt, adeo quidem, ut illa ipsa eorumdem doctrina infixa sit, et radicibus firmata per totum terrarum orbem : sursum autem ferre semen et fructum ad promissa cœlestia exhortati sunt. Hi vero ipsi de gente Judæorum relicti, cæteris pereuntibus, soli servari dicuntur. Hæc autem omnia, æmulatio Domini fecit. Nam æmulatio Domini, quæ hos ad provocandum eos impios, qui in circumcisione manserunt elegit, illos provocavit, ut est illud apud Moysem dictum : « ipsi me provocaverunt in eo, qui non est Deus : et ego provocabo eos in ea, quæ non est gens : in gente stulta irritabo eos [72]. »

XLIX. « Sic dicit Dominus : Quemadmodum 80 invenietur acinus in racemo, et dicent, ne dissipaveris eum, quoniam benedictio Domini est in eo, sic faciam propter eum, qui servit mihi : hujus causa non perdam omnes : et educam ex Jacob semen, et ex Juda : et hæreditabit montem sanctum meum, et hæreditabunt electi mei et servi mei, et habitabunt illic. Et erit in silva stabulum gregum, et vallis Achor in requiem armentorum boum populo meo, qui exquisiverunt me. Vos autem, qui

MΖ'. « Καταλειφθήσονται πόλεις ἔρημοι, καὶ οἱ οἶκοι οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἀπολοῦνται. Ταῦτα πάντα ἔσται ἐν τῇ γῇ ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν· ὃν τρόπον ἐάν τις καλαμήσηται ἐλαίαν, οὕτως καλαμήσονται αὐτούς· καὶ ἐὰν παύσηται ὁ τρυγητὸς, οὗτοι φωνῇ φωνήσουσιν· οἱ δὲ καταλειφθέντες ἐπὶ τῆς γῆς εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ Κυρίου. » Καὶ ἐνταῦθα οἱ καταλειφθέντες μόνοι εὐφρανθήσεσθαι λέγονται, τῶν λοιπῶν ἁπάντων τοῖς θεσπιζομένοις παραδοθησομένων.

MZ'. « Καταπατηθήσεται ὁ στέφανος τῆς ὕβρεως, οἱ μισθωτοὶ τοῦ Ἐφραΐμ· καὶ ἔσται τὸ ἄνθος τὸ ἐκπεσὸν τῆς ἐλπίδος τῆς δόξης ἐπ' ἄκρου τοῦ ὄρους τοῦ ὑψηλοῦ, ὡς πρόδρομος σύκου· ὁ ἰδὼν αὐτὸ, πρὶν ἢ εἰς τὴν χεῖρα λαβεῖν αὐτὸ, θελήσει αὐτὸ καταπιεῖν. Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ Κύριος ἔσται ὁ στέφανος τῆς ἐλπίδος, ὁ πλακεὶς τῆς δόξης τῷ καταλειφθέντι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· καταλειφθήσονται γὰρ ἐν πνεύματι κρίσεως. » Καὶ ἐνταῦθα τῷ καταλειφθέντι τοῦ λαοῦ, οὐχὶ δὲ παντὶ τῷ ἔθνει αὐτῶν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς διὰ τοῦ καταλείμματος σημαινομένοις, τὸν Κυριον στέφανον ἔσεσθαι ἐλπίδος καὶ δόξης προφητεύει, τοὺς ἄλλους παρὰ τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ στέφανον ὕβρεως καὶ μισθωτοὺς τοῦ Ἐφραΐμ ὀνομάζων.

MH'. « Καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, φυήσουσι ῥίζαν κάτω, καὶ ποιήσουσι σπέρμα ἄνω, ὅτι ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἔσονται οἱ σωζόμενοι ἐξ ὄρους Σιών. Ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα. » Τοὺς κατ' ἐκλογὴν χάριτος καταλειφθέντας ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους φυήσειν ῥίζαν κάτω, καὶ ποιήσειν σπέρμα ἄνω προφητεύει, σαφέστατα τὴν τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκλογὴν παριστάς. Οὗτοι γὰρ, ἀπὸ τῶν ἐκ περιτομῆς καταλειφθέντες, κάτω μὲν εἰς γῆν τὰς ῥίζας τῆς διδασκαλίας αὐτῶν κατέβαλλον, ὡς ἐμπαγῆναι, καὶ ῥιζῶσαι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὴν διδαχὴν αὐτῶν· ἄνω δὲ τὸ σπέρμα καὶ τὸν καρπὸν φέρεσθαι εἰς τὰς ἐπουρανίους ἐπαγγελίας παρεκελεύσαντο. Οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καταλελειμμένοι, τῶν λοιπῶν ἀπολλυμένων, μόνοι σωζόμενοι λέγονται. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ ζῆλος Κυρίου ἐποίησεν. Εἰς γὰρ τὸ παραζηλῶσαι τοὺς ἀσεβεῖς τῶν ἐκ περιτομῆς, ἐκλεξάμενος ὁ ζῆλος Κυρίου τούτους, παρεζήλωσεν ἐκείνους· κατὰ τὸ παρὰ Μωσεῖ λεγόμενον· « Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. »

A Μωϋσῆς ἐναντι Κυρίου τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας, ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιεν. » Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Χριστός. Γέγραπται γοῦν· « Καὶ ἤγετο εἰς τὴν ἔρημον τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ οὐδὲν ἔφαγεν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. » Καὶ πάλιν Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ τροφὰς τῷ λαῷ παρέσχε. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· « Ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν ἄρτους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐγένετο καταπαυομένης τῆς δρόσου κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ πρόσωπον τῆς ἐρήμου λεπτὸν ὡσεὶ κόριον λευκὸν, ὡσεὶ πάγος ἐπὶ τῆς γῆς. » Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ Κύριος ἡμῶν ὡσαύτως φησὶ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· « Τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε; οὕπω νοεῖτε οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων, καὶ πόσους κοφίνους ἐλάβετε; οὐδὲ τοὺς ἑπτὰ τῶν τετρακισχιλίων, καὶ πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; » Πάλιν Μωϋσῆς διὰ μέσης τῆς θαλάσσης διῆλθε, καὶ τὸν λαὸν ὡδήγησε. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· « Ἐξέτεινε Μωσῆς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ὑπήγαγε Κύριος τὴν θάλασσαν ἀνέμῳ νότῳ βιαίῳ ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ἐποίησε τὴν θάλασσαν ξηράν, καὶ ἐσχίσθη τὸ ὕδωρ, καὶ διῆλθον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διὰ μέσης τῆς θαλάσσης κατὰ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς τεῖχος ἐκ δεξιῶν, καὶ τεῖχος ἐξ εὐωνύμων. » Ὡσαύτως δὲ καὶ μᾶλλον θεοπρεπέστερον Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατήσας, καὶ τὸν Πέτρον βαίνειν ἐπ' αὐτῆς ἐποίησε. Γέγραπται δ' οὖν· « Τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτοὺς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ ἰδόντες αὐτὸν περιπατοῦντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐταράχθησαν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἀποκριθεὶς δὲ αὐτῷ ὁ Πέτρος εἶπε· Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με ἐλθεῖν πρὸς σὲ ἐπὶ τὰ ὕδατα. Ὁ δὲ εἶπεν. Ἐλθέ· καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου Πέτρος περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα. » Πάλιν Μωϋσῆς ἀνέμῳ νότῳ βιαίῳ ἔπηξε τὴν θάλασσαν. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· « Ἐξέτεινε δὲ Μωϋσῆς τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ ὑπήγαγε Κύριος τὴν θάλασσαν ἀνέμῳ νότῳ βιαίῳ. » Καὶ ἐπιφέρει· « Ἐπάγη τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης. » Ὡσαύτως δὲ καὶ πολὺ κρειττόνως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Πάλιν Μωϋσέως ἀπὸ τοῦ ὄρους κατιόντος, τὸ πρόσωπον ἐωρᾶτο πλήρης δόξης. Γέγραπται δ' οὖν· « Καταβαίνων δ' αὐτὸς ἐκ τοῦ ὄρους Μωϋσῆς, οὐκ ᾔδει, ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἐν τῷ αὐτὸν λαλεῖν αὐτῷ· καὶ εἶδεν Ἀαρὼν, καὶ πάντες οἱ πρεσβύτεροι τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὸν Μωϋσῆν, καὶ ἦν δεδοξασμένη ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. » Ὡσαύτως δὲ καὶ πολὺ διαφερόντως ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, ἀναγαγὼν τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. Πάλιν Μωϋσῆς λε-

[1] Exod. xxxiv, 28. [2] Luc. iv, 1-2. [3] Exod. xvi, 3. [4] Ibid. 13,14. [5] Matth. xvi, 8-10. [6] Exod. xiv, 21, 22. [7] Matth. xiv, 25, 26. [8] Ibid. 28,29. [9] Exod. xiv, 21, 22. [10] Matth. viii, 26; Luc. viii, 24.

Digitized by Google

πρὸν ἐκαθάρισε. Γέγραπται δ' οὖν· « Καὶ ἰδοὺ Μαρία λεπρῶσα ὡσεὶ χιών. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἐδόησε Μωῦσῆς πρὸς Κύριον, λέγων· Ὁ Θεὸς, δέομαι, ἴασαι αὐτήν. » Ὡσαύτως δὲ καὶ μείζονι δυνάμει ἐξουσίας ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, προσελθόντος αὐτῷ λεπροῦ καὶ φήσαντος, « Ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι, ἀπεκρίνατο· Θέλω, καθαρίσθητι· καὶ ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα. » Πάλιν Μωῦσῆς δακτύλῳ Θεοῦ ἔφησε τὸν νόμον γεγράφθαι. Γέγραπται δ' οὖν· « Καὶ ἔδωκε τῷ Μωῦσεῖ, ἡνίκα κατέπαυσε λαλῶν αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, τὰς δύο πλάκας τοῦ μαρτυρίου, πλάκας λιθίνας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ἐν τῇ Ἐξόδῳ· « Εἶπον οὖν οἱ ἐπαοιδοὶ τῷ Φαραώ· « Δάκτυλος Θεοῦ ἐστι τοῦτο. » Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τοῖς Φαρισαίοις ἔλεγεν· « Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. » Ἐφ' ὅλοις τούτοις Μωῦσῆς μετωνόμασε τὸν Ἰησοῦν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ τὸν Σίμωνα Πέτρον. Καὶ πάλιν· Μωῦσῆς κατέστησε τῷ λαῷ ἡγουμένους ἑβδομήκοντα. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· « Συνάγαγέ μοι ἑβδομήκοντα ἄνδρας, ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων Ἰσραὴλ, καὶ ἀφελῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐπιθήσω ἐπ' αὐτούς· καὶ συνήγαγεν ἑβδομήκοντα ἄνδρας. » Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἀνέδειξεν αὐτοῦ μαθητὰς ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Καὶ πάλιν Μωῦσῆς δώδεκα ἄνδρας ἐξέπεμψε τὴν γῆν κατασκεψομένους. Ὡσαύτως δὲ καὶ πολὺ κρεῖττον ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ δώδεκα ἀποστόλους ἐξαπέστειλεν ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. Πάλιν Μωῦσῆς νομοθετεῖ λέγων· « Οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιορκήσεις. » Ὁ δὲ Σωτὴρ ἡμῶν, ἐπιτείνων τὸν νόμον, οὐ τὸ φονεύειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀπαγορεύει· ἀντὶ τοῦ μὴ μοιχεύειν, μηδ' ἐμβλέπειν γυναικὶ μετὰ ἐπιθυμίας ἀκολάστου παραινεῖ· ἀντί τε τοῦ μὴ κλέπτειν, τὰ οἰκεῖα τοῖς ἐνδεέσι προΐεσθαι προστάττει· ὑπερβὰς δὲ καὶ τὸ ἐπιορκεῖν, τὴν ἀρχὴν μηδὲ ὀμνύναι νομοθετεῖ. Καὶ τί με δεῖ μηκύνειν τὸν λόγον εἰς ἀπόδειξιν τοῦ τὰ παραπλήσια, καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων πεποιηκέναι Μωῦσέα καὶ Ἰησοῦν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν; Παρὸν, ὅτῳ φίλον, ἐπὶ σχολῆς ἀναλέξασθαι ταῦτα. Ἐπεὶ καὶ τὸν θάνατον Μωῦσέως μηδένα φασὶν ἐγνωκέναι, μηδὲ τὴν ταφὴν αὐτοῦ· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν μετὰ τὴν ἀναβίωσιν εἰς τὴν θεότητα μεταβολήν. Εἰ δὴ οὖν διὰ τῶν τοσούτων οὐδεὶς μὲν ἄλλος, μόνος δὲ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν παρέστη τὰ παραπλήσια Μωῦσεῖ διαπεπραγμένος, θέα λοιπὸν ἐπὶ μόνον αὐτὸν, καὶ οὐδ' ἐφ' ἕτερον ἀναφέρειν χρὴ τὴν παρὰ Μωῦσεῖ προφητείαν, δι' ἧς ὅμοιον αὐτῷ παραστήσειν ὁ Θεὸς ἐθέσπισεν εἰπών· « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς, ὥσπερ σε, καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ λαλήσει αὐτοῖς, καθὰ ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. Καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἂν μὴ ἀκούσῃ τῶν λόγων αὐτοῦ, ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. » Αὐτός τε Μωῦσῆς, πρὸς τὸν λαὸν

ejus [11]. » Simili ratione, et longe quidem excellentius, Salvator noster « cum duxisset suos discipulos in montem excelsum valde, transfiguratus est coram eis, et resplenduit facies ejus ut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut lux [12]. » Moses item leprosum mundavit. Siquidem scriptum est : « Et ecce Maria lepra candens sicut nix [13]. » Et paulo post : « Et clamavit Moses ad Dominum, dicens : Deus, obsecro, sana eam [14]. » Simili ergo ratione, sed longe majori potestate Christus Dei, cum ad eum leprosus accessisset, dixissetque : « Si vis, potes me mundare. Respondit : Volo, mundare, et mundata est ejus lepra [15]. » Rursus Moses digito Dei scriptam esse legem affirmavit. Nempe sic scriptum est : « Et dedit Mosi, cum desiisset loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonii, tabulas lapideas scriptas digito Dei [16]. » Et in Exodo : « Dixerunt igitur incantatores Pharaoni, digitus Dei est hic [17]. » Itidem Jesus quoque, qui Christus est Dei, Pharisæis dicebat : « Si autem in digito Dei ejicio dæmonia [18]. » Ad hæc omnia Moses denominavit Jesum Nave. Pari ratione etiam Salvator Simonem Petrum. Atque item Moses constituit populo, qui præessent septuaginta. Siquidem dicit Scriptura : « Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, et auferam de spiritu qui in te est, et immittam in eos : et congregavit septuaginta viros [19]. » Sic etiam ipse Salvator « designavit suos discipulos septuaginta, et misit binos ante faciem suam [20]. » Rursus Moses duodecim viros emisit terram exploraturos [21]. Noster 94 item Salvator, multoque etiam præstantius duodecim apostolos emisit, ad inspiciendas omnes gentes [22]. Rursus Moses ponit legem quæ dicit : « Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non pejerabis [23]. » At Salvator noster lege proposita, non occidere solum, sed etiam irasci prohibet [24], et pro eo quod dictum est, non mœchari, ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupidine admonet [25] : et pro eo quod est, non furari, res proprias indigentibus elargiri imperat [26] : etiam illud longe transiliens quod est, non pejerare, ne jurare quidem ullo modo instituit [27]. Et quid me oratione longius provehi necesse est, ut demonstrem similia, finitimaque inter se, Mosen ac Salvatorem, Dominumque nostrum fecisse? cum unicuique volenti, in otio talia colligere facillimum sit? Etenim cum Mosis mortem novisse neminem dicant, ac ne sepulcrum quidem ejus, neque itidem Salvatoris nostri post reditum suum in vitam, mutationem in speciem divinam quisquam scire potuit. Si igitur in tam multis rebus alius nemo, sed solus Salvator noster, qui cum Mose similitudinem factorum habuerit, proferri potest, superest jam ut in illum unum spectemus. Neque vero ad alium quempiam referamus prophetiam, quæ apud Mosen exstat,

[11] Exod. xxxiv, 29, 30. [12] Matth. xvii, 1-3. [13] Num. xii, 10. [14] Ibid. 13. [15] Matth. viii, 2, 3. [16] Exod. xxxi, 18. [17] Exod. viii, 19. [18] Luc. xi, 20. [19] Num. xi, 16, 17, 24. [20] Luc. x, 1. [21] Deut. i, 23. [22] Matth. x, 1-5. [23] Exod. xx, 13-16. [24] Matth. v, 22. [25] Ibid. 28. [26] Ibid. 42. [27] Ibid. 34.

Digitized by Google

in qua illi similem suscitaturum se Deus respondet, dicens : « Prophetam ex fratribus eorum suscitabo eis, tanquam te, et dabo verbum meum in os illius, et loquetur eis quemadmodum mandavero illi ; et omnis homo quicunque non audierit verba illius, quæcunque loquetur propheta in nomine meo, ego ulciscar ex eo [28] : » ipseque Moses Dei vocem ad populum interpretans, ait : « Prophetam ex fratribus vestris suscitabit Dominus Deus vester, illum audietis in omnibus quæcunque postulasti a Domino Deo tuo in Choreb in die concionis [29]. » Quod autem post Mosen ante Salvatorem nostrum nullus prophetarum Mosi similis surrexerit, antiqua Scriptura perspicue docet, ubi ait : « Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moses, quem noverit Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis [30]. » Constat igitur divinum spiritum per Mosen de Salvatore nostro cecinisse : siquidem unum ipsum, nec alium quempiam Mosi similem exstitisse, qualem ipsius Mosis verba describunt, jam comprobatum est. Cæterum, specta aliam quoque prophetiam **95** publicæ scripturæ commendatam. Nam cum Salvatorem et Dominum nostrum, hominem ratione humanitatis de semine Israel ortum, innumerabiles conventus in omnibus gentibus Dominum appellent, propter divinam ejus virtutem hanc ei appellationem tribuentes : Moyses quoque, qui, hoc divino Spiritu afflatus, cognoverat, enuntiavit in hunc modum : « Exibit homo de semine ejus (dicit autem de Israel) et dominabitur gentibus, et extolletur regnum ejus [31]. » Quod si nullus unquam alius ex iis principibus et regibus, qui in circumcisione regnaverint, multarum gentium Dominus constitutus est (nulla enim historia hoc habet), clamat autem et vociferatur veritas de uno Salvatore nostro : illum utique jam Dominum, neque id labiis tantum, sed affectione sincerissima, innumerabiles omnium nationum conventus confiteri : quid ultra jam impedit ne illum esse dicamus, de quo prophetiæ exstant? Quod autem Moyses hæc non indefinite prædicat, neque immenso quodam et inconstanti tempore vaticinium adumbret, sed valde providenter eventum rerum quas prædixerit, determinatis temporibus circumscribat, illa planissime indicant, quæ de hac quoque re canit : « Non deficiet, inquit, princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est : et ipse exspectatio gentium [31*]. » Quibus verbis non defuturos deinceps ductores ac principes, qui sibi inter se continuata serie succedant de gente Judaica, usque ad ejus, qui exspectatur, adventum, enuntiat. Quod si principes apud Judæos defecerint, adventurum eum, qui ex oraculis exspectatur. Judam vero hic non ipsam tribum intelligit, sed quoniam denominatione quadam posterioribus temporibus a regali tribu Juda, omnis Judæorum ratio dicta est, ita quidem ut hodie quoque Judæi

A τὴν τοῦ Θεοῦ διερμηνεύων φωνὴν, ἔφησεν· « Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἠτήσω παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐν Χωρὴβ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας. » Ὅτι δὲ τῶν μετὰ Μωϋσέα προφητῶν οὐδεὶς πρὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὅμοιος ἐγήγερται Μωϋσεῖ, σαφῶς ἡ παλαιὰ Γραφὴ διδάσκει, λέγουσα· « Καὶ οὐκ ἀνέστη ἔτι προφήτης ἐν Ἰσραὴλ, ὡς Μωϋσῆς, ὃν ἔγνω Κύριος πρόσωπον κατὰ πρόσωπον ἐν πᾶσι τοῖς σημείοις καὶ τέρασι. » Δέδεικται τοίνυν τὸ ἔνθεον πνεῦμα διὰ Μωϋσέως περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεσπίσαν· εἰ δὴ μόνος αὐτὸς, καὶ οὐδ' ἄλλος

B ὅμοιος τῷ Μωϋσεῖ γεγονὼς ταῖς αὐτοῦ Μωϋσέως φωναῖς ἀκολούθως συνέστη. Σκέψαι δὲ καὶ ἄλλην προφητείαν ἀνάγραπτον. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, ἄνθρωπον κατὰ σάρκα γενόμενον ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, μυρία πλήθη ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κυριολογεῖ, τῆς ἐνθέου δυνάμεως αὐτοῦ χάριν Κύριον ὁμολογοῦντα, καὶ τοῦτο πάλιν Μωϋσῆς συνιδὼν τῷ θείῳ Πνεύματι, διὰ τῆς αὐτοῦ γραφῆς τοῦτον ἀνεφώνησε τὸν τρόπον· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ (λέγει δὲ τοῦ Ἰσραήλ), καὶ κυριεύσει ἐθνῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ. » Εἰ δὴ μηδεὶς ἄλλος πώποτε τῶν ἐκ περιτομῆς ἀρχόντων καὶ βασιλέων κύριος ἐθνῶν πολλῶν κατέστη· (οὐδεμία γὰρ ἱστορία δηλοῖ τοῦτο·) βοᾷ δὲ καὶ κέκραγεν ἡ ἀλήθεια ἐπὶ μόνου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· ὅτι δὴ Κύριον

C αὐτὸν, καὶ οὐκ αὐτὸ μόνον τοῖς χείλεσι, διαθέσει δὲ γνησιωτάτῃ, μυρία πλήθη ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ὁμολογεῖ, τί δήποτε ἐμποδὼν μὴ οὐχὶ αὐτὸν εἶναι φάσκειν τὸν προφητευόμενον; Ὅτι δὲ Μωϋσῆς ταῦτα οὐκ ἀπεριορίστως προλέγει, οὐδ' εἰς ἄπειρον καὶ ἀπερίμετρον χρόνον ἐπισκιάζων τὴν πρόῤῥησιν, οὐ μάλα δὲ ἀκριβῶς τὴν τῶν προφητευομένων ἔκβασιν χρόνοις ὡρισμένοις περιγράφων, ἄκουε οἷα καὶ περὶ τούτου θεσπίζει· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Δι' ὧν οὐ διαλείψειν ἐξῆς καὶ κατὰ διαδοχὴν ἡγουμένους καὶ ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, μέχρι τῆς τοῦ προσδοκωμένου παρουσίας ἀποφαίνεται. Διαλιπόντων δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρχόντων, παρέσεσθαι τὸν προφητευόμενον. Ἰούδαν δὲ νῦν οὐ τὴν φυλὴν ὀνομάζει, ἀλλ' ἐπεὶ

D κατά τινα προσωνυμίαν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπὸ βασιλικῆς φυλῆς τῆς Ἰούδα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐχρημάτιζεν, ὡς καὶ εἰς σήμερον Ἰουδαίοις ὀνομάζεσθαι· σφόδρα θαυμαστῶς καὶ προφητικῶς, τὸ πᾶν ἔθνος Ἰουδαίων ὠνόμασεν, ὡσπεροῦν καὶ ἡμεῖς Ἰουδαίους προσαγορεύομεν. Εἶτά φησι μὴ πρότερον ἐκλείψειν ἐκ τοῦ ἔθνους αὐτῶν ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους, ἢ παρεῖναι τὸν προφητευόμενον· τούτου δὲ ἐπιστάντος, καταλυθήσεσθαι μὲν αὐτίκα τὴν Ἰουδαίων ἀρχὴν, αὐτὸν δὲ οὐκ ἔτι Ἰουδαίων, ἐθνῶν δὲ ἔσεσθαι προσδοκίαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν προφητῶν οὐκ ἂν δύναις ἐφαρμόζειν, ἐπὶ δὲ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν. Ἅμα τε γὰρ αὐτὸς εἰς ἀνθρώπους παρῆν, καὶ τὸ Ἰουδαίων καθῃρητο βασίλειον· ἐκλελοίπει δὲ παραχρῆμα ὁ ἐκ προγόνων δια-

[28] Deut. XVIII, 18, 19. [29] ibid. 15, 16. [30] Deut. XXXIV, 10, 11. [31] ibid. 10. [31*] Gen. XLIX, 10.

Digitized by Google

δοχῆς ἄρχων αὐτῶν, καὶ ὁ κατὰ νόμους τοὺς οἰκείους ἡγούμενος, Αὐγούστου τότε πρώτου Ῥωμαίων μοναρχήσαντος, Ἡρώδου τε ἐξ ἀλλοφύλων ἐθνῶν βασιλέως αὐτῶν καταστάντος. Καὶ οἱ μὲν ἐκλελοίπεσαν, ὁ δὲ προσδοκία τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν, κατὰ τὴν θείαν πρόῤῥησιν ἀναπέφανται· ὡς καὶ εἰσέτι νῦν πάντας τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας τῆς κατὰ Θεὸν αὐτῶν προσδοκίας τὴν ἐλπίδα ἐπ' αὐτῷ τίθεσθαι. Καὶ Μωϋσῆς μὲν τοσαῦτα, καὶ τὰ τούτων ἕτερα πλείω περὶ τοῦ Χριστοῦ πρὸς πάντας ἡμᾶς εὐαγγελίζεται· ἀδελφὰ δὲ αὐτῷ καὶ Ἡσαΐας ἀφωρισμένως περί τινος ἑνὸς ἐκ σπέρματος καὶ διαδοχῆς Δαβὶδ τοῦ βασιλέως ἀναστησομένου ταῦτα, προλέγει· « Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· » καὶ τὰ λοιπά. Εἶθ' ὑποδὰς ἑξῆς προφητικῷ τρόπῳ τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων, τῶν τε ἀγριωτάτων καὶ θηριωδεστάτων ἀνθρώπων τὴν ἐπὶ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον διὰ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας γενησομένην μεταβολὴν θεσπίζει. Λέγει δ' οὖν· « Καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον, καὶ ταῦρος, καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται, » καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, ἃ καὶ παρὰ πόδας διασαφῶν ἑρμηνεύει, φήσας· « Καὶ ἔσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Σαφῶς γὰρ τὰ ἄλογα θρέμματα καὶ τοὺς προκαταλελειμένους θῆρας οὐδὲ ἄλλους εἶναι τῶν ἐθνῶν, τοῦ θηριώδους ἕνεκα τρόπου, διεσάφησεν· ὧν ἐθνῶν ἄρξειν φησὶ τὸν ἀνιστάμενον ἐκ σπέρματος Ἰεσσαί· ἀφ' οὗ δὴ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν γενεαλογεῖται, ἐφ' ὃν τὰ εἰς αὐτὸν πιστεύοντα ἔθνη εἰσέτι νῦν ἐλπίζει συμφώνως τῇ προῤῥήσει· « Καὶ ἔσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Τοῦτο δὴ παράθες τοῖς παρὰ Μωϋσεῖ φερομένοις διαστέλλων καὶ τὸ μὲν, « Ἔσται ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, » ἐφάρμοσον τῷ, « ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· » καὶ τὸ, « Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, » τῷ, « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Τί γὰρ διαφέρει φάσκειν, Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν, ἢ, Αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν; πάλιν δ' ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας προῖὼν περὶ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα προφητεύει· « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει· » καὶ ἐπιφέρει, « Ἕως ἂν θῶ ἐπὶ γῆς κρίσιν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Ἤδη δεύτερον ἐν τούτοις ὁ προφήτης τὸ ἐπὶ τῷ Χριστῷ τὰ ἔθνη ἐλπίσειν τίθεται, ἀνώτερον εἰπών· « Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Ἐνταῦθα δὲ, Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. Λέλεκται δὲ καὶ τῷ Δαβὶδ, ὡς ἄρα « Ἐκ τοῦ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἀναστήσεταί τις περὶ οὗ ἑξῆς φησιν ὁ Θεός· « Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πατήρ μου εἶ σύ· κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν. » Καὶ περὶ τούτου δὲ πάλιν εἴρηται· « Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ

A nominentur, valde mirabiliter et prophetice omnem Judaicam gentem Judam nominavit, sane ut nos quoque Judæos appellare consuevimus : tum affirmat non prius defuturos de gente ipsorum principes ac duces, quam is adveniat, quem prophetia significat. Porro hic simul atque advenerit, Judæorum quidem principatum esse dissolvendum, ipsum vero non Judæorum amplius, sed gentium fore exspectationem : quod quidem ipsum nulli unquam prophetarum accommodare, sed uni duntaxat Salvatori Dominoque nostro, poteris. **96** Nam simul atque ille ad homines venit, Judæorum regia sublata est, continuoque illorum princeps defecit, qui quidem majoribus suis succederet, atque ex legibus propriis illis præesset. Tunc enim Augustus
B Romanorum primus accepit imperium : et Herodes ab externis gentibus accitus, illorum rex constitutus est. Et illi quidem defecerunt, hic autem gentium per totum terrarum orbem exspectatio, sicut divinitus prædictum fuerat, declaratus est : adeo quidem, ut nunc quoque omnes quicunque ex omnibus gentibus in illum credunt, exspectationis suæ secundum Deum, in illo spem reponant. Et Moyses quidem hæc aliaque his plura de Christo omnibus nobis feliciter nuntiat; ei vero germana Isaias quoque definite de uno certo rege, qui ex semine ac successione David sit suscitandus, hæc canit : « Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eo
C spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus [32], » et reliqua. Tum longius progressus, more prophetico, externarum gentium et barbararum, nec non cum Græcorum, tum asperrimorum ac ferocissimorum hominum, futuram in mites mansuetosque mores ex doctrina Christi mutationem, prædicit. Sunt autem ejus verba hæc : « Et pascetur simul lupus cum agno, et pardus simul quiescet cum hædo : et vitulus et taurus et leo simul pascentur [33], » et alia his similia : quæ etiam e vestigio planiora efficiens interpretatur, ubi ait : « Et erit, qui surgit ad imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt [34]. » Plane enim irrationalia illa jumenta, et
D quas illic prædixit belluas, nullas esse alias quam ipsas gentes propter earum ferinos mores, declaravit : quibus sane gentibus imperaturum affirmat eum, qui surgit de semine Jesse : ex quo semine Salvator et Dominus noster oriundus prædicatur, in quem gentes, quæ in ipsum credunt, etiam nunc sperant, ipsi utique vaticinio consentanea facientes, quod ait : « Et erit, qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt. » Hoc igitur apponito iis quæ apud Moysen feruntur, ac distinguito. Et illud quidem : « Erit, qui surgit imperare gentibus, » cum illo componito : « Egredietur homo de semine ejus, et dominabitur gentibus multis. » Et illud : « In ipso gentes sperabunt, » cum illo : « Et ipse erit exspectatio gentium. »

[32] Isa. xi. 1, 2. [33] ibid. 6. [34] ibid. 10.

Digitized by Google

Quid enim interest dicasne, in ipso gentes sperabunt, **97** an vero : ipse erit exspectatio gentium? Rursus vero idem Isaias, oratione progressus, de Christo hæc divinat : « Ecce puer meus, quem elegi : dilectus meus, in quo complacuit sibi anima mea : judicium gentibus proferet [35], » ac deinceps adjungit : « donec ponat in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt [36] : » in his Propheta jam secundo gentes in Christo speraturas ponit, cum superius illud dixerit : « in ipso gentes sperabunt [37]. » Hic vero : « in nomine ejus gentes sperabunt. » Etiam ipsi David dictum est [38], de fructu ventris ejus suscitandum esse quemdam, de quo deinceps ait Deus : « Ipse invocabit me, pater meus es tu, et ego primogenitum ponam eum [39]. » Nam de hoc rursus dictum est : « Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terræ [40]. » Et rursus : « Omnes gentes servient ei, et benedicentur in te omnes tribus terræ [41]. » Præterea autem locus quidem certus a Michæa canitur, in quo is oriturus sit, de quo feruntur tot vaticinia : « Et tu, inquit, Bethlehem, domus Euphrata, minima es ut sis in millibus Juda : ex te mihi egredietur dux, qui pascet populum meum Israel, et exitus ejus ab initio ex diebus sæculi [42] : » et omnes confitentur, in Bethlehem Jesum Christum esse natum. Quin etiam incolæ ejus loci speluncam ibidem monstrant iis, qui ab externis terris venerint ad spectandum : et locus quidem hic ubi ortus ejus futurus fuit, prædictus est. Ipsius vero ortus miraculum, nunc obscure ac figurate, nunc plane et aperte ponit Isaias : obscure quidem, ubi ait : « Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? annuntiavimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitienti [43]. » Pro quo Aquila quidem sic interpretatus est : « Et prædicabitur tanquam quod ubere nutritur in faciem ejus, et tanquam radix de terra invia. » Theodotion vero : « Et ascendet sicut quod lacte alitur coram eo, et sicut radix in terra sitienti. » His enim verbis cum mentionem fecerit propheta de brachio Domini, quod erat Dei Verbum : « Coram eo, inquit, annuntiavimus quasi puerulum lactentem, et qui ubere nutriatur, et quasi radicem de terra invia ; » ubi puerulus quidem ille, qui ubere atque lacte nutritur, plane ortum Christi declarat. Terra vero invia et sitiens, **98** virginem quæ illum enixa est, quam scilicet nullus vir adiit, de qua quamvis invia, laudata illa radix prodiit, et qui ubere, lacteque nutriretur puerulus. Verum hæc adumbrate admodum significavit : apertius vero idem propheta sententiam suam interpretatur, ubi ait : « Ecce virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus »

A ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Καὶ αὖθις· « Πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ τόπος δέ τις πάλιν ἀφωρισμένος τῆς τοῦ προφητευομένου γενέσεως θεσπίζεται ὑπὸ Μιχαίου λέγοντος· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Εὐφραθᾶ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ· καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπαρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. » Ὁμολόγηται δὲ παρὰ τοῖς πᾶσιν, ὅτι ἐν Βηθλεὲμ ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὡς καὶ σπήλαιον δείκνυσθαι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων αὐτόθι τοῖς ἐπὶ θέαν ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφικνουμένοις. Καὶ ὁ μὲν τόπος οὗτος, ἔνθα γεγεννῆσθαι ἔμελλεν, προείρητο· τίς δὲ καὶ λευκότερον ὁ Ἡσαΐας παρίστησι, δι' αἰνιγμάτων μὲν (1), ὅταν B λέγῃ· « Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ἀνηγγείλαμεν ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. » Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν οὕτως· « Καὶ ἀναῤῥηθήσεται ὡς τιτθιζόμενον εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἀπὸ γῆς ἀβάτου· » ὁ δὲ Θεοδοτίων· « καὶ ἀναβήσεται ὡς θηλάζον ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ. » Διὰ γὰρ τούτων μνημονεύσας ὁ προφήτης τοῦ βραχίονος τοῦ Κυρίου, ὃς ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, « Ἐνώπιον αὐτοῦ, » φησὶν, « ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον θηλάζον καὶ τιτθιζόμενον, καὶ ὡς ῥίζαν ἀπὸ γῆς ἀβάτου. » Τὸ μὲν οὖν παιδίον τὸ τιτθιζόμενον καὶ θηλάζον ἄντικρυς τὴν γένεσιν τοῦ Χριστοῦ δηλοῖ· ἡ δὲ γῆ ἄβατος καὶ διψῶσα τὴν ἀποκυήσασαν αὐτὸν παρθένον, ᾗ οὐδεὶς ἀνὴρ ἐπιβέβηκεν, C ἀφ' ἧς, καίπερ ἀβάτου τυγχανούσης, προῆλθεν ἡ εὐλογημένη ῥίζα, καὶ τὸ τιτθιζόμενον καὶ θηλάζον παιδίον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπεσκιασμένως ἠνίξατο· γυμνότερον δὲ ὁ αὐτὸς ἑρμηνεύει προφήτης τὴν διάνοιαν, ἐπ' ἂν λέγῃ· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. » Τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύει τὸ « Ἐμμανουήλ. » Τοιαῦτα περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους γενέσεως τοῦ Χριστοῦ πάλαι πρότερον παρ' Ἑβραίοις μεμελετάσθω. Μήτι οὖν ἐπίδοξόν τινα δυνάστην, ἢ τύραννον, ἢ τινα ἄλλως τῶν τὰ μεγάλα κατὰ τὸν βίον δυναμένων, τὸν προφητευόμενον ὑπογράφουσιν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ὅτι μηδὲ ἐφάνη τοιοῦτος. Ἀλλ' οἷος ἐφάνη τῷ βίῳ, τοιοῦτον αὐτὸν καὶ ἐθέσπισαν ἔσεσθαι, τῆς ἀληθείας κατ' οὐδὲν ἀπολελειμμένοι. Εἰπὼν D δ' οὖν ὁ Ἡσαΐας· « Ἀνηγγείλαμεν ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς παιδίον, ὡς ῥίζα ἐν γῇ διψώσῃ· » ἐξῆς συνάπτει λέγων· « Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτῷ οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· καὶ ἦν τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἄνθρωπος, ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη. » Τί οὖν λείπεται ἐπὶ τούτοις; Εἰ γὰρ προεῖπον αὐτοῦ φυλὴν, καὶ γένος, καὶ τρόπον γενέσεως, καὶ τῆς

[35] Isa. XLII, 1. [36] ibid. 4. [37] Isa. XI, 10. [38] II Reg. VII, 12. [39] Psal. LXXXVIII, 27, 28. [40] Psal. LXXI, 8. [41] ibid. 11, 17. [42] Mich. V, 2. [43] Isa. LIII, 1, 2.

(1) Mss., Τῆς δὲ γενέσεως αὐτοῦ τὸ θαῦμα, ποτὲ μὲν δι' αἰνιγμάτων, ποτὲ δὲ καὶ λευκότερον ὁ Ἡσαΐας παρίστησι, δι' αἰνιγμάτων μέν, κ. τ. λ., et sic legit interpres.

Digitized by Google

Παρθένου τὸ θαῦμα καὶ βίου τρόπον, ἀκόλουθον ἦν ἐξῆς μηδὲ τὴν τελευτὴν ἀποσιωπῆσαι αὐτοῦ. Τί οὖν καὶ περὶ ταύτης Ἡσαΐας θεσπίζει; « Ἄνθρωπος, φησὶν, ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντι τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ· » καὶ τὰ λοιπά. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς ἄρα ὁ Χριστὸς, ἐκτὸς πάσης ὑπάρχων πλημμελείας, τὰς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἁμαρτίας εἰς ἑαυτὸν ἀναδέξεται. Διὸ καὶ πείσεται τὰ τῶν ἡμαρτηκότων καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνηθήσεται, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ καὶ τραυματισθήσεται λόγοις βλασφήμοις, καὶ τοῦτ' ἔργον ἔσται τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν· ἐπεὶ καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ὅπως ἡμεῖς, ἀνειληφότος αὐτοῦ τὰ ἡμέτερα ἁμπλακήματα, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας κακίας τραύματα, τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰαθῶμεν. Καὶ τὰ μὲν αἴτια ὧν παρ' ἀνθρώποις πείσεται ὁ ἀναμάρτητος, ταῦτα ἦν. Ἰουδαίων δὲ τῶν τὸν θάνατον αὐτῷ συσκευασαμένων οὐδὲ ὑπειδόμενος ὁ θυμάσιος προφήτης, διαῤῥήδην ἀπελέγχει, καὶ τοῦτο ἀντικρυς σχετλιάζων καὶ λέγων· « Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον. » Εἶτ' ἐπεὶ παραχρῆμα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν ὁ παντελὴς αὐτοὺς μετῆλθεν ὄλεθρος πολιορκηθέντας ὑπὸ Ῥωμαίων, οὐδὲ τοῦτο παριδὼν, ἐπιλέγει· « Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ θανάτου αὐτοῦ. » Ἦρκει μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἐπιγράψαι τὴν προφητείαν, εἰ μηδέν τι πλέον ἔσεσθαι μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ τελευτὴν εὑρα· ἐπεὶ δὲ ὅσον οὔπω ἔμελλε μετὰ τὴν τελευτὴν, ἢ μετὰ τὴν ταφὴν παλινοστεῖν καὶ ἀναβιοῦν, ἔτι περὶ αὐτοῦ καὶ ταῦτα προστίθησιν, ἐξῆς ἐπιλέγων· « Καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. Ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον· καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς. » Ἀνώτερον εἰπὼν, « ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν » νῦν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ καὶ τὴν ταφὴν, « Κύριος, » φησὶ, « βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς. » Καὶ πῶς ἔσται; « Ἐὰν δῶτε, » φησὶ, « περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον· » οὐ πᾶσι γὰρ ἐφεῖται τὸ μακρόβιον τοῦ Χριστοῦ σπέρμα συνιδεῖν, ἢ μόνοις τοῖς ἐξομολογησαμένοις καὶ τὰ δῶρα τὰ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσάγουσι τῷ Θεῷ. Μόνων γὰρ τούτων ἡ ψυχὴ ὄψεται σπέρμα μακρόβιον τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι τὴν

A Nobiscum Deus, hoc enim significat « Emmanuel [44]. » Talia de Christi apud homines origine antiqui Hebræorum prophetæ meditabantur. Nunquid igitur illustrem quemdam principem, aut tyrannum, aut alioqui unum eorum, qui plurimum possunt in vita, eum de quo vaticinantur describunt? non potest dici: quoniam ne apparuit quidem aliquid tale. Sed qualis ipse visus est vita, talem item eum fore cecinerunt, hac utique in re nihil a veritate aberrantes. Postquam ergo Isaias dixit: « Annuntiavimus coram eo, quasi puerulus, quasi radix in terra sitienti [45], » deinceps adjungit, dicens: « Non est species ei, neque gloria: et vidimus eum, et non habuit speciem neque pulchritudinem: et fuit species ejus sine honore deficiens præ filiis B hominum. Homo cum plaga esset, sciens ferre languorem contemptus est, et non computatus [46]. » Quid ad hæc igitur superest? Nam cum illius et tribum, et genus, et modum nascendi, et Virginis miraculum, et vitæ morem prædixerint, sequitur deinceps, ut ne mortem quidem ejus taciti præterierint. Sed quid tandem canit etiam de hac Isaias? « Homo, inquit, cum in plaga esset, sciens ferre languorem, contemptus est et non computatus: hic peccata nostra fert, et pro nobis est in dolore, et nos existimavimus eum esse in labore, et in plaga, et in afflictione: ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostræ super eum, livore ejus C nos sanati sumus. Omnes tanquam oves erravimus, et Dominus tradidit eum peccatis nostris: et ipse cum vexaretur, non aperiebat os suum. Quasi ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente non aperuit os: generationem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur de terra vita ejus [47], » et reliqua. Nam his verbis significat Christum ipsum quidem, quamvis ab omni peccato alienum, tamen peccata hominum pro ipsis hominibus in seipsum suscepturum. **99** Quocirca etiam ea patietur, quæ qui peccaverint pati solent, et pro nobis dolebit, non autem pro seipso. Quod si vulnerabitur et verbis probrosis ferietur, hoc item nostrorum peccatorum causa fiet: nam infirmus quoque factus est propter peccata nostra, ut nos videlicet, cum ille delicta no- D stra, nostræque malitiæ vulnera assumpserit, ejus livore sanemur: et eorum quidem quæ ille insons ab hominibus passurus erat, hæ fuerunt causæ: Judæos autem qui illi mortem attulerunt, nusquam veritus propheta mirabilis, hoc ipsum quoque perspicue redarguit, plane deplorans, ac dicens: « Ex iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem [48]. » Deinde vero, quoniam cito, neque ita multo post nefarios adversus Christum ausus, extremus ad illos ex obsidione Romanorum interitus erat venturus, ne hoc quidem præterit silentio, sed adjungit: « Et dabo sceleratos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus [49]: » et poterat quidem his

[44] Isa. VII, 14. [45] Isa. LIII, 2. [46] ibid. 2-5. [47] ibid. 4-8. [48] ibid. 8. [49] ibid. 9.

Digitized by Google

prophetiam terminare, si nihil amplius futurum post Christi mortem vidisset, sed quoniam, brevi mora interjecta, erat a morte sive a sepultura remigraturus, atque in vitam restituendus, de hac quoque re deinceps hæc addit, sic dicens : « Et Dominus vult purgare eum a plaga si traditus, sit pro peccato. Anima vestra videbit semen longævum : et vult Dominus auferre a labore animæ ejus, ut ostendat ei lucem [80]. » Qui superius dixit : « Homo in plaga constitutus, » et « qui novit ferre languorem, » nunc post mortem ejus et sepulturam : « Dominus, inquit, vult purgare eum a plaga, » et qui hoc fiet? « si traditus, inquit, fuerit pro peccato, anima vestra videbit semen longævum ; » non enim omnibus concessum est longævum Christi semen intueri, sed iis solis qui confiteantur, et munera offerant Deo pro peccatis. Horum enim duntaxat anima videbit semen longævum Christi, hoc est, aut æternam vitam ejus post mortem, aut ejusdem verbum per totum terrarum orbem disseminatum, quod longævum futurum est, semperque duraturum. Rursus, qui superius dixerat : « Et nos putavimus illum esse in labore : » nunc post cædem mortemque ejus, ait : « Et vult Dominus auferre a labore animæ ejus, ut ostendat ei lucem. » Quoniam igitur deliberavit Dominus, qui Deus est universi purgare illum a plaga, **100** et ostendere in lucem ; necessario utique, qui voluit, id faciet quod voluit. Nihil enim est eorum quæ vult quod non fiat ; voluit autem purgare illum, et ostendere illi lucem ; fecit igitur hæc : et cum purgaverit illum, ostendit illi lucem ; et quoniam voluit, et volens abstulit laborem ab anima illius, et ostendit illi lucem, merito Propheta sequitur, et ait : « Propter hoc ipse hæreditabit multos, et fortium dividet spolia [81] : » ubi (quod reliquum fuit) jam hæreditatis etiam Christi mentionem facit, illi psalmo consentanea dicens, in quo de insidiis adversus illum constructis nominatim canens oraculum, ubi ait : « Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus [82] ; » deinceps adjungit : « Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te ; postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [83]. » Has igitur gentes, etiam propheta intellexit, cum dixit : « Propter hoc ipse hæreditabit multos, » et adjungit : « Et fortium dividet spolia. » Siquidem a potestatibus contrariis, quæ prius inter gentes dominabantur, ubi subjectas animas liberavit, tum quasi spolia quædam suis divisit discipulis. Proinde Isaias ait de illis : « Et lætabuntur coram te, sicut qui dividunt spolia [84]. » Et Psalmorum auctor : « Dominus, inquit, dabit verbum evangelizantibus virtute multa : rex virtutum dilecti, speciei domus dividere spolia [85]. » Merito igitur hic quoque de Christo ait : Propter hoc ipse

A αἰώνιον ζωὴν αὐτοῦ, τὴν μετὰ τὸν θάνατον, ἢ τὸν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπισπαρέντα αὐτοῦ λόγον μακρόβιον ἐσόμενον, καὶ εἰς τὸ ἀεὶ διαρκέσοντα. Πάλιν ἀνώτερον εἰπών, « Καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, » νῦν μετὰ τὴν σφαγὴν καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ, φησίν· « Καὶ βούλεται Κύριος ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς. » Ἐπεὶ τοίνυν βεβούληται Κύριος, ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς, καὶ δεῖξαι αὐτῷ φῶς, πάντως που βουληθεὶς, πράξειεν ἂν ὃ ἠβουλήθη. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ὅ μὴ γίνεται ὧν βούλεται· ἐβουλήθη δὲ καθαρίσαι αὐτὸν καὶ δεῖξαι αὐτῷ φῶς· ἐποίησεν ἄρα ταῦτα· καὶ καθαρίσας αὐτὸν ἔδειξεν αὐτῷ φῶς. Καὶ ἐπεὶ ἐβουλήθη, καὶ βουληθεὶς ἀφεῖλε τὸν πόνον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ φῶς, B εἰκότως ὁ Προφήτης ἐπισυνάπτει, λέγων· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Ἔνθα λοιπὸν ἤδη καὶ τῆς κληρονομίας τοῦ Χριστοῦ μέμνηται τῷ δευτέρῳ συμφώνως ψαλμῷ, δι' οὗ περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατ' αὐτοῦ συσκευασθείσης ὀνομαστὶ θεσπίσας ὁ λόγος ἐν τῷ, « Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἐξῆς ἐπιλέγει· « Κύριος εἶπε πρός μέ· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Ταῦτα δ' οὖν τὰ ἔθνη καὶ ὁ προφήτης ἠνίξατο εἰπών· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλούς· » καὶ ἐπιλέγει· « Καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Τῶν γὰρ δυνάμεων τῶν ἀντικειμένων, αἳ πάλαι τῶν ἐθνῶν ἦρχον, C τὰς ὑποχειρίους ῥυσάμενος ψυχὰς, οἷα δή τινα σκῦλα, τοῖς οἰκείοις διένειμε μαθηταῖς. Διό φησιν ὁ Ἡσαΐας περὶ αὐτῶν· « Καὶ εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου ὃν τρόπον οἱ διαιρούμενοι σκῦλα. » Καὶ ὁ Ψαλμῳδός· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ, τῇ ὡραιότητι τοῦ οἴκου διελέσθαι σκῦλα. » Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα περὶ τοῦ Χριστοῦ φησιν· « Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα. » Διὰ ποῖον δὲ τοῦτο, πάλιν ἑξῆς διδάσκει, φήσας· « Ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε· καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. » Ἀντὶ τούτων γὰρ ἀμειβόμενος αὐτὸν ὁ Πατὴρ τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς ὑπομονῆς ἕνεκα, δεδώρηται αὐτῷ τὰ ἐγκείμενα. Γέγονε γὰρ ὑπήκοος τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου· διὸ καὶ κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ οὐ πρότερον, ἀλλὰ μετὰ τὸ παραδοθῆναι εἰς θάνατον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις λογισθῆναι, θεσπίζεται. Διὰ ταῦτα γὰρ εἴρηται κληρονομήσειν πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μερίσειν τὰ σκῦλα. Ἡγοῦμαι δὲ ἀναμφιλόγως τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῦ προφητευομένου διὰ τούτων παρίστασθαι. Πῶς γὰρ ἄλλως ἐπινοῆσαι δυνατὸν ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθέντα, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ θανάτῳ παραδοθέντα, καὶ μετὰ ἀνόμων

[80] Isa. LIII, 10. [81] ibid. 12. [82] Psal. II, 2. [83] ibid. 7, 8. [84] Isa. IX, 3. [85] Psal. LXVII, 12.

Digitized by Google

λογισθέντα, ταφῇ τε παραδοθέντα· εἶτα καθαριζόμενον ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ φῶς παρ' αὐτῷ ὀψόμενον, καὶ κληρονομοῦντα πολλοὺς, καὶ σκῦλα τοῖς οἰκείοις διανέμοντα; Καὶ ἄλλως δὲ περὶ τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσεως αὐτοῦ λέγει που προφητεύων ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ὁ Δαβίδ· « Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. » Καὶ πάλιν· « Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου. » Τούτοις δὲ πᾶσιν ἀντιβλέψαι δύνασθαι οὐδὲ τοὺς σφόδρα ἀγνωμονεστάτους ἡγοῦμαι. Πλὴν ἀλλὰ τῆς Ἡσαΐου προφητείας τὸ συμπέρασμα τὴν πάλαι στείραν καὶ ἔρημον Θεοῦ ψυχὴν, ἢ καὶ μᾶλλον τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν εὐαγγελίζεται, ἀκολούθως τῇ θεωρίᾳ τῶν εἰρημένων. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πάντα δι' αὐτὴν ὁ Χριστὸς ὑπέμεινεν, εἰκότως μετὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προρρήσεις ἐπιφέρει λέγων· « Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Εἶπε γὰρ Κύριος· Πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου καὶ τῶν αὐλαίων σου, πῆξον, μὴ φείσῃ· πλάτυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ καὶ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον, καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει. » Ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξηπλωμένην καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν παρατείνουσαν ὁ λόγος εὐαγγελίζεται, σαφέστατα τοῦτο παριστὰς διὰ τοῦ· « Καὶ τὸ σπέρμα σου ἔθνη κληρονομήσει. » Πλείονος δὲ ἐξεργασίας δεομένων τῶν κατὰ τὸν τόπον, ἀρκούντως ἐπὶ τοῦ παρόντος ταῦθ' ἡμῖν ἐπιτετμήσθω. Πλεῖστα δ' ἂν καὶ αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς ἀναλέξασθαι δύναιο περὶ τοῦ προκειμένου. Καὶ ἡ παροῦσα δὲ πραγματεία τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως κατὰ καιρὸν ἕκαστα παραδώσεταί τε καὶ ἑρμηνεύσει. Τέως δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς τῶν προφητῶν περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προρρήσεως, καὶ ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν παρουσίαν εὐηγγελίζετο, ἱκανῶς ἔχει τὰ εἰρημένα, προαναφωνοῦντα προφήτου τινὸς ἄφιξιν, καὶ εὐσέβειαν νομοθέτου Μωϋσεῖ παραπλησίου, γένος τε αὐτοῦ, καὶ φυλὴν, καὶ τόπον ὅθεν προελεύσεται, χρόνον τε καθ' ὃν ἥξει, προφητεύεται καὶ γένεσιν, καὶ τελευτὴν, καὶ ἀναβίωσιν, καὶ ἀρχὴν τὴν κατὰ πάντων ἐθνῶν· ἃ δὴ πάντα παρέστη, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τῶν ἑξῆς παραστήσεται ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν συμπεπερασμένα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν ἱερῶν λογίων τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς παρατεθήσεται· τοῖς δ' ἀπειθοῦσι ταῖς προφητικαῖς Γραφαῖς ἰδίως ἀπαντήσομεν, ὡς περὶ ἀνδρὸς κοινοῦ, καὶ τοῖς λοιποῖς παραπλησίου τέως τὴν ἐξέτασιν ποιούμενοι· ἵνα, ὁπόταν πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος βοηθέντων ἐν ἀνθρώποις, πολὺ κρειττων ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ καὶ διαφέρων ἀναφανῇ, τοτηνικάδε καὶ τὰ περὶ τῆς θειοτέρας αὐτοῦ φύσεως κατὰ καιρὸν διαλάβωμεν, ἐξ ἐναργῶν τῶν ἀποδείξεων παριστῶντες, ὡς

A hæreditabit multos, et fortium dividet spolia. Quam autem ob rem hoc illi datum sit, docet deinceps, ubi ait : « Pro eo quod tradita est in mortem anima ejus, et cum iniquis deputatus est : et ipse peccata multorum tulit, et propter peccata eorum traditus est [56]. » Pro his enim remunerans illum Pater, eo quod dicto audiens fuerit sustinueritque, donavit illum iis quæ exposita sunt. Factus enim est obediens Patri usque ad mortem : quare multorum quoque hæreditatem consecuturum illum canit, non prius tamen quam tradita fuerit anima ejus in mortem, et cum iniquis sit deputatus. Propter hæc enim dictum est, illum hæreditaturum multos, et fortium divisurum spolia. Puto autem indubitate reversionem ejus a mortuis significari talibus oraculis :

B **101** qui enim fieri potest, ut aliter de eo intelligamus, qui tanquam ovis ad occisionem sit ductus, et ab iniquitatibus Judaici populi traditus sit ad mortem, et cum iniquis deputatus, sepulturæque commendatus, deinde purgatus a Domino? et lucem penes se visurus sit, et multorum hæreditatem consecuturus, et suis spolia divisurus? Sed aliter quoque de illius reditu in vitam, post mortem dicit quodam loco vaticinans David ex persona Christi : « Non relinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem [57]. » Et alibi : « Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum [58]. » Et alibi : « Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas [59]. » Contra om-

C nia hæc intendere ullam aciem, ne inimicissimos quidem atque ingratissimos posse arbitror. Verumtamen ejus prophetiæ conclusio, cujus auctor Isaias, sterilem illam quondam et desertam a Deo animam, aut potius Ecclesiam de gentibus collectam, lætis vocibus, bonoque nuntio prosequitur, cum illis utique recordans, quæ jam contemplati sumus. Nam cum propter eam Christus omnia pertulerit, merito post ea, quæ de illo prædixit, adjungit : « Lætare, inquit, sterilis quæ non paris, vociferare et clama, quæ non parturis : quoniam multi filii desertæ magis, quam ejus quæ habet virum. Dixit enim Dominus : Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum fige, ne parcas : dilata

D funiculos tuos, et clavos tuos corrobora : amplius ad dextram et ad sinistram extende, et semen tuum gentes hæreditabit [60]. » His autem verbis Ecclesiam de gentibus collectam, et toto orbe terrarum diffusam, et ab ortu solis ad occasum extentam, oraculum lætari jubet, planissime hoc ipsum significans, ubi ait : « Et semen tuum gentes hæreditabit. » Cum autem longiorem explanationem desiderent ea, quæ ad hunc locum spectant, abunde nobis hæc compendii locum explebunt. Nam tu quoque per otium multa plura colligere poteris, quæ ad idem propositum spectent. Sed ipsum quoque evangelicæ demonstrationis propositum quod nunc in

[56] Isa. LIII, 12. [57] Psal. XV, 10. [58] Psal. XXIX, 4. [59] Psal. IX, 15. [60] Isa. LIV, 1-3.

Digitized by Google

manibus est, tradet suo tempore atque interpretabitur singula. Interim vero quod ad prædictionem divinationemque propheticam de Salvatore nostro pertinet, quodque item ad id quod ea prædictio omnes homines eorum bonorum **102** adventu gaudere jubebat quæ exspectabantur, iis quæ jam dicta sunt contenti esse possumus : quæ quidem plane enuntiant prophetæ cujusdam adventum, et legum auctoris pietatem qui Mosi similis futurus sit, necnon ejusdem genus, et tribum, et locum unde exiturus, et tempus quo venturus sit. Vaticinatur præterea et ortum, et mortem, et reditum in vitam, et principatum in omnibus gentibus, quæ sane jam evenere omnia : et magis etiam deinceps ex iis, quæ dicentur constabit, in uno Salvatore ac Domino nostro ea finem accepisse. Sed hæc quæ de sanctis oraculis accepta vides, iis qui credunt, exposita sunt : iis autem qui non credunt, seorsum obviam scriptis propheticis ibimus, atque interim tanquam de communi viro, et qui reliquis fuerit similis inquirenus : ut cum omnibus qui unquam a condito ævo inter homines celebrati sint, multo præstantior et incomparabili quadam eminentia superior apparuerit, cum ea quoque quæ ad diviniorem ejus naturam spectant pertractemus : et quod virtus quæ in illo erat nulla humana natura constaret, certissimis demonstrationibus comprobemus : ordine deinceps sequetur, ut ea proponamus contemplanda pro viribus, quæ ad eam theologiam pertinent, quæ illum complexa est. Quoniam igitur major pars eorum qui non credunt, vocant illum præstigiatorem ac seductorem, aliasque innumerabiles calumnias in illum exsecrabiliter jactant, ac ne nunc quidem desinunt ejusmodi probra confingere, tempus jam videtur esse ut etiam istis respondeamus, de nostro quidem nihil afferentes, sed de doctrina quam ipse publicavit assumentes, quod hic apponamus.

A οὐκ ἀνθρωπείας ἄρα ἦν φύσεως ἡ περὶ αὐτὸν δύναμις· οἷς ἀκολούθως καὶ τὰ τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας, ὡς οἷόν τε ἐστὶν ἡμῖν ἐποπτεῦσαι, ποιησόμεθα. Ἐπεὶ τοίνυν τῶν ἀπίστων οἱ πλείους γόητα καὶ πλάνον ἀποκαλοῦντες, καὶ μυρίαις ἄλλαις κακηγορίαις βλασφημοῦντες αὐτὸν, οὔπω καὶ νῦν παύονται, φέρε, καὶ πρὸς τούτους ἀποκρινώμεθα, οἴκοθεν μὲν οὐδὲν, ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν αὐτοῦ φωνῶν, καὶ ἧς παρέδωκε διδασκαλίας τὰς παραθέσεις ποιούμενοι.

III. *Adversus eos qui Christum Dei seductorem fuisse existimant.*

Interrogandi igitur sunt, num quis unquam alius huic similis seductor ex historiis ipsorum proferri possit, qui mansuetudinis, probitatis, temperantiæ, omnisque reliquæ virtutis iis quos seduxerit magister et auctor exstiterit : et utrum fas sit iis nominibus vocare eum: qui ne intueri quidem mulierem cum petulanti cupiditate permittit : et num is seductor, qui summum philosophiæ fastigium tradiderit, discipulosque suos docuerit, quæcunque possideant bona, indigentibus impertiri, et laboris studium ac beneficentiam **103** plurimi facere : et utrum seductor is, qui in multitudine populari, in plebeio turbulentoque grege versari prohibet, solum autem rerum divinarum studium sua doctrina commendat. Qui porro fieri potest, ut is merito nominetur seductor, qui et ab omni mendacio deterreat, et ad veritatem præter cuncta alia amplectendam adhortetur? ut ne jure quidem jurando velit nos indigere? quanto autem minus perjurio? « Sit enim sermo vester : Est, est : non, non [61] : » et quid me plura colligere oportet, cum ex iis, quæ jam dicta sunt, plane liceat discere, quodnam fuerit ejus reipublicæ institutum, quæ ab illo inter homines ad vitæ utilitatem disseminata est? ex qua, non modo non seductorem, sed vere divinum quemdam, et divinæ pietatemque amplexæ philosophiæ, non communis illius et vulgaris introductorem, omnis veritatis amator sit confessurus. Nam quod illud vivendi institutum, quo Hebræorum antiquissimi, Dei amici, viri utebantur, quodque jam ex hominibus

Γ'. *Πρὸς τοὺς πλάνον ὑπειληφότας γεγονέναι τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ.*

Πευστέον δὴ αὐτῶν εἴποτέ τις ἄλλος τοιοῦτος πλάνος ἱστόρηται πραότητος, καὶ ἐπιεικείας, σωφροσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς διδάσκαλος τοῖς ἀπατωμένοις γεγονὼς αἴτιος· καὶ εἰ θεμιτὸν τούτοις ἀποκαλεῖν τοῖς ὀνόμασι τὸν μηδὲ ἐμβλέπειν μετὰ ἐπιθυμίας ἀκολάστου γυναιξὶν ἐπιτρέψαντα· καὶ εἰ πλάνος ὁ τὴν εἰς ἄκρον παραδοὺς φιλοσοφίαν ἐν τῷ τοὺς φοιτητὰς παιδεύειν τῶν ὑπαρχόντων ἐνδεέσι κοινωνεῖν, καὶ τὸ φιλόπονον καὶ κοινωνικὸν περὶ πολλοῦ τίθεσθαι· καὶ εἰ πλάνος ὁ τῆς πανδήμου, καὶ ἀγελαίου, καὶ θορυβώδους συνουσίας ἀνεγείρων, διδάσκων δὲ μόνην ἀσπάζεσθαι τὴν περὶ τὰ θεῖα λόγια σχολήν. Ὁ δὲ παντὸς μὲν ψεύδους ἀποτρέπων, τὴν δ' ἀλήθειαν πρὸ παντὸς τιμᾷν παραινῶν· ὡς μηδ' εὐορκίας δεῖσθαι, πολλοῦ δεῖ ἐπιορκεῖν· « Ἔστω γὰρ ὑμῶν τὸ Ναὶ ναί, τὸ οὒ οὔ· » πῶς ἂν πλάνος ἐνδίκως ὀνομασθείη; Καὶ τί με χρὴ πλείονα νῦν λέγειν, παρὸν ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων τίς ποτε ἦν τρόπος γνῶναι τῆς ὑπ' αὐτοῦ κατασπαρείσης τῷ βίῳ πολιτείας, ἀφ' ἧς οὐχ ὅπως πλάνον, ἀλλά τινα θεῖον ὡς ἀληθῶς, καὶ θείας, καὶ εὐσεβοῦς, ἀλλ' οὐ τῆς κοινῆς καὶ πανδήμου φιλοσοφίας εἰσηγητὴν πᾶς ὁ φιλαλήθης αὐτὸν ὁμολογήσαι ἄν; Τὸν γοῦν βίον τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων ἤδη πως ἐξ ἀνθρώπων ἀπολωλότα μόνος ἀνανεωσάμενος, οὐκ εἰς βραχεῖς καὶ μετρίους, ἀλλ' εἰς ὅλον ἐφαπλῶσαι τὸν κόσμον ἀποδέδεικται διὰ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς παρούσης ὑποθέσεως· δι' οὗ πάρεστιν ἀνθρώποις ἐπὶ σπείρας τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸν τῶν θεοφιλῶν ἐκείνων ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ μυρίους τε ὅσους ζηλωτὰς οὐκ ἐξ Ἑλλήνων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων

[61] Matth. v, 37.

Digitized by Google

τῆς ἐκείνων θεοσεβοῦς πολιτείας ἀποδεῖξαι. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἠθικώτερα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τοιαῦτα. Φέρε δὲ σκεψώμεθα μὴ ἄρα ποτὲ ὁ πλάνος αὐτῷ περὶ τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων κατεγίνετο. Ἆρ' οὖν οὐχὶ μόνῳ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τῷ καὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργῷ αὐτός τε ἀνακείμενος καὶ τοὺς φοιτητὰς προσάγων ἀναγέγραπται; Εἰσέτι τε καὶ δεῦρο οἱ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγοι πάντα Ἕλληνα καὶ βάρβαρον ἄνω τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν ἀνωτάτω Θεὸν ἀνάγουσι, πᾶσαν ὁρατὴν φύσιν ὑπερόψαντα. Ἆρα οὖν μὴ οὕτως ἦν ὁ πλάνος, ἢ ὅτι μὴ καὶ πλείους σέβειν θεοὺς ἐκ τῆς ἀνωτάτω καὶ μόνης ἀληθοῦς θεολογίας τὸν ὡς ἀληθῶς πλάνον τραχηλισθέντα συγχωρεῖ; Ἀλλ' οὗτος οὐ νεώτερος, οὐδ' οἰκεῖος αὐτῷ λόγος, τοῖς δ' ἐκ μακροῦ πάλιν θεοφιλέσιν Ἑβραίοις προσφιλὴς, ὡσπεροῦν δέδεικται διὰ τῆς *Προπαρασκευῆς*, παρ' ὧν ἤδη καὶ τῶν νέων φιλοσόφων παῖδες τὰ μεγάλα ὠφελημένοι, τῷ δόγματι συνηρέσθησαν. Σεμνύνονται γέ τοι καὶ αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ λογιώτατοι ἐπὶ χρησμοῖς τῶν οἰκείων θεῶν, ὧδέ πως Ἑβραίων μνημονεύουσιν·

riet hujus audaciæ præmium, siquidem non vulgares nos pro tantis certaminibus manent coronæ, sed quæ supplicia videlicet a legibus omnium hominum, ut par est, contradicentibus injuncta sunt, vincula scilicet, tormenta, carceres : necnon ignis, et ferrum, et cruces, et belluæ : ad quæ omnia promptissimo animo est accedendum, iisque obviam malis eundum intrepide, quæ præceptorem nostrum nobis pro exemplo ostentant. Quid enim pulchrius, quam nulla ratione et diis et hominibus fieri inimicos; neque ulla unquam prorsus frui jucunditate, **115** neque charissimis rebus oblectari, neque comparare pecunias, nec ullius prorsus boni spem sibi reliquam facere : temere autem et inaniter errare ac decipere? Hoc enim præcipuum est quod spectemus : ac præterea omnibus nationibus adversari, et deos, qui a condito ævo apud omnes certissimi habiti sunt oppugnare. Præceptorem vero, quem oculis nostris supplicio affici vidimus, pro Deo et pro Dei Filio prædicare. Pro quo et ipsi mori parati simus, tametsi ab illo neque veri neque utilis aut commodi quidquam didicimus. Hoc enim ipso ille pluris est faciendus, quod nihil nobis profuerit. Omnia vero nobis facienda sunt, ut illius nomen illustre gloriosumque reddamus. Omnia probra, omnia supplicia ferenda, omne genus mortis subeundum pro ea re, quæ nulla in parte vera est. Malum enim forsitan veritas, et mali contrarium in mendacio : quare affirmemus illum et mortuos excitasse, et leprosos purgasse, et dæmonas ejecisse, et alia incredibilia, omnemque fidem superantia fecisse, quarum quidem rerum nullius illi nos conscii sumus, sed arbitratu nostro cuncta fingentes : et decipiamus quidem quos possumus, si cui vero non persuaserimus, tum ipsi pro iis quæ inter nos composuimus erroris mercedem, adversus nos ipsos eliciamus.

A πλαττόμενοι, καὶ πλανῶντες μὲν οὓς δυνατόν· εἰ δὲ μὴ πείθοιτό τις, ἀλλ' αὐτοί γε, ὑπὲρ ὧν συντεθείμεθα, τἀπίχειρα τῆς πλάνης καθ' ἑαυτῶν ἐφελκόμενοι.

Videnturne tibi credibilia hæc, aut ulli vero similia? ignobiles vulgaresque homines, postquam talia finxerint, atque inter se composuerint, Romanum imperium invasisse? aut humanam naturam, quæ vitæ amorem ac studium quasi proprium quiddam possidet, potuisse unquam ulla mercede voluntario subire interitum, quemadmodum Salvatoris nostri discipuli potuere? Quos sic quidem eo stuporis venisse credas, ut cum ab illo nihil dignum admiratione gestum inspexerint, ipsi tamen ex composito cuncta ejus generis confinxerint? deinde nugis quibusdam de illo corrogatis, pro iis omne genus mortis subire parati, promptique fuerint? tu vero quid ais tandem adversus hæc? Nempe illos neque opinatos fuisse, neque sperasse quidquam ejusmodi ob commendationem Jesu perpessuros. Quare tam intrepide ad prædicandum de illo provectos : at istuc quonam pacto concedetur? illos non sperasse pro illo se omnia passuros? qui et apud Romanos, et apud Græcos, et apud barbaros, deorum eversionem essent invecturi? At enim historia quæ de illis exstat, aperte hoc habet, **116** illos post Præceptoris interitum, ab insidiatoribus quibusdam captos fuisse, et primum quidem in carcerem conjectos, deinde vero dimissos, tum iis imperatum ne ulli hominum in nomine Jesu loquerentur. Postea vero cum illi hos vidissent apud multitudinem palam de illo iterum loquentes, correptos verberarunt, eosque ob doctrinæ genus increparunt. Quo tempore videlicet rursus illi respondens Petrus dixit : « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [66]. » Haud ita multo post lapidibus petitus Stephanus interficitur, cum apud Judæorum multitudinem intrepide concionaretur, atque insectatio non mediocris orta est adversus eos, qui nomen Jesu publice commendabant. Alio rursus tempore Herodes, qui Judæorum rex erat, Jacobum fratrem Joannis occidit gladio. Petrum

[66] Act. v, 29.

B Ἆρά σοι πιθανὰ ταῦτα ἢ καὶ ἀληθοῦς ἐχόμενα λόγου, ὡς τὰ τοιαῦτα πλασάμενοι καὶ συνθέμενοι ἀλλήλοις εὐτελεῖς ἄνδρες καὶ ἰδιῶται, παρῆσαν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν; ἢ ὡς ἀνθρωπεία φύσις, τὸ φιλόζωον οἰκεῖον κεκτημένη, δύναιτ' ἄν ποθ' ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς αὐθαίρετον ὑπομεῖναι τελευτήν; ἢ ὡς οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐκπληξίας ἦλασαν, ὡς μηδὲν μὲν ὑπ' αὐτοῦ παράδοξον πραχθὲν ἑωρακέναι, αὐτοὺς δ' ἐκ συνθήματος ὁμοῦ πάντα τὰ τοιαῦτα πεπλάσθαι, ἔπειτα ῥημάτια περὶ αὐτοῦ ψευδῆ συνταξαμένους, ὑπὲρ τούτων θνήσκειν ὑπομένειν ἑτοίμως ἔχειν; Ἀλλὰ τί φῄς; μὴ προσδοκῆσαι αὐτοὺς μηδὲ ἐλπίσαι δεινόν τι πείσεσθαι ἐκ τῆς περὶ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίας, διὸ καὶ ἁδεῶς ἐπὶ τὸ περὶ αὐτοῦ κήρυγμα προελθεῖν; Ἀλλ' οὐκ εἰκὸς C ἦν ἀπελπίσαι τὰ πάντα ὑπ' αὐτῶν πείσεσθαι, τοὺς Ῥωμαίοις ὁμοῦ καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις θεῶν ἀνατροπὴν εἰσηγησαμένους; Ἡ δέ γε περὶ αὐτῶν ἱστορία σαφῶς δείκνυσιν, ὡς μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου τελευτὴν ἐπίβουλοί τινες, συλλαβόντες αὐτούς, πρῶτα μὲν παρέδωκαν φυλακῇ, ἔπειτα δὲ ἀπέλυσαν, παραγγείλαντες μηδενὶ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. Γνόντες δὲ αὐτοὺς μετὰ ταῦτα, δημοσίᾳ τῷ πλήθει τὰ περὶ αὐτοῦ διαλεγομένους, ἀναρπάσαντες ἐμάστιζον, ἐπιτιμῶντες ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Ὅτε ἀποκριθεὶς αὖθις αὐτοῖς ὁ Πέτρος εἶπεν· « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Μετὰ δὲ ταῦτα λίθοις βληθεὶς ἀναιρεῖται Στέφανος, ἐπὶ τοῦ Ἰουδαίων πλήθους παῤῥησιασάμενος, καὶ διωγμὸς οὐχ ὁ τυχὼν ἐπανίσταται τοῖς πρεσβεύουσι τὸ τοῦ Ἰησοῦ D ὄνομα. Καὶ πάλιν ἄλλοτε Ἡρῴδης ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς ἀνεῖλεν τὸν Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ, τόν τε Πέτρον ὁ αὐτὸς δεσμοῖς περιέβαλεν, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται. Καὶ τούτων ταῦτα πεπονθότων, οἱ λοιποὶ μαθηταὶ ἁπλῆ ἐχόμενοι τοῦ Ἰησοῦ, παρέμενον ἔτι μᾶλλον εἰς πάντας αὐτόν τε καὶ τὰς παραδοξοποιίας αὐτοῦ καταγγέλλοντες. Ἐπὶ τούτοις Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυ-

Digitized by Google

ρίου, ὃν οἱ πάλαι τὰ Ἱεροσόλυμα οἰκοῦντες ἐκάλουν δίκαιον διὰ τὰ τῆς ἀρετῆς πλεονεκτήματα, ἐρωτηθεὶς πρὸς τῶν ἀρχιερέων καὶ διδασκάλων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τίνα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔχοι δόξαν, κἄπειτα ἀποκρινάμενος, ὅτι υἱὸς Θεοῦ εἴη, λίθοις καὶ αὐτὸς πρὸς αὐτῶν βάλλεται. Καὶ Πέτρος δὲ ἐπὶ Ῥώμης κατὰ κεφαλῆς σταυροῦται, Παῦλός τε ἀποτέμνεται, Ἰωάννης τε νήσῳ παραδίδοται. Καὶ τούτων ταῦτα παθόντων, οὐδεὶς τῶν λοιπῶν ἐξέστη τῆς προθέσεως, δι' εὐχῆς δὲ τιθέμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν ἴσων τοῖς προειρημένοις τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβείας ἕνεκα τυχεῖν, ἔτι μᾶλλον τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς παραδόξοις ἔργοις αὐτοῦ μετὰ παῤῥησίας ἐμαρτύρουν. Καὶ μὴν εἴπερ ψεύσματα ἦν κατὰ συνθήκην αὐτοῖς πεπλασμένα, θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως τοσοῦτο πλῆθος τὴν συμφωνίαν ἐπὶ τοῖς πλάσμασι καὶ μέχρι θανάτου διεφύλαξεν, οὐδείς τε αὐτῶν πώποτε τὰ συμβάντα τοῖς προανῃρημένοις τρέσας, ἐξέστη τῆς ἑταιρίας, οὐδ' ἀντεκήρυξε τοῖς ἄλλοις, εἰς φῶς ἀγαγὼν τὰ συντεθειμένα. Ἀλλὰ καὶ ὁ ζῶντα προδοῦναι τολμήσας αὐτὸν, αὐτοχειρίᾳ καθ' ἑαυτοῦ παραχρῆμα τὴν δίκην ἐπεσπάσατο. Κἀκεῖνο δὲ πῶς οὐ μεστὸν ἐκπλήξεως, τὸ πλάνους ἄνδρας καὶ ἰδιώτας, μήτε λαλεῖν, μήτε ἀκούειν πλέον τῆς πατρίου φωνῆς ἐπισταμένους, μὴ μόνον διανοηθῆναι τολμῆσαι προελθεῖν ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων περίοδον, ἀλλὰ καὶ προελθόντας κατορθῶσαι τὸ ἐπιτήδευμα; Σκέψαι δὲ ὁποῖόν ἐστι καὶ τὸ μηδένα μηδαμοῦ διάφωνον ἐξενεγκεῖν περὶ τῶν πράξεων τοῦ Ἰησοῦ λόγον. Εἰ γὰρ ἐπὶ πάντων ἀμφιγνοουμένων πραγμάτων, ἔν τε τοῖς κατὰ νόμους δικαστηρίοις καὶ ἐν ταῖς κοιναῖς ἀμφισβητήσεσι, τῶν μαρτύρων συμφωνία κυροῖ τὸ ἀμφιγνοούμενον (ἐπὶ στόματος δ' οὖν δύο καὶ τριῶν μαρτύρων συνίσταται πᾶν ῥῆμα), πῶς οὐκ ἂν ἡ ἀλήθεια καὶ ἐπὶ τῶνδε συσταίη, δώδεκα μὲν ὄντων ἀποστόλων, ἑβδομήκοντα δὲ μαθητῶν, μυρίου τε πλήθους τούτων ἐκτὸς, πάντων θαυμαστὴν συμφωνίαν ἐπιδεδειγμένων, καὶ μαρτυρησάντων γε τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ πεπραγμένοις, οὐκ ἀνιδρωτὶ, διὰ δὲ βασάνων ὑπομονῆς, καὶ πάσης αἰκίας καὶ θανάτου, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντων; Ὃς τὸν ὑπ' αὐτοῦ καταγγελθέντα λόγον ἔτι καὶ νῦν, καὶ εἰς ὅλον τὸν αἰῶνα κρατύνει. Ταῦτα μὲν οὖν ἀρχῆς ἀτόπου κατὰ συγχώρησιν δοθείσης γεγυμνάσθω. Τὸ γὰρ τοῖς ἐγγράφοις τἀναντία ὑπολαβεῖν, καὶ φάναι τὸν Ἰησοῦν διδάσκαλον γεγονέναι μὴ σωφρόνων λόγων, ἀδικίας δὲ καὶ πλεονεξίας καὶ πάσης ἀκολασίας, τοὺς τε μαθητὰς αὐτῷ, τοιαῦτα δεδιδαγμένους, παντορέκτας γεγονέναι καὶ παμπονήρους τῶν πώποτε ἀνθρώπων, καθ' ὑπόθεσιν ἡμῖν συνεχωρεῖτο· ὅπερ ἦν παντὸς ἀτοπώτατον ὁμοίον ὡς εἰ καὶ, Μωσέως ἐν τοῖς νόμοις λέγοντος, Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, συκοφαντῶν αὐτὸν διέβαλλέ τις, λέγων εἰρωνείᾳ ταῦτα φάναι καὶ προσποιήσει. Βούλεσθαι μὲν γὰρ τοὺς ὑπηκόους, καὶ φονεύειν, καὶ μοιχεύειν, καὶ τἀναντία πράττειν οἷς νομοθετεῖ, προσποιεῖσθαι δὲ σχηματίζεσθαι, καὶ καθυποκρίνεσθαι τὸν σεμνὸν βίον. Ταύτῃ

A vero in vincula conjecit, ut in Actis apostolorum scriptum est [67]. Et cum hi talia pertulissent, reliqui discipuli constantissime Jesu suo adhærentes, longe etiam magis quam ante perseverarunt in proposito, apud universos ubique et illum et miracula illius prædicantes. Postea Jacobus frater Domini qui ab iis qui olim Hierosolyma incolebant, ob virtutis excellentiam Justus vocabatur, a pontificibus et Judaicæ gentis magistris interrogatus, quidnam de Jesu sentiret, cum plane illum esse Filium Dei respondisset, ipse quoque lapidibus ab illis petitur atque interficitur. Petrus autem Romæ capite in terram verso cruci affigitur. Paulo vero caput abscinditur, et Joannes in insulam relegatur. Hique cum talia passi essent, nullus reliquorum ab incœpto destitit. Quin etiam votis unusquisque expetebat, pietatis divinique cultus gratia, sibi quoque aliquid tale contingere. Quo etiam constantius atque ardentius et ipsi Jesu, et admirabilibus ejusdem gestis testimonium afferebant. Quod si mendacia hæc erant quæ illi ex composito finxissent, operæ pretium erit admirari, quonam pacto tantus numerus, consensum illum inter se in rebus fictis, vel usque ad mortem servaverit, neque ullus unquam, earum rerum formidine quæ illis, qui prius sublati erant accidissent, a societate desciverit, neque reliquis publice contradixerit, prodens ea quæ inter ipsos composuissent. Quin et unus eorum, qui vivum præceptorem prodere ausus est, illico manum sibi ipsi consciscens, debitum supplicium invenit. Illud **117** porro qui fieri potest, ut non omnem habeat stuporem, homines seductores atque illitteratos, qui neque loqui neque audire quidquam, præter unam patriam linguam consuevissent, non solum excogitasse audaciam peragrandi orbem omnium nationum, sed cum peragraverint, perfecisse quod cogitaverant? Contemplare præterea quantum et cujusmodi sit, illos de rebus gestis Jesu, nullum usquam discrepans verbum protulisse. Si enim in omnibus rebus de quibus ambigitur, atque in judiciis quæ ex legibus exercentur, communibusque controversiis, consensus testium certum ratumque id efficit de quo ambigitur (in ore enim duorum vel trium testium consistit omne verbum), cur in his quoque veritas non consistat? cum et duodecim apostoli fuerint, et septuaginta discipuli, et innumerabilis extra hunc numerum multitudo, qui admirabilem in omnibus consensum servaverint, et de rebus ab Jesu gestis testimonium dederint, non illud quidem sine sudore, sed cum tormentorum omnisque injuriæ ac denique mortis perpessione, et quos postremo etiam Deus vicissim suo testimonio comprobaverit, qui verbum quod ab illis proditum vulgatumque est, ad hunc usque diem, et in omne ævum continuat atque propagat. Hæc igitur satis ex concessione tam absurdi principii, nobis meditata sint. Contraria enim iis quæ scripta sunt opinari, et Jesum dicere non honestatis aut sobrie-

[67] Act. xii, 2-4.

Digitized by Google

tatis præceptorem fuisse, sed injustitiæ et superbiæ omnisque intemperantiæ, et illius discipulos ab illo talia edoctos, omni cupiditate ac scelere omnes qui unquam fuerint homines superasse, cum omnium quæ absurda sunt, absurdissimum sit, nos illud tamen disputandi gratia concedi posse existimavimus. Quod quidem est simile, ut si quis, cum Moses in suis legibus dicat : « Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices [68] : » hæc in priorem sensum trahens et calumnians, dicat, illum cum irrisione ac simulatione alia præcepisse. Velle enim eos quibus imperet, et occidere et mœchari, et iis omnia contraria facere quæ ipse in legibus posuerit, sed interim fingere habitum se et personam vitæ gravioris induere. Cæterum eadem ratione Græcorum quoque philosophorum præcepta, et tolerantiam vitæ, planeque eorum omnium scripta unusquisque poterit calumniari, et dicere : illos quidem iis quæ scripserint, contraria in animo habuisse, contrariamque rationi vitam vixisse, simulasse autem quasi alia induta persona, philosophicum sibi vitæ genus placuisse. **118** Sic autem omnes quoque, ut in summa dicam, veterum historias calumniari sit facile, et veritati quæ in illis est detrahere, eamque nullam esse contendere, et denique in contrarium, quæcunque narrata sunt, vertere. Sed quemadmodum nullus mentis compos eum, qui talia dicat, insanum atque amentem affirmare vereatur, ita etiam in Salvatoris nostri sermonibus atque præceptis, si quis veritatem contorquens atque pervertens, contrariam iis quæ docuit ille sententiam conetur imponere, huic quoque a nobis, id quod falsum est, illustrandæ veritatis gratia, ut in disputationibus fieri solet, concessum esto : ut cum dederimus id quod dictu absurdum est, contrariæ rationis inconstantia cernatur.

Cum ergo eum qui sic calumnietur satis abunde reprehenderimus, tempus jam est, ut ad sacrorum librorum veritatem recurramus, et in illis discipulorum Jesu mores contemplemur. Quis igitur mentis sanitate præditus, non ab illis ipsis protinus argumentans, omni fide dignos illos judicaverit? viros absque controversia ignobiles, litterarumque ignaros loquendique imperitos, at in sanctæ ac philosophicæ doctrinæ amorem progressos, et strenuam laboriosamque vitam amplexos, quam quidem inedia, et abstinentia tum a vino, tum a carnibus, plurimos item aliis afflictionibus corporis, atque orationibus supplicationibusque ad Deum, ac multo prius, summa temperantia et castitate corporis, pariter atque animæ correxerint atque perfecerint? quis non igitur illorum philosophiam supra modum admiretur, qui et a legitimis uxoribus se abduxerint, neque a voluptate saltem naturali deliniti sint, neque filiorum ac nepotum desiderio fracti et subacti? quod quidem illis ideo contigit, quod non mortales nepotes, sed immortales sibi expetiverint. Mores autem eorumdem a cupiditate omnis generis pecuniæ alienos, quis non obstupescat? qui hoc quoque conjecerit ex eo, quod non fugerint, sed secuti sint Præceptorem, qui ipsos a possidendo auro atque argento deterruerit, legemque fixerit, ut ne usque ad duas quidem tunicas rem suam augerent : quod quidem vel auditui intolerabile alii cuipiam videatur, ob gravitatem imperii : at illos etiam reipsa complevisse quod dictum est constat : ergo quodam tempore cum quidam claudus a Pe-

[68] Exod. xxi, 3-15.

A γὰρ καὶ τὰς τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ὑποθήκας διαβάλλοι ἄν τις, τόν τε καρτερικὸν βίον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν πάντων, φάσκων ἐναντίως μὲν τοῖς ἀναγεγραμμένοις διατεθεῖσθαι αὐτοὺς καὶ ἀναβεβιωκέναι, προσπεποιῆσθαι δὲ καθ' ὑπόκρισιν, τὸν φιλόσοφον μετελθεῖν βίον. Οὕτως δέ τις καὶ πάσας ἁπλῶς εἰπεῖν τὰς τῶν παλαιῶν διαβάλλοι ἂν ἱστορίας, ἀθετῶν τὴν ἐν αὐταῖς ἀλήθειαν, καὶ εἰς τοὐναντίον τὰ δηλούμενα παραδεχόμενος. Ἀλλ' ὡς οὐκ ἄν τις ὀκνήσειε τῶν εὖ φρονούντων μαίνεσθαι τὸν τοιοῦτον ἀποφήνασθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ Σωτῆρος λόγων τε καὶ μαθημάτων, εἴ τις τἀληθὲς διαστρέφων, τὴν ἐναντίαν οἷς ἐδίδασκε περιβάλλειν αὐτῷ δόξαν πειρῷτο. Πλὴν ἀλλ' ἐδόθη καὶ τοῦτο ὡς ἐν ὑποθέσει, ὅπως καὶ ἐκ περιουσίας, καὶ ἐν ἀτόπῳ συγχωρήσει,

B τὸ ἀσύστατον τοῦ δι' ἐναντίας λόγου φανῇ.

C Ἐληλεγμένου δῆτα τούτου, φέρε, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἀλήθειαν, τὸ ἦθος τῶν τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν θεασώμεθα. Αὐτόθεν μὲν οὖν ἄν τις εὖ φρονῶν πῶς οὐ πάσης ἀποδοχῆς αὐτοὺς ἀξίους κρίνειεν; Ἄνδρας μὲν εὐτελεῖς ὁμολογουμένως, καὶ τὸν λόγον ἰδιώτας, εὐσεβοῦς δὲ καὶ φιλοσόφου διδασκαλίας εἰς ἔρωτα συμβεβηκότας, καὶ στέρξαντας βίον καρτερικὸν καὶ ἐπίπονον, διὰ νηστειῶν, οἴνου τε καὶ κρεῶν ἀποχῆς, καὶ πλείστης ἄλλης ταπεινώσεως τοῦ σώματος, διά τε εὐχῶν καὶ ἱκετηριῶν τῶν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πολὺ πρότερον δι' ἄκρας σωφροσύνης καὶ ἁγνείας σώματος ὁμοῦ καὶ ψυχῆς κατορθούμενον. Τίς δ' οὖν οὐκ ἂν αὐτοὺς θαυμάσειε, δι' ὑπερβολὴν φιλοσοφίας καὶ ταῖς κατὰ νόμον συγκεχωρημέναις γαμεταῖς ἀποτεταγμένους, καὶ μήθ' ὑπὸ

D τῆς φυσικῆς ἡδονῆς καθελκυσθέντας, μήτε παίδων καὶ ἐγγόνων ἐπιθυμίᾳ δουλωθέντας; ἐπεὶ μηδὲ θνητῶν ἐγγόνων, ἀλλ' ἀθανάτων ὠρέχθησαν. Τὸ δὲ ἀφιλοχρήματον αὐτῶν τοῦ τρόπου πῶς οὐκ ἂν τις ἐκπλαγείη; καὶ τοῦτο τεκμηράμενος ἐκ τοῦ μὴ φεύγειν, ἀλλ' ἀσπάσασθαι διδάσκαλον, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τὴν κτῆσιν ἀπαγορεύοντα, καὶ νομοθετοῦντα μηδὲ μέχρι δευτέρου χιτῶνος αὔξειν τὴν ὕπαρξιν· ὅπερ τάχα τις ἀκούσας παρήτητο ἂν τὸ βαρὺ τοῦ πράγματος· οἱ δὲ καὶ ἔργον πεποιηκότες τὸν λόγον ἀποδείκνυνται. Αἰτήσαντος γοῦν ποτε τοὺς ἀμφὶ τὸν Πέτρον χωλοῦ τινος (οὗτος δ' ἦν τῶν δι' ἐσχάτην ἀπορίαν τὰς τροφὰς μεταιτούντων), οὐκ ἔχων ὁ Πέτρος ὃ τι δῷ, ὡμολόγει πάσης ὑπάρξεως χρυσίου καὶ ἀργυρίου χαθαρεύειν, φήσας· « Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ

Digitized by Google

Χριστοῦ ἔγειραι καὶ περιπάτει. » Σκυθρωπὰ δὲ αὐτοῖς προαγγέλλοντος τοῦ Διδασκάλου, προσέχοντες δι' ὧν πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· « Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔχετε·» καὶ πάλιν· «Κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται,» πῶς οὐκ αὐτοὶ μὲν δῆλοι τὸν τρόπον, ὅτι δὴ στερρόί τινες καὶ βαθεῖς ὑπῆρχον, μὴ φεύγοντες τὰ τῆς ψυχῆς γυμνάσια, μηδὲ τὰ πρὸς ἡδονὴν μεταδιώκοντες; καὶ ὁ διδάσκαλος δὲ, ὅτι μὴ δι' ἀπάτης θέλγων αὐτοὺς καὶ τὰ οἰκεῖα προϊσχόμενος ἐξῳκειοῦτο, ἐλευθέρῳ δὲ καὶ ἀληθεῖ λόγῳ τὰ συμβησόμενα θεσπίζων, τὴν αἵρεσιν τῆς κατ' αὐτοῦ (1) πολιτείας εἰς αὐτοὺς ἐνετίθετο; Τοιαῦτα δὲ ἦν καὶ τὰ περὶ τῶν μελλόντων διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ συμβήσεσθαι αὐτοῖς, ἐν οἷς προλέγων ἐμαρτύρατο, ὅτι καὶ ἐπὶ ἡγεμονίας ἀχθήσονται, καὶ μέχρι βασιλέων φθάσουσι, καὶ παντοίας ὑπομενοῦσι τιμωρίας, δι' οὐδὲν μὲν φαῦλον, οὐδὲ δι' ἑτέραν εὔλογον αἰτίαν, αὐτὸ δὲ τοῦτο ὅλον διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὃ καὶ ἔστιν εἰς δεῦρο θεωροῦντας ἐνεργούμενον, καταπλαγῆναι τὴν πρόρρησιν· ἡ γὰρ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος ὁμολογία τοὺς θυμοὺς εἴωθεν ἐκκαίειν τῶν ἀρχόντων. Κἂν μηδενὶ γὰρ φαῦλον ᾖ πεπραγμένον τῷ τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντι, κολάζουσιν ὁμοίως αἰκιζόμενοι διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὡς πάντων ἀνοσιουργῶν χαλεπωτέρους· εἰ δ' ἐξομόσαιτό τις τὴν προσηγορίαν, καὶ ἀρνηθείη μὴ εἶναι τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, ἀφεῖται παραχρῆμα ἐλεύθερος, κἂν μυρίοις ἔνοχος ἁλίσκηται πλημμελήμασι.

A tro, et ab iis qui circum Petrum erant aliud postularet (hic porro unus erat eorum, qui ob extremam inopiam victum mendicabant) non habens Petrus quid daret, confessus est, ab omni se possessione auri atque argenti abhorrere, his quidem verbis : « Argentum et aurum non est mihi, **119** quod autem habeo, hoc tibi do; in nomine Jesu Christi surge et ambula[69]. » Cum vero illi a suo Præceptore tristia auditu perciperent, si modo attendebant quæ ad ipsos diceret, « In mundo afflictionem habebitis. » Et rursus : « Lugebitis et plorabitis vos, mundus autem gaudebit :[70] » nonne de animi sui moribus plane indicabant? quod videlicet solidiori quadam altiorique natura constarent, cum animi labores non fugerent, neque voluptatem perse- B querentur, quodque ipsorum magister non fraudulente eos demulcens, aut res suas eis ostentans sibi ipsi illos adjungeret, sed ingenua veraque oratione quæ eventura erant canens, suæ reipublicæ rationem atque propositum, in animis illorum infigeret? Talia item erant quæ propter nomen suum passuros illos prædicabat, significans, quod ad præsides ducendi essent, quod ante reges sistendi, quod omnis generis pœnas subituri, non ob levem rem aliquam, neque ob ullam probabilem causam, sed id totum propter unum suum nomen. Quod interim cum reipsa ad hunc usque diem compleri cernamus, cur non hujusce eventus prædictionem obstupescimus? una enim confessio nominis Jesu, animos consuevit accendere principum. Nam etsi nihil reprehensione dignum admiserit, qui Christum confessus est, eum tamen puniunt plectentes nominis illius causa, omnibus scelestis asperius. Quod si quis eam appellationem abjuraverit, negaveritque se Christi esse discipulum, dimittitur illico ac liberatur, etiamsi innumerabilibus peccatis obnoxius teneatur.

Καὶ τί με χρὴ μυρία συναγαγεῖν, τὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαγράφειν ἦθος πειρώμενον, ἀρκούντων καὶ τῶν εἰρημένων εἰς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμένου; οἷς ἔτι ταῦτα προσθεὶς, ἐπὶ τὸ ἕτερον στῖφος τῶν συκοφαντῶν μεταβήσομαι. Ματθαῖος ἀπόστολος τὸν πρότερον βίον οὐκ ἀπὸ σεμνῆς διατριβῆς ὡρμᾶτο, ἐκ δὲ τῶν ἀμφὶ τὰς τελωνίας καὶ πλεονεξίας σχολαζόντων. Τοῦτο οὐδεὶς τῶν εὐαγγελιστῶν ἐδήλωσεν, οὐχ ὁ συναπόστολος αὐτοῦ Ἰωάννης, οὐδὲ γε Λουκᾶς, οὐδὲ Μάρκος, ὁ δὲ Ματθαῖος τὸν ἑαυτοῦ στηλιτεύων βίον, καὶ κατήγορος αὐτὸς ἑαυτοῦ γιγνόμενος. Ἐπάκουσον γοῦν ὅπως διαῤῥήδην ἐπ' ὀνόματος αὐτοῦ μέμνηται ἐν τῷ πρὸς αὐτοῦ γραφέντι Εὐαγγελίῳ, τοῦτον λέγων τὸν τρόπον· «Καὶ παράγων ἐκεῖθεν ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον ὀνόματι, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι· καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. Καὶ ἐγένετο, ἀνακειμένου αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ἰδοὺ πολλοὶ τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.» Καὶ πάλιν προϊὼν ἑξῆς, τόν τε κατάλογον τῶν μαθητῶν ἐξαριθμούμενος, αὐτὸς ἑαυτῷ τὸ τοῦ τελώνου ὄνομα προστίθησιν. Λέγει δ' οὖν· « Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης

C Et quid me Salvatoris nostri apostolorum mores describere conantem, plura in unum cogere oportet, cum iis quæ dicta sunt, abunde contenti esse possimus, ad id demonstrandum quod a nobis propositum est? Quibus cum pauca quæ sequuntur addidero, ad aliud calumniantium genus me convertam. Matthæus apostolus vitæ genus, quod prius sectatus est, nullo graviore studio aut consuetudine refertum sibi delegit, sed inter publicanos, et eos qui pecuniæ colligendæ vacarent. Hoc quidem nullus evangelistarum indicavit, non coapostolus ejus Joannes, non Lucas, non Marcus, sed ipse Matthæus suam ipsius vitam non dissimulans, planeque ipse seipsum accusans. Audi igitur quomodo palam sui nominis meminit, in eo, quod ipse scripsit Evangelio, et mores proprios notavit : « Et D præteriens illinc Jesus, vidit **120** hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, et dixit ei : Sequere me, et surgens secutus est eum, et factum est, discumbente illo in domo, ecce multi publicani et peccatores simul discumbebant cum Jesu, et discipulis ejus[71]. » Deinceps sermone progressus, ac discipulorum nomina enumerans, ipse sibi ipsi publicani nomen adjungit, dicit igitur : « Duodecim vero apostolorum nomina sunt hæc, primus Simon,

[69] Act. III, 6. [70] Luc. VI, 25. [71] Matth. IX, 10.

(1) Αὐτοῦ. Forte αὐτόν. Edit.

Digitized by Google

qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus, Jacobus Zebedæi, et Joannes frater ejus, Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus publicanus [72]. » Itaque Matthæus abundantia quadam modestiæ, studium præ se ferens veritatis in suis moribus indicandis, publicanum se appellavit, neque priorem suam vitam occultare voluit. Et secundo loco post æqualem suum se nominavit. Cum enim singuli singulis comparantur, ipse Matthæus Thomæ, Petrus Andreæ, Jacobus Joanni, Philippus Bartholomæo, Thomam sibi ipsi præponit, priorem illi locum, quamvis coapostolo, tanquam honoratiori tribuens, tametsi reliqui evangelistæ contrarium faciunt. Audi itaque Lucam, ut Matthæi mentionem faciens, non publicanum dicit, neque post Thomam collocat, sed præstantiorem illum cognoscens, priorem quoque nominat, Thomam illi secundo loco subjungens, quod ipsum Marcus quoque servavit. Verba igitur illius sic se habent : « Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, et elegit duodecim ex eis, quos et apostolos nominavit : Simonem, quem etiam Petrum vocavit, et Andream fratrem ejus, Jacobum et Joannem, Philippum et Bartholomæum, Matthæum et Thomam [73]. » Sic Matthæum Lucas anteponit, quemadmodum ipsi tradiderant, qui ab initio ipsi viderant, et ministri fuerant sermonis. Joannem quoque similem Matthæo invenies. Nam in suis epistolis ne meminit quidem suæ appellationis, aut seniorem se nominat, nusquam vero apostolum aut evangelistam. In Evangelio autem, cum significasset illum quem diligebat Jesus, nomen suum non posuit. Petrus vero ex nimia quadam reverentia, ne dignum quidem se scriptione Evangelii existimavit. Sed ejus familiaris ac discipulus Marcus, in commentarium retulisse ejusdem de rebus gestis Jesu, narrationes memoratur. **121** Qui cum ad illum historiæ locum venisset, ubi Jesus interrogavit, quem se esse homines dicerent, ipsique sui discipuli quam de se opinionem haberent, subjunxissetque Petrus, tanquam de Christo, nihil illi respondentem Jesum aut dicentem descrisit, sed illis comminantem duntaxat, ut nemini de ipso dicant. Non enim interfuit Marcus iis quæ a Christo dicta sunt : ac ne Petrus quidem, quæ ad ipsum ac de ipso dicta sunt ab Jesu, proprio testimonio proferre æquum putavit. Quæ autem illa sint, quæ videlicet ad ipsum Petrum dicta sunt, Matthæus his indicat verbis : « Vos autem quem me dicitis esse? et respondens Simon Petrus dixit : Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens Jesus dixit ei : Beatus es, Simon Barjona, quoniam caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cœlis, et ego tibi dico : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt adversus eam; et dabo tibi claves regni cœlorum, et quæcunque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlis: et quæcunque solveris super ter-

A ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης. » Οὕτως μὲν ὁ Ματθαῖος, δι' ὑπερβολὴν ἐπιεικείας τὸ φιλάληθες ὑποφαίνων τοῦ ἰδίου τρόπου, καὶ τελώνην ἑαυτὸν ἀπεκάλει, μὴ ἀποκρύπτων τὸν πρότερον ἑαυτοῦ βίον, καὶ τοῦ συζύγου δεύτερον ἑαυτὸν κατέλεγεν. Συνεζευγμένος γοῦν τῷ Θωμᾷ, ὁ Πέτρος Ἀνδρέᾳ, καὶ Ἰάκωβος τῷ Ἰωάννῃ, καὶ Φίλιππος Βαρθολομαίῳ, προτάττει ἑαυτοῦ τὸν Θωμᾶν, προτιμῶν ὡς κρείττονα τὸν συναπόστολον, τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν τοὐναντίον πεποιηκότων. Ἄκουε γοῦν Λουκᾶ, πῶς, τοῦ Ματθαίου μνημονεύσας, οὐ τελώνην ὀνομάζει, οὐδ' ὑποτάττει τῷ Θωμᾷ, κρείττονα δὲ αὐτὸν εἰδὼς, πρῶτον αὐτὸν κατέλεξεν, δεύτερον τὸν Θωμᾶν ἐπαγαγὼν, ὥσπερ καὶ ὁ Μάρκος πεποίηκεν· ἔχουσι δὲ αὐτοῦ αἱ λέξεις B οὕτως· « Καὶ ὅτε ἡμέρα ἐγένετο, ἐφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ ἐκλεξάμενος ἐξ αὐτῶν δώδεκα, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασεν, Σίμωνα, ὃν καὶ ἐκάλεσε Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ Φίλιππον, καὶ Βαρθολομαῖον, καὶ Ματθαῖον, καὶ Θωμᾶν. » Οὕτως μὲν τὸν Ματθαῖον ὁ Λουκᾶς ἐτίμησε, καθ' ἃ παρέδωκαν αὐτῷ οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου. Καὶ τὸν Ἰωάννην δὲ ὅμοιον εὕροις ἂν τῷ Ματθαίῳ. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ οὐδὲ μνήμην τῆς οἰκείας προσηγορίας ποιεῖται, ἢ πρεσβύτερον ἑαυτὸν ὀνομάζει, οὐδαμοῦ δὲ ἀπόστολον, οὐδὲ εὐαγγελιστήν· ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ ἐπισημηνάμενος ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, οὐκ ἐδήλωσεν ὀνομαστὶ ἑαυτόν. Ὅ γε μὴν Πέτρος οὐδὲ καθῆκεν ἐπὶ τὴν Εὐαγγελίου C γραφὴν δι' εὐλαβείας ὑπερβολήν. Τούτου Μάρκος γνώριμος καὶ φοιτητὴς γεγονὼς ἀπομνημονεῦσαι λέγεται τὰς τοῦ Πέτρου περὶ τῶν πράξεων τοῦ Ἰησοῦ διαλέξεις, ὃς ἐλθὼν ἐπ' ἐκεῖνα τῆς ἱστορίας, ἐν οἷς ὁ Ἰησοῦς ἐρωτήσας, τίνα φασὶν αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ, τίνα δόξαν ἔχοιεν περὶ αὐτοῦ, ὑπακούσαντος τοῦ Πέτρου, ὡς περὶ Χριστοῦ, οὐδὲν ἀποκρινάμενον τὸν Ἰησοῦν οὐδὲ λέγοντα αὐτῷ γράφει, ἀλλ' ὅτι ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ. Οὐ γὰρ παρῆν ὁ Μάρκος τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ λεχθεῖσιν, ἀλλ' οὐδὲ Πέτρος τὰ πρὸς αὐτὸν καὶ περὶ αὐτοῦ λεχθέντα τῷ Ἰησοῦ ἐδικαίου δι' οἰκείας προφέρειν μαρτυρίας. Τίνα δὲ ἦν τὰ πρὸς αὐτὸν λεχθέντα, Ματθαῖος δηλοῖ διὰ τούτων· « Ὑμεῖς D δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Μακάριος εἶ, Σίμων Βαριωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἐπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἐγώ σοι λέγω· Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὅσα ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Τοσούτων εἰρημένων τῷ Πέτρῳ ὑπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὁ Μάρκος, μηδὲν τούτων μνημονεύσας,

[72] Matth. x, 2, 3. [73] Luc. vi, 13-15.

Digitized by Google

ὅτι μηδ' ὁ Πέτρος ταῦθ', ὡς εἰκός, ἐν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις ἐξηγόρευσεν, ὅρα τί φησιν, ἐρωτήσαντος τοῦ Ἰησοῦ· « Ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει· Σὺ εἶ ὁ Χριστός. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγωσι περὶ αὐτοῦ. » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Πέτρος εἰκότως παρασιωπᾶσθαι ἠξίου· διὸ καὶ Μάρκος αὐτὰ παρέλιπε· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἄρνησιν αὐτοῦ εἰς πάντας ἐκήρυξεν ἀνθρώπους. Ἐπεὶ καὶ ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ πικρῶς. Εὖροις δ' οὖν τὸν Μάρκον ἱστοροῦντα περὶ αὐτοῦ τάδε· « Καὶ ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ, ἔρχεται πρὸς αὐτὸν μία τῶν παιδίσκων τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν θερμαινόμενον, ἐμβλέψασα αὐτῷ λέγει· Καὶ σὺ μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου ἦς. Ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων· Οὔτε ἐπίσταμαι τί σὺ λέγεις· καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸ ἔξω προαύλιον, καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Πάλιν δὲ ἰδοῦσα αὐτὸν ἡ παιδίσκη, ἤρξατο λέγειν τοῖς παρεστῶσιν· Οὗτος ἐξ αὐτῶν ἐστιν. Ὁ δὲ πάλιν ἠρνήσατο. Καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν παρεστῶτες ἔλεγον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς ἐξ αὐτῶν εἶ, καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ. Ὁ δὲ ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, ὅτι Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὃν λέγετε· καὶ εὐθέως ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. » Μάρκος μὲν ταῦτα γράφει· Πέτρος δὲ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ· πάντα γὰρ τὰ παρὰ Μάρκῳ τῶν Πέτρου διαλέξεων εἶναι λέγεται ἀπομνημονεύματα. Οἱ δὴ οὖν τὰ μὲν δόξαντα αὐτοῖς ἀγαθὴν φέρειν φήμην παραιτούμενοι, τὰς δὲ καθ' ἑαυτῶν διαβολὰς εἰς ἄληστον αἰῶνα καταγράφοντες, καὶ τῶν πλημμεληθέντων αὐτοῖς τὰς κατηγορίας, ἃς οὐκ ἄν τις ἔγνω τῶν μετὰ ταῦτα, εἰ μὴ διὰ τῆς αὐτῶν ἔμαθεν φωνῆς καθ' ἑαυτῶν στηλιτεύοντες, πῶς οὐ φιλαυτίας μὲν ἀπάσης καὶ ψευδολογίας ἐκτὸς γεγονέναι ἐνδίκως ἂν ὁμολογοῖντο, φιλαλήθους δὲ διαθέσεως σαφῆ καὶ ἐναργῆ τεκμήρια παρεσχηκέναι; Οἱ δέ γε τοὺς τοιούσδε πεπλάσθαι καὶ καταψεύσασθαι νομίζοντες, καὶ οἷα πλάνοις βλασφημεῖν πειρώμενοι, πῶς οὐκ ἂν γένοιντο καταγέλαστοι; φίλοι μὲν φθόνου καὶ βασκανίας, ἐχθροὶ δὲ αὐτῆς ἀληθείας ἁλισκόμενοι, οἵ γε τοὺς οὕτως ἀπανούργους καὶ ἄπλαστον ὡς ἀληθῶς καὶ ἀκέραιον ἦθος διὰ τῶν οἰκείων λόγων ἐπιδεδειγμένους, πανούργους τινὰς καὶ δεινοὺς ὑποτίθενται σοφιστὰς, ὡς τὰ μὴ ὄντα πλασαμένους, καὶ τῷ οἰκείῳ διδασκάλῳ τὰ μὴ πρὸς αὐτοῦ πραχθέντα κεχαρισμένως ἀναθέντας. Ὡς εὖ μοι δοκεῖ εἰρῆσθαι· Πάντα χρὴ πιστεύειν τοῖς τοῦ Ἰησοῦ μαθηταῖς, ἢ μή· καὶ εἰ μόνοις τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἀπιστητέον, καὶ τοῖς πᾶσιν, οἵτινές ποτ' ἄρα παρ' Ἕλλησιν, ἢ παρὰ βαρβάροις βίους καὶ λόγους καὶ ἀπομνημονεύματα τῶν κατὰ χρόνους ἐπί τισιν ἀγαθοῖς κατορθώμασι βοηθέντων συνεγράψαντο· ἢ τοῖς μὲν ἄλλοις πιστεύειν εὔλογον, μόνοις δὲ τούτοις ἀπιστεῖν. Καὶ πῶς οὐκ ἐμφανὴς ὁ φθόνος; Τί δέ; οἱ καταψευδόμενοι τοῦ Διδασκάλου, καὶ τὰ μὴ γεγονότα τῇ αὐτῶν παραδιδόντες γραφῇ, ἆρα καὶ τὰ πάθη κατεψεύσαντο αὐτοῦ; τὴν ἑνὸς λέγω μαθητῶν προδοσίαν, καὶ τὴν τῶν συκοφαντῶν κατηγορίαν, χλεύας τε καὶ διασυρμοὺς δικαστῶν, τάς τε ὕβρεις καὶ τὰς πληγὰς τὰς κατὰ προσώπου, μάστιγάς τε κατὰ νώ-

ram, erunt soluta et in cœlis [74]. » Cum hæc tam multa dicta sint Petro ab Jesu, Marcus nihil horum commemorans, propterea quod ne Petrus quidem, ut verisimile est talia in suis narrationibus enuntiavit, audi, quid dicat, post Jesu interrogationem : « Respondens, inquit, Petrus dicit : Tu es Christus, et comminatus est eis, ut nemini dicerent de ipso [75]. » Hæc sane Petrus merito tacenda judicavit : quare etiam Marcus ea præteriit. Quæ autem ad negationem suam pertinebant, in omnes homines protulit ac publicavit : quoniam post illam flevit amare. Invenies itaque de eo narrantem Marcum : « Et cum esset Petrus in atrio, venit ad eum una ex ancillis summi sacerdotis, et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait : Et tu cum Jesu Nazareno eras, at ille negavit dicens : Neque novi; neque scio quid dicas, et exivit foras ante atrium, et gallus cantavit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus : Hic ex illis est, at ille iterum negavit : Et post pusillum, rursus qui astabant dicebant Petro : Vere ex illis es, nam et Galilæus es : ille autem cœpit anathematizare, et jurare, quod nescio hominem istum, quem dicitis : et statim gallus iterum cantavit [76]. » **122** Marcus quidem hæc scribit, ac Petrus hæc de seipso testificatur : omnia enim quæ apud Marcum leguntur, narrationum sermonumque Petri dicuntur esse commentaria. Qui igitur ea quæ poterant ipsis afferre bonam famam, recusant, criminationes vero contra seipsos, sempiternæ memoriæ in scriptis suis commendant, et eorum quæ ab ipsis peccata sunt accusationes, quas posteriorum nullus unquam cognovisset, nisi ipsorum scriptis didicisset, publice ab omnibus legendas proponunt, cur non ab omni de seipsis opinione, omnique mendacio merito abhorrere credantur? studiique erga veritatem argumenta certissima præbere? Qui vero tales viros fictionibus usos, ac mentitos putant, et tanquam impostores infamia probrisque notare conantur, cur non ipsi potius et ridiculi sunt, et odio invidiaque digni, tanquam omnis veritatis inimici habentur? qui quidem viros tam ab omni malitia alienos, tamque sine fuco, vereque sincerum animum in suis scriptis præ se ferentes, malitiosos quosdam et callidos audent fingere sophistas, tanquam eos qui quidquid scripserint commenti sint, et suo præceptori, quæ ille nunquam fecerit, ad gratiam tribuerint? Sane commode mihi dictum videtur : aut prorsus credere oportet Jesu discipulis, si reliquis quoque scriptoribus : aut si non his, ne reliquis quidem. Cur enim, si solis his viris detrahenda sit fides, non etiam reliquis omnibus, quicunque unquam aut apud Græcos, aut apud barbaros, vitas, aut orationes, aut commentaria conscripserunt, eorum qui variis temporibus in aliquo genere virtutis atque officii, præstiterint? aut si dicis aliis quidem credere æquum esse, at his solis non credere :

[74] Matth. xvi, 15-19. [75] Ibid. 20. [76] Marc. xiv, 66-72.

Digitized by Google

cur non hoc plane ad invidiam referatur? Quod si demus illos de Præceptore fuisse mentitos, et quæ ille nunquam fecerit scriptis suis complexos, num etiam de iis mentitos, quæ idem passus est, dare possumus? dico autem de unius ex discipulis proditione, de calumniis criminantium, de ludibriis et irrisionibus judicum, de contumeliis, de ictibus in facie, flagellisque in tergo : de corona spinea, quæ illi ad ignominiam imposita est : de purpureo vestimento, quod instar chlamydis illi circumdatum est : de illo ipso denique crucem quasi tropæum aliquod humeris gestante, et in ea infixo, manibus pedibusque trajectis, de aceto quod illi potus loco porrexerunt, de arundine qua illius tempora percussere, de conviciis quæ in illum a spectantibus jactata sunt? **123** At enim et hæc, et quæcunque alia de illo his similia feruntur, aut ficta esse oportet ab illius discipulis, aut in his quidem tanquam verissimis, illis credendum est, in reliquis vero, quæ clariorem illum venerabilioremque reddunt, non credendum. Sed hæc de iisdem sibi ipsi contraria opinio, unde confirmabitur? Dicere enim eosdem de eodem, et vera prodere et mentiri, nihil aliud est, nisi contraria in eodem de iisdem rebus dicere. Quomodo hæc refellentur? Si enim hoc illis fingendi propositum fuit, ut mendaciis suum præceptorem ornarent, cur illi ea, quæ modo diximus ascripserunt? aut cur posteris indicarunt, quod et tristis fuerit, et tædio affectus, et animo turbatus? aut quod ipsi illum deseruerint atque abierint? aut quod qui omnibus ipsis præpositus fuerat apostolus illius, et discipulus Petrus, nullis neque tormentis, neque tyrannicis minis, ter illum abjuraverit? Hæc enim et si alii dixissent, neganda ab iis tamen fuere, qui nihil aliud sibi in scribendo proposuissent, nisi ut reverentiam præceptori compararent. Quod si veridici in tristioribus de illo narrationibus videntur, cur non in iis item, quæ lætitiam, gloriamque habent, multo magis, quam sibi ipsis contrarii? Nam quibus unum propositum fuerit mentiendi, ab iis si qua offendunt, ea in primis, aut præteriri oportebat silentio, aut si id non poterat, negatione refelli. Quis enim apud posteros ea quæ tacuissent, reprehendere unquam potuisset? Sed si mentiri decreverant, cur non illud quoque mentiti sunt, Judam qui osculo illum tradidit, simul ac proditionis signum ostendere ausus est, in lapidem esse conversum? et qui alapam illi inferre ausus est, ejus illico dextram aruisse? et Caipham pontificem, propterea quod falsis contra illum criminibus consenserit, oculis captum fuisse? Cur vero non omnes mentiti sunt, significantes nihil plane illi quod possit offendere evenisse? sed ipsum quidem evanuisse, forumque et judicia illorum risisse? qui vero illum comprehendere ausi fuerant, divinitus illusos, contra illum se agere quæ egerunt, tametsi ille non aderat, credidisse? Quid porro? Nonne gravius digniusque scripsissent, nullum plane humanum aut mortalem casum, illum sub-

A του, καὶ τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον ἐπ' ἀτιμίᾳ περιτιθέμενον αὐτῷ, φοινικοῦν τε χιτῶνα ἐν χλαμύδος σχήματι περιβληθέντα, καὶ τέλος αὐτὸν αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπαιον ἐπικομίζοντα· ἐν τούτῳ τε πηγνύμενον, καὶ χεῖρας καὶ πόδας καταπειρόμενον, δξει τε ποτιζόμενον, καὶ παιόμενον κατὰ κόρρης καλάμῳ, καὶ πρὸς τῶν ὁρώντων ὀνειδιζόμενον; Ἀλλὰ γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις συμφέρεται, ὁμοίως πεπλάσθαι χρὴ πρὸς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ἢ ἐν τούτοις μὲν χρὴ πιστεύειν αὐτοῖς ὡς ἀληθεστάτοις, ἐν δὲ τοῖς ἐπιδόξοις καὶ σεμνοτέροις ἀπιστεῖν. Καὶ πόθεν τὸ περὶ αὐτοὺς ἐναντίον δόγμα συστήσεται; Τὸ γὰρ ἀληθεύειν τοὺς αὐτοὺς φάναι, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ψεύδεσθαι, οὐδέν ἐστιν ἢ τἀναντία κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν. Τίς οὖν ὁ τούτων B ἔλεγχος; εἰ γὰρ δὴ πλάττεσθαι αὐτοῖς σκοπὸς ἦν, καὶ λόγοις ψευδέσι τὸν Διδάσκαλον κοσμεῖν, οὐκ ἄν ποτε αὐτοῖς τὰ προειρημένα κατέγραφον, οὐδ' ἂν ἐδήλουν τοῖς μετὰ ταῦτα ἀνθρώποις, ὅτι δὴ ἐλυπεῖτο, καὶ ἠδημόνει, καὶ τετάρακτο τὴν ψυχήν, ὅτι αὐτοὶ αὐτὸν ἀπολιπόντες ᾤχοντο· ἢ ὅτι ὁ πάντων αὐτῶν προκεχριμένος ἀπόστολός τε καὶ μαθητὴς αὐτοῦ Πέτρος, βασάνων ἐκτὸς καὶ ἀρχοντικῆς ἀπειλῆς τρίτον αὐτὸν ἐξωμόσατο. Ταῦτα γὰρ κἂν ἄλλων λεγόντων, χρῆν δήπουθεν ἀρνεῖσθαι τοὺς οὐδὲν ἄλλο ἢ χαρίζεσθαι τὰ σεμνότερα τῷ διδασκάλῳ προτεθειμένους. Εἰ δὲ φιλαλήθεις ἐν τοῖς αὐτοῦ σκυθρωποῖς διηγήμασι φαίνονται, πολὺ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐνδοξοτέροις εἶεν ἂν τοιοῦτοι. Τοὺς γὰρ ἅπαξ ψεύδεσθαι προελομένους, τὰ λυπηρὰ χρῆν μᾶλλον ἐκφυγεῖν ἤτοι διὰ σιωπῆς, ἢ διὰ C τῆς περὶ αὐτῶν ἀρνήσεως, μὴ ἄλλως τῶν ὀψιγόνων ἐλέγξαι δυναμένων τὰ σεσιγημένα. Διὰ τί γὰρ μὴ ἐψεύσαντο, καὶ ἔφησαν, ὅτι Ἰούδας μὲν ὁ προδοὺς αὐτὸν φιλήματι, τολμήσας τὸ σύμβολον ἐνδείξασθαι τῆς προδοσίας, ἀπολιθωθείη αὐτίκα· ὁ δὲ ῥαπίσαι αὐτὸν τολμήσας, ξηρὸς παραχρῆμα γένοιτο τὴν δεξιάν· ὁ δ' ἀρχιερεὺς Καϊάφας, ὡς ἂν συντρέχων τοῖς κατ' αὐτοῦ συκοφάνταις, πηρωθείη τὰς ὄψεις; διὰ τί δὲ μὴ ἐψεύσαντο πάντες, ὅτι μηδὲν σκυθρωπὸν ἀληθῶς περὶ αὐτὸν γέγονεν; Ἀλλ' ὁ μὲν ἀφανὴς ἦν καταγελάσας αὐτῶν τοῦ δικαστηρίου· οἱ δὲ ἐπιβουλεύοντες, ὑπὸ φαντασίας θηλάτου πλανώμενοι, ἐνεργεῖν κατ' αὐτοῦ μὴ παρόντος ἐδόκουν; Τί δ'; ἆρα οὐκ D ἦν σεμνότερον τοῦ πλάττεσθαι, ὅτι τῶν τοιῶνδε ποιητὴς ἔργων παραδόξων γέγονε, τὸ γράφειν, ὅτι μηδὲν μὲν ἀνθρώπινον, μηδὲ θνητὸν περὶ αὐτὸν συνέβη, ἐνθέῳ δὲ δυνάμει τὰ πάντα καταδησάμενος, τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον μετὰ θειοτέρας δόξης ἐποιήσατο; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀπιστεῖν ἔμελλον οἱ ταῖς ἄλλαις αὐτῶν διηγήσεσι πεπιστευκότες. Οἱ δ' οὖν μηδὲν τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἀπεμφαίνουσι καὶ σκυθρωποῖς παραχαράξαντες πῶς οὐκ ἂν εἶεν ἄξιοι καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, οἷς ἐμαρτύρησαν αὐτῷ τὰ παράδοξα, φαύλης ἐκτὸς ὑπονοίας καθεστάναι; Αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε τυγχάνει περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία· οὐδὲν δὲ οἷον ἐκ περιουσίας καὶ τῷ ἐξ Ἑβραίων Ἰωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς *Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*. τὰ κατὰ τοὺς Πιλά-

Digitized by Google

του χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

A iisse? verum ubi vi divina res omnes suas confirmasset, tum in cœlum gloriosius diviniusque revertisse? Certe hoc multo majorem venerationem comparasset, quam fingere, ab illo ea miracula facta quæ novimus? **124** neque enim his credituri non fuerant, qui cæteris eorumdem narrationibus fidem habuere. Qui igitur in iis quæ dedecus habent atque tristitiam, veritatem corrumpere ausi non sunt, cur non in reliquis quoque, quæ de illo protulerunt digni habentur, quibus absque suspicione falsitatis credatur, etiam si miracula narraverint? ergo licet talium hominum de Salvatore nostro testimonium, nobis abunde satisfacere debeat, tamen nihil me præter propositum facturum arbitror, si quasi ex abundantia quadam, Hebræi quoque Josephi testimonio utar, qui in decimo octavo *Judaicæ Antiquitatis* libro, Pilati tempora in historiam suam referens, de Salvatore nostro mentionem facit, his verbis.

Ἰωσήπου περὶ τοῦ Χριστοῦ.

« Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τἀληθῆ σεβομένων· καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο· ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν (1), καὶ αὐτῶν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόντων σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. » Εἰ τοίνυν καὶ κατὰ τὸν ἱστορικὸν μαρτυρεῖται, οὐ μόνον τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, οὐδὲ τοὺς ἑβδομήκοντα μαθητὰς ἐξῳκειωμένος, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ τοῦ Ἑλληνικοῦ προσαγόμενος, ὄῆλος ἂν εἴη περιττόν τι κεκτημένος παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως προσήγετο τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ πλείους, εἰ μή τισι θαυμαστοῖς καὶ παραδόξοις ἔργοις, καὶ ξενιζούσῃ κέχρητο διδασκαλίᾳ; Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων γραφή, ὅτι πολλαὶ μυριάδες ἦσαν Ἰουδαίων ἀνδρῶν πεπεισμένων αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ὑπὸ τῶν προφητῶν κατηγγελμένον· καὶ ἡ ἱστορία δὲ κατέχει, ὡς καὶ μεγίστη τις ἦν Ἐκκλησία Χριστοῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἀπὸ Ἰουδαίων συγκροτουμένη, μέχρι τῶν χρόνων τῆς κατ' Ἀδριανὸν πολιορκίας. Λέγονται γοῦν οἱ πρῶτοι κατὰ διαδοχὴν προστάντες αὐτόθι ἐπίσκοποι Ἰουδαῖοι γεγονέναι, ὧν καὶ ὀνόματα εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις μνημονεύεται· ὡς καὶ ἐκ τούτων λελῦσθαι πᾶσαν τὴν κατὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ διαβολήν, ὅτε καὶ πρὸς αὐτῶν, καὶ δίχα τῆς αὐτῶν μαρτυρίας, μυρία ὁμολογεῖται πλήθη Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ δι' ὧν ἐπετέλει παραδόξων ἔργων ὑφ' ἑαυτὸν πεποιημένος. Ἀλλὰ τούτων ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρημένων, πρὸς τὸ πρῶτον τῶν ἀπίστων τάγμα, φέρε, καὶ πρὸ, τὸ δεύτερον στῖφος ἐνστῶμεν. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ τῶν συνομολογούντων μὲν τὸν Ἰησοῦν τὰ παράδοξα πεποιηκέναι, γοητείᾳ δὲ ἄλλως ἐπὶ πλάνῃ τῶν ὁρώντων, οἷα θαυματουργὸν ἡ φαρμακέα τινὰ, θαυμαστώσαι τοὺς παρόντας.

B

C

D

Josephi de Christo.

« Exsistit per idem tempus Jesus sapiens vir, si modo virum eum dicere oportet, quippe qui earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fidem superant. Docebat porro hic homines, si quos veritatis studiosos reperiebat: ergo multos sibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factionis adjunxit. Christus plane hic fuit: siquidem cum magistratibus nostris accusantibus, illum crucis supplicio affecisset Pilatus, non destiterunt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit enim illis tertio die iterum vivens, quemadmodum divini prophetæ et hæc et alia innumerabilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc usque diem Christianorum non defecit genus. » Si ergo historicus quoque testificatur, non solos duodecim apostolos, septuagintaque discipulos, ab illo sibi adjunctos, sed multos quoque tum Judaicæ, tum Græcæ factionis assumptos, palam est illum in se aliquid excellentius cæteris hominibus habuisse: qua enim alia ratione et Judaici et Græci generis multos sibi adjungere potuisset, nisi admirabilibus fidemque superantibus gestis, et inaudita quadam doctrina usus esset? fidem etiam facit liber qui Acta apostolorum inscribitur, multa millia hominum Judæorum credidisse, illum esse Christum Dei, quem prophetæ venturum nuntiassent. Historia quoque illud habet: grandem Christi Ecclesiam Hierosolymis fuisse, quam Judæi comparassent, durasseque usque ad obsidionem, quæ Adriani tempore facta est; ergo qui primi episcopi ex successione illic præfuerunt, Judæi fuisse dicuntur, quorum nomina ab ejus loci incolis etiam nunc memorantur, **125** ut ex his quoque omnis contra discipulos illius calumnia diluatur, quando et illis testificantibus, et contra, illis non testificantibus, ipse Jesus, qui Christus est Dei, comprobatur: innumerabilem multitudinem, tum Judæorum tum Græcorum sibi ipsi subjecisse. Cæterum cum hæc a nobis dicta sint adversus primum non credentium genus, nunc ad alterum convertamur, idque refellamus. Id autem est eorum, qui fatentur quidem Jesum res gessisse admirabiles, sed præstigiis oculos intuentium delusisse, atque ut solent incantatores et venefici, in admirationem sui traxisse præsentes.

(1) Procul dubio glossema est et marginalis cujusdam Christiani lectoris adnotatio, licet habeatur in mss. et in Josepho.

Digitized by Google

VI. *Contra eos qui præstigiatorem putant Christum Dei fuisse.*

Ac primum quidem isti interrogandi sunt, quid ad ea quæ antecesserunt respondeant? Numquid ullus hominum usquam excogitari potuit, omni gravitate ac virtute refertæ reipublicæ institutor, sinceræque ac veræ doctrinæ, qualis ea est quam ante exposuimus, præceptor: qui mores præstigiatoris habuerit? Quod si et magus, et veneficus, et impostor, et præstigiator fuit, quonam modo talis doctrinæ apud omnes gentes auctor exstitit, qualem ad hunc usque diem et oculis intuemur, et auribus percipimus? deinde quis tam sibi ipsi confidens, ut aggrediatur ea in unum cogere, quæ cogi nullo modo possunt? Quis enim vere præstigiator est, cum et sceleratis sit et nefariis moribus, et eas res aggrediatur, quæ desperatis nefariisque hominibus conveniant, omnia agere solet turpis ac sordidi lucri gratia. Numquid igitur Salvator quoque, ac Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, talibus rebus obnoxius sit? At enim unde tenebitur reus, aut quomodo, qui suis discipulis, ut ex ipsorum testimonio apparet, præcepit ne possiderent aurum, aut argentum in zonis suis, neque peram in via, neque calceamenta? Deinde cur dicto illius audientes fuissent, et ea quæ acceperant in commentarios referenda litterisque commendanda putassent, si pecunie studiosum suum Præceptorem vidissent, et illa contraria quæ alios docebat tractantem? Non diu profecto se continuissent, quin illum habuissent derisui, verbaque ejus aspernati essent, atque a disciplina recessissent: et merito quidem, si vidissent illum sibi quidem ipsis severissimas leges imponentem, ipsum autem legum auctorem nullo modo verba suarum legum sequentem. Deinde qui vere præstigiator est ac seductor, desperatis nefariisque hominibus seipsum permittit, **126** ut possit liberius scelestas atque infandas voluptates persequi, et præstigiis atque incantationibus subigere mulierculas et sub suam malitiam trahere. At vero de Salvatoris ac Domini nostri temperantia ne dici quidem satis abunde unquam posset. Rursus enim discipuli illum testificantur præcepisse, ut ne intuerentur quidem mulierem cum libidine, his verbis: « Dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, quod quicunque intuebitur mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo[77]. » Cum vero olim ex causa necessaria, ut multis utique prodesset, cum Samaritana muliere loquentem illum vidissent, admirati sunt quod cum muliere loqueretur, inopinatum quiddam hoc atque insolitum se intueri arbitrantes, tanquam ii qui nunquam antehac idem vidissent. Commendabat enim Salvatoris nostri sermo nihil aliud, nisi in moribus gravitatem atque austeritatem. Cæterum temperantiæ ejusdem, illa quoque doctrina magno argumento esse

[77] Matth. v, 27, 28.

Ϛ'. *Πρὸς τοὺς ολομένους γόητα γεγονέναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.*

τῶν μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ διδασκαλίας τρόπος; Ἆρα γὰρ εἰς μέσην παρελθόντες πόλιν, ἔπειτ' ἐν ἀγορᾷ στάντες, καὶ βοῇ μείζονι χρησάμενοι συνεκάλουν τοὺς παριόντας, κἄπειτα ἐδημηγόρουν; Καὶ τίς ἦν ἄρα αὐτοῖς τῆς δημηγορίας ὁ λόγος, ᾧ πεπείσθαι εἰκὸς ἦν τοὺς ἀκροωμένους; Πῶς δὲ καὶ ἐδημηγόρουν ἄνδρες λόγων ἄπειροι, καὶ πάσης ἀμέτοχοι παιδείας; Ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ πλῆθος, κατὰ μέρος δὲ τοῖς προστυχοῦσι διελέγοντο. Τίσιν οὖν καὶ ὁποίοις ἐχρῶντο λόγοις ἐπὶ πειθὼ τῶν ἀκουόντων; ἐπεὶ μηδὲ μικρὸς ἦν αὐτοῖς ὁ ἀγὼν, μὴ ἀρνουμένοις τὸν ἐπονείδιστον θάνατον τοῦ καταγγελλομένου. Εἰ μὲν γὰρ τοῦτον ἐπικρυψάμενοι, καὶ μὴ ὁμολογοῦντες εἰς πάντας οἷα καὶ ὁπόσα πέπονθεν ὑπὸ Ἰουδαίων, τὰ σεμνὰ μόνα καὶ ἔνδοξα προσεκόμιζον· λέγω δὲ τὰς θαυματουργίας, καὶ τὰς παραδοξοποιίας αὐτοῦ, τάς τε φιλοσόφους διδασκαλίας αὐτοῦ· οὐδ' οὕτως ἦν αὐτοῖς εὐχερὴς ὁ λόγος πρὸς τὸ ποιῆσαι ῥᾳδίως συγκαταθέσθαι τοὺς ἀκούοντας ξενοφωνουμένους, καὶ ἄρτι πρῶτον ἐπακούοντας καινῶν ῥημάτων ὑπ' ἀνδρῶν οὐδὲν ἐπαγομένων ἀξιόπιστον τὴν τῶν λεγομένων μαρτυρίαν. Πλὴν ἀλλ' ἔδοξεν ἂν πιθανώτερον λέγεσθαι τὰ εἰρημένα. Νῦν δὲ τοτὲ μὲν τὸν πρεσβευόμενον Θεὸν ἐν ἀνθρώπου γεγονέναι σώματι, καὶ οὐδὲν ἄλλο τὴν φύσιν εἶναι ἢ Θεοῦ Λόγον, διὸ καὶ τοιαύτας τεραστίας δυνάμεις πεποιηκέναι οἷα Θεόν· τοτὲ δὲ τούτοις ἐναντίως ὕβρεις αὐτὸν καὶ ἀτιμίας ὑπομεῖναι, καὶ τέλος τὴν αἰσχίστην καὶ τοῖς πάντων ἀνθρώπων κακουργοτάτοις ἐπηρτημένην διὰ σταυροῦ τιμωρίαν, τίς οὐκ ἂν ὡς ἐναντία λεγόντων κατέπτυσεν εἰκότως; Τίς δ' οὕτως ἠλίθιος ὑπῆρχεν, ὡς εὐχερῶς πιστεῦσαι λέγουσιν ἑωρακέναι μετὰ τὸν θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναβεβιωκότα, τὸν μηδὲ ὅτε ἐν ζῶσιν ἦν ἐπαμῦναι ἑαυτῷ δεδυνημένον; Τίς δὲ τοῖς ἰδιώταις καὶ εὐτελέσιν ἐκείνοις ἐπείσθη ποτ' ἂν λέγουσι, χρῆναι τῶν μὲν πατρώων θεῶν καταφρονῆσαι, καὶ μωρίαν μὲν τῶν ἐξ αἰῶνος καταγνῶναι πάντων, μόνοις δὲ αὐτοῖς πείθεσθαι καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ σταυρωθέντος παρηγγελμένοις; τοῦτον γὰρ εἶναι τοῦ μόνου καὶ ἐπὶ πάντων Θεοῦ μόνον ἀγαπητὸν καὶ μονογενῆ Παῖδα. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐξετάζων παρ' ἐμαυτῷ φιλαλήθως τὸν λόγον, οὐδεμίαν πειστικὴν δύναμιν ἐν αὐτῷ, οὐδέ τι σεμνὸν, οὐδ' ἀξιόπιστον, ἀλλ' οὐδὲ πιθανὸν εἰς τὸ κἂν ἕνα τινὰ τῶν ἠλιθίων πεῖσαι δύνασθαι εὑρίσκω. Ἀλλὰ πάλιν ἀφορῶν εἰς τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ὡς μυρία πλήθη πέπεικε, καὶ ὡς συνέστησαν μυριάνδροι Ἐκκλησίαι πρὸς αὐτῶν ἐκείνων τῶν εὐτελεστάτων καὶ ἀγροίκων τοῦ Ἰησοῦ μαθητῶν, οὐκ ἐν ἀδήλοις που καὶ ἀφανέσι τόποις, ἀλλ' ἐν ταῖς μάλιστα διαπρεπεστάταις πόλεσιν ἱδρυθεῖσαι, ἐπ' αὐτῆς λέγω τῆς Ῥωμαίων βασιλευούσης, ἐπί τε τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ Ἀντιοχέων, καθ' ὅλης τε τῆς Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Εὐρώπης τε καὶ Ἀσίας, ἔν τε κώμαις τε καὶ χώραις καὶ παντοίοις ἔθνεσι, πάλιν ἐξ ἀνάγκης ἀνατρέχειν ἐκβιάζομαι ἐπὶ τὴν τοῦ αἰτίου ζήτησιν, καὶ συνομολογεῖν μὴ ἄλλως αὐτοὺς κεκρατηκέναι τοῦ τολμήματος ἢ θειοτέρᾳ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει καὶ συνεργίᾳ τοῦ φήσαντος αὐτοῖς· « Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Τοῦτο δ' οὖν εἰπὼν ἐπισυνῆψεν ἐπαγγελίαν,

A fieri potest ut hoc dicenti illi crederent, nisi ex aliis ejusdem divinis gestis, veracem illum in verbis experti essent? quod enim verbis Hlius crederent, ratiocinanti tibi confiteri necesse est. Imperanti enim illi nullus non paruit; **137** sed protinus auscultantes illius nutui quemadmodum ipsis præceptum fuerat, ac de patriis sedibus ad omnes gentes profecti, omne hominum genus docuerunt, breviqne tempore intueri licuit respondentia verbis facta. Prædicatum itaque est in exiguo temporis spatio in toto orbe Evangelium, in testimonium cunctis gentibus; et barbari et Græci quæ de Jesu scripta erant, patriis litteris patriaque voce exceperunt. Cæterum, quis non merito ambigat quænam fuerit Jesu discipulorum
B docendi ratio, quis modus? Nunquid in mediam progressi civitatem, deinde stantes in foro, vocemque attollentes, convocabant eos qui accedebant? et quæ tandem illis concionandi ratio, cui quidem verisimile sit auscultasse audientes? quomodo autem concionabantur viri sermonis imperiti, et omnes expertes eruditionis? atqui non multitudinem, sed singulos adeuntes alloquebantur. Qua igitur et cujusmodi oratione utebantur, ut audientibus persuaderent? non enim parvum illis propositum erat certamen, non dissimulantibus probrosam ejus mortem quem ut Deum commendabant. Nam si hanc dissimulassent, neque qualia quantaque passus sit a Judæis apud omnes confessi essent, sed
C quæ reverentiam homini gloriamque adderent, ea sola protulissent: dico autem prodigia et miracula ab illo edita, necnon philosophica ejusdem documenta: ne sic quidem illis exitum celerem invenisset oratio, ut facile consensum audientium elicerent; qui quidem audientes aliena lingua utebantur, ac tunc primum ab hominibus nihil fide dignum afferentibus, inaudita sibi prius verba percipiebant, ad ea quæ illi dicerent comprobanda. Verumtamen si talia dixissent, aliquanto probabilius dicere visi essent. Nunc autem cum dicerent illum quem ut Deum commendabant, modo in corpore humano versatum, nihilque aliud natura quam Dei Verbum esse, quocirca etiam talia miracula tanquam Deum edere potuisse, modo his contraria,
D injurias illum contumeliasque tulisse, et denique probrosissimum, et omnium hominum sceleratissimis injungi solitum crucis supplicium: quis non merito illos ut contraria sibi ipsis dicentes delusisset? Quis autem usque adeo fatuus fuisset, ut facile crederet dicentibus atque affirmantibus, vidisse se post mortem illum a mortuis rediisse ac revixisse, qui ne tunc quidem cum apud vivos esset seipsum tutari potuisset? **138** Quis vero imperitis illis, atque ignobilibus unquam paruisset dicentibus, oportere deos quidem patrios contemnere, et stultitiam omnium, qui unquam ab initio humani generis fuissent, damnare: solis vero sibi parere, et iis quæ crucifixus præcepisset? hunc enim esse solius supremi Dei solum dilectum atque

Digitized by Google

unicum Filium. Sane dum ego mecum studio veritatis hujusce rei rationem exploro, nullam plane in ea vim ad probandum idoneam, neque grave quidquam aut fide dignum invenio, ac ne probabile quidem usque adeo, ut fatuum saltem quempiam illi in suam sententiam trahere possent. At rursus, dum ad ipsius verbi potentiam respicio, ut innumerabilibus hominum conventibus persuaserit, atque ut ab ipsis illis ignobilissimis et agrestibus Jesu discipulis, numerosissimæ Ecclesiæ constitutæ sint, non in quibusdam ignotis atque obscuris locis, sed in clarissimis civitatibus erectæ, in ipsa, inquam, aliarum urbium regina, Romana urbe, in Alexandrina, in Antiochensi, per totam Ægyptum ac Lyciam, per Europam atque Asiam, in vicis et regionibus, omnique modo variis gentibus : retro cogor necessitate quadam, ad ipsius rei causam inquirendam recurrere, faterique non aliter ipsos facinus tam audax obtinuisse, quam diviniori quadam longeque humanam superante potentia, opeque atque auxilio illius, qui dixerat : « Docete omnes gentes in nomine meo. » Siquidem cum hoc dixisset, adjunxit promissum, quo essent accepturi confidentiam, et prompte tradituri seipsos iis quæ denuntiata ipsis fuerant; dixit igitur ad illos : « Et ecce ego vobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem sæculi [87]. » Quin etiam afflasse illos divino Spiritu dicitur, necnon divinam quamdam, et qua res admirabiles efficerent, potentiam illis ingenerasse, nunc quidem illud dicens : « Accipite Spiritum sanctum [88], » nunc vero illud : « Infirmos curate, leprosos mundate, dæmonas ejicite, gratis accepistis, gratis date [89]. »

A δι' ἧς ἔμελλον ἐπιθαρρεῖν καὶ προθύμως ἐπιδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς παρηγγελμένοις. Φησὶ γοῦν αὐτοῖς· « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Ἀλλὰ καὶ Πνεύματος αὐτοῖς ἐμπνεῦσαι λέγεται θείου, ἀλλὰ καὶ δύναμιν αὐτοῖς ἔνθεον καὶ παραδοξοποιὸν πεποιηκέναι, τοτὲ μὲν φήσας· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· » τοτὲ δὲ εἰπών· « Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε, δαίμονας ἐκβάλλετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. »

Vides igitur jam tu quoque, quonam modo superaverit illorum ratio : quando etiam liber, qui Acta illorum continet, conveniens his et consentaneum profert testimonium : ubi ipsi quoque memorantur ipsa rerum admirabilium efficientia, quam beneficio nominis Jesu obtinebant, eos qui intererant atque spectabant attonitos reddidisse. **139** Primum enim verisimile est, eos qui cernebant, rebus ipsis et factis in stuporem ab illis esse conversos, ita deinde eosdem alacres comparatos ad interrogandum, quisnam ille esset, cujus virtute et nomine miraculum effectum esset. Deinde docendo iidem ab iisdem deprehendebantur fide, ipsorum doctrinam antevenisse. Non enim verbis persuasi, sed rebus et factis præventi, ad id quod verbis ipsis obtinendum erat, faciles comparabantur. Jam idcirco dicuntur nonnullis ipsis Jesu discipulis tanquam iis qui dii essent victimas et libationes obtulisse, et alium quidem ex illis Mercurium, alium vero Jovem existimasse, usque adeo illorum mentes stupore affecerat ipsa miraculorum evidentia; ac protinus ita affectis auditoribus, quæcunque illi de Jesu nuntiabant merito vera esse posthac censebantur; illiusque post mortem reditum in vitam, non simplicibus atque indemonstrabilibus verbis testificabantur, sed ipsa factorum evidentia comprobabant; quippe cum viventis illius facta demonstrarent. Quod si et Deum illum, et Dei Filium ante ascensum in cœlum degentem apud Patrem nuntiassent, cur non huic orationi facilius assensi essent, qui ejus rei contrarium, tum incredibile, tum præter naturam merito arbitrarentur, ipsaque ratione colligerent, non posse putari mortalis naturæ illa opera esse quæ fiebant, sed Dei alicujus, etiam si nemo diceret? Hoc igitur erat, neque quid-

B Συνορᾷς τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς ὅπως κεχράτηκεν ὁ δι' αὐτῶν λόγος· ἐπεὶ καὶ αὐτῶν ἡ βίβλος τῶν Πράξεων συνῳδὰ τούτοις καὶ σύμφωνα μαρτυρεῖ· ἔνθα ἱστοροῦνται καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν παραδόξων ἐνεργείᾳ δι' ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένῃ τοὺς παρόντας καὶ τοὺς θεωμένους ἐκπλῆξαι. Ἐξέπληττον γὰρ, ὡς εἰκὸς, διὰ τῶν ἔργων τοὺς θεωμένους πρότερον· εἶθ' οὕτως προθύμους εἶχον αὐτοὺς ἐπὶ τὸ φιλοπευστεῖν, τίς ποτ' ἦν οὗτος οὗ τῇ δυνάμει καὶ προσηγορίᾳ τὸ θαῦμα γέγονεν. Εἶτα διδάσκοντες ηὕρισκον τῇ πίστει φθάνοντας τὴν παρ' αὐτῶν διδασκαλίαν. Οὐ γὰρ τοῖς λόγοις πεισθέντες, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις προσκαταληφθέντες, ῥᾴδιον ἐποιοῦντο τὴν ἐν τοῖς λόγοις διάθεσιν. Λέγονται γοῦν ἤδη τινὲς βουθυσίας καὶ σπονδὰς ὡς ἂν ἤδη θεοῖς οὖσι C τοῖς τοῦ Ἰησοῦ προσαγηοχέναι· καὶ τινὰ μὲν αὐτῶν τὸν Ἑρμῆν εἶναι, τινὰ δὲ τὸν Δία νενομικέναι· τοσοῦτον αὐτῶν τὰς διανοίας ἐξέπληττεν ἡ τῶν παραδόξων ἔργων ἐπίδειξις. Καὶ δὴ οὕτω διακειμένους πάνθ' ὅσα περὶ τοῦ Ἰησοῦ κατήγγελλον, ἤδη λοιπὸν ἀληθεύειν εὐλόγως ἐνομίζοντο· καὶ τῇ κατὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσει αὐτοῦ οὐχ ἁπλοῖς οὐδ' ἀναποδείκτοις ἐμαρτύρουν λόγοις, δι' αὐτῆς δ' ἐνεργείας ἔπειθον, ζῶντος ἔργα παριστῶντες. Εἰ δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν καὶ Θεοῦ Παῖδα πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐφίξεως παρὰ τῷ Πατρὶ τυγχάνοντα κατήγγελλον, καὶ τούτῳ πῶς οὐκ ἂν προσέθεντο μᾶλλον, τὸ ἐναντίον ἄπιστον εἶναι καὶ ἀδύνατον ἡγούμενοι εἰκότως, λογισάμενοι μὴ δύνασθαι θνητῆς ἔργα φύσεως εἶναι νομίζειν τὰ δρώμενα, ἀλλὰ Θεοῦ, κἂν μὴ λέγῃ τις; Τοῦτ' ἦν ἄρα καὶ οὐδὲν ἄλλο τὸ ζητηθὲν αὐτὸ ἐκεῖνο, ὁποίᾳ δυνάμει περι- D γεγόνασι τῶν ἐν ἀρχαῖς ἀκροωμένων οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ, καὶ ὅπως Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους ὡς περὶ Λόγου Θεοῦ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ἔπεισαν, ὅπως τε ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι καὶ ἀνὰ τὰς χώρας εὐτε-

[87] Ibid. 20. [88] Joan. xx, 22. [89] Matth. x, 8.

Digitized by Google

θείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ συνεστήσαντο διδασκαλεῖα.

Καίτοι τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε, πρὸς ἑαυτῷ ἐπιλογισάμενος καὶ ἐνθυμηθείς, ὡς οὐκ ἀνθρώπινον ἦν τὸ μηδ' ἄλλοτε ὑπὸ μίαν τὴν Ῥωμαίων γενέσθαι τὰ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης ἔθνη, ἀλλ' ἀπὸ τῶν τοῦ Ἰησοῦ χρόνων; Ἅμα γὰρ τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παραδόξῳ ἐπιδημίᾳ καὶ τὰ Ῥωμαίων ἀκμάσαι συνηνέχθη, τότε πρῶτον Αὐγούστου τῶν πλείστων ἐθνῶν μοναρχήσαντος, καθ' ὃν, Κλεοπάτρας ἁλούσης, ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν Πτολεμαίων διαδοχὴ λέλυτο· ἐξ ἐκείνου τε καὶ εἰς δεῦρο τὸ ἀπ' αἰῶνος, καὶ ἀπ' αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, τῆς πρώτης ἀνθρωπείας συστὰν Αἰγύπτου βασίλειον καθήρητο· ἐξ ἐκείνου τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος Ῥωμαίων δοῦλον γέγονε, καὶ τὸ Σύρων ὡσαύτως, Καππαδόκων τε καὶ Μακεδόνων, καὶ Βιθυνῶν, καὶ Ἑλλήνων, καὶ συνελόντι φάναι τῶν λοιπῶν τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἁπάντων. Τοῦτο δὲ ὅτι μὴ ἀθεεὶ τῇ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ συνεισῆλθεν, τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε, διανοηθείς, ὡς οὐ ῥᾴδιον ἦν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πορείαν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς στείλασθαι, διεστώτων πρὸς ἄλληλα τῶν ἐθνῶν, καὶ μηδεμιᾶς οὔσης ἐν αὐτοῖς ἐπιμιξίας διὰ τὰς πολλὰς ἐθναρχίας· ὧν περιῃρημένων, ἀφόβως ἦδη καὶ ἐπ' ἀδείας τὸ προκείμενον ἦνυον, τὴν πορείαν αὐτοῖς προεξευμαρίσαντος τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, καὶ τοὺς θυμοὺς τῶν κατὰ πόλεις δεισιδαιμόνων φόβῳ τῆς μείζονος ἀρχῆς καταστείλαντος; Λόγισαι γάρ, ὡς, εἰ μηδὲν τὸ κωλῦον ἦν τοὺς περὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐπτοημένους τῇ τοῦ Χριστοῦ πολεμεῖν διδασκαλίᾳ, πάλαι ἂν ἐώρας κατὰ πόλεις καὶ κατὰ ἀγροὺς ἐμφυλίους στάσεις, διωγμούς τε καὶ πολέμους οὐ τοὺς τυγχάνοντας, εἰ δὴ ἐφ' ἑαυτοὺς εἶχον οἱ δεισιδαίμονες τὴν ἐπ' αὐτῶν ἐξουσίαν. Νῦν δὲ καὶ τοῦτο θεοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων ἔργον ἦν, τὸ μείζονι φόβῳ τῆς ἀνωτάτω ἀρχῆς, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ οἰκείου λόγου καταδουλῶσαι. Προκόπτειν γὰρ αὐτὸν ὁσημέραι, καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους αὔξειν βούλεται. Πάλιν τε αὖ ὡς μὴ νομισθείη κατὰ συγχώρησιν τῶν κρατούντων διαρκέσειν, εἴποτέ τις τούτων πονηρίᾳ ληφθεὶς τῷ τοῦ Χριστοῦ λόγῳ πολεμεῖν προῦθετο, καὶ τοῦτο πράττειν ἐνεδίδου τὸ καταθύμιον· ὁμοῦ μὲν εἰς ἔνδειξιν τῶν τῆς εὐσεβείας ἀθλητῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ εἰς τὸ τοῖς πᾶσι φανερὸν καταστῆναι, ὅτι μὴ ἐξ ἀνθρώπων ἦν βουλῆς, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἡ τοῦ λόγου σύστασις. Αὐτίκα τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τὰ συμβαίνειν κατὰ τοὺς τοιούσδε καιροὺς εἰωθότα; Οἱ μὲν γὰρ τῆς εὐσεβείας ἀθληταὶ τὸ πρὶν ἀνθρωπίνοις γε τοῖς πᾶσι διάδηλοι καὶ διαπρεπεῖς ἐγίνοντο, τῶν παρὰ τῷ Θεῷ κατηξιωμένοι βασιλείων· οἱ δὲ τῆς εὐσεβείας πολέμιοι τὰς προσηκούσας ἐξέτινον δίκας, θεηλάτοις μάστιξιν οἰστρούμενοι, καὶ πᾶν τὸ σῶμα δεινοῖς καὶ ἀνιαροῖς πάθεσι διαφθειρόμενοι· ὥστε ἦδη καὶ εἰς ὁμολογίαν τῆς κατὰ Χριστοῦ δυσσεβείας ἥκειν περιελαθῆναι. Οἱ δέ γε λοιποὶ πάντες τῆς ἐνθέου προσηγορίας ἠξιωμένοι, κατὰ Χριστοῦ

A quam aliud, ipsum utique illud quod quærebatur, quanam vi discipuli Jesu, eorum qui ab initio audiebant victores fuerint, et quomodo tam Græcos quam barbaros, ut de illo tanquam de Deo sentirent adduxerint, et quomodo in mediis urbibus ac per omnes regiones, religionis qua unus supremus Deus colitur, scholas atque auditoria constituerint.

Cæterum, quis non obstupescat, secum cogitans atque animo versans, non humanum hoc fuisse opus, vel ex eo quod nunquam alias sub uno Romanorum imperio plurimæ orbis gentes esse potuerunt, nisi secundum Jesu tempora? Nam simul ac ille admirabiliter ad homines venit, atque inter homines versatus est, etiam res Romanas ad summum pervenisse contigit, quo primum tempore videlicet Augustus, plurimarum gentium dominus evasit. Id vero fuit cum et Cleopatra capta est, et Ptolemæo-
B rum successio in Ægypto dissoluta, atque ex illo in hunc usque diem, quod ab initio orbis, **140** et ab ipsa, ut ita dicam, hominum origine, steterat Ægypti regnum, eversum est. Ex illo Judæorum quoque natio a Romanis in servitutem redacta, Syrorum item, et Cappadocum, et Macedonum, et Bithynorum, et Græcorum, ac denique reliquorum omnium qui Romano imperio cesserunt. Hoc autem non sine Deo, una cum doctrina quæ de Salvatore nostro ferretur, introiisse in orbem, quis non fateatur, reputans non facilem Jesu discipulis externarum regionum peragrationem futuram fuisse, si gentes inter se divisæ discordesque fuissent, neque ullum prorsus, ob multiplices principatus, inter illas com-
C mercium; quibus sane sublatis principatibus, intrepide jam atque impune negotium propositum compleverunt, cum supremus Deus et iter illis expeditum ac facile compararet, et superstitiosorum in civitatibus animos terrore majoris imperii cohiberet? Reputa enim tecum parumper : si nulla res impedimento fuisset iis qui errore colendi multos deos tenebantur, ne doctrinam Christi oppugnarent, quam multas antehac civiles seditiones, et in urbibus et in agris vidisses : quot vexationes, quot bella non mediocria illa quidem, si superstitiosi illi suæ ipsorum potestatis fuissent, ac penes se jus imperii habuissent. Nunc autem hoc quoque supremi Dei fuit opus, majori quodam terrore supremæ alicujus potentiæ, proprii verbi inimicos habere
D jam domitos : id enim proficere in dies, et apud cunctos homines crescere volebat : rursus autem ne putaretur ex concessione ac venia dominantium perseverare, si quando horum ipsorum quispiam malignitate quadam correptus, adversus Christi verbum pugnare deliberatum in animo habebat, etiam hoc suo ipsius arbitratu illum facere permittebat, simul ut eorum virtutem ostenderet qui pro pietate pugnabant, simul etiam ut cunctis hominibus planum faceret, quod non humano consilio, sed Dei virtute niteretur ipsa verbi propugnatio. Etenim quis non continuo obstupescat ea, quæ illis temporibus accidere passim cernebantur? Nam ipsi pietatis defensores, primum apud cunctos homines clari illustresque fiebant, et certami-

Digitized by Google

num præmia apud Deum consequebantur; pietatis vero hostes, divinitus cæsi atque agitati, ac toto corpore gravibus molestisque doloribus impliciti atque consumpti, debita supplicia pendebant, **141** adeo quidem ut profanam contra Christum voluntatem confiteri, jam tum cogerentur: at cæteri omnes qui appellatione sacrosancta digni inventi fuerant, et se partibus Christi esse gloriabantur, cum ad breve tempus exercitati essent molestiis, atque ingenuitatem sinceritatemque animi præ se tulissent, propriam rursus recipiebant libertatem, ac salutare interea verbum majore in dies claritate nitebat, atque in ipsis mediis hostibus dominabatur, ac non modo in iis qui sub visum nostrum cadentes adversabantur, sed in iis quoque qui visum mortalem effugiunt, si qui forte erant in hoc qui terram complexus est nebulo aere dæmones, qui alteris illis imperarent. Namque etiam hos ipsos veri Christi discipuli, et vitæ puritate, et ad Deum directis precibus, et sacrosancta illius appellatione fugabant, in hoc quoque admirabilium signorum quæ ab illo edita esse memorantur, ac divinæ quæ in illo erat virtutis argumenta certissima præ se ferentes. Cæterum, cum in his pro tempore ipsi non ipsos antehac exercuerimus, ordo ipse jam postulat, ut occultiorem de illo theologiam attingamus, Deumque ipsum Verbum, quodnam fuerit, quod per illum hominem, qui videbatur, prodigia et miracula efficiebat, contemplemur.

A φρονεῖν αὐχοῦντες, ἐπ' ὀλίγον γεγυμνασμένοι τοῖς πειρατηρίοις, τὸ δὲ γνήσιον καὶ εἰλικρινὲς τοῦ φρονήματος ἐπιδειξάμενοι, τὴν οἰκείαν αὖθις ἀπελάμβανον ἐλευθερίαν, εἰς μεῖζον ὁσημέραι δι' αὐτῶν ἐκλάμποντος τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς γε μέσοις τοῖς ἐχθροῖς κατακρατοῦντος· μὴ μόνον τε τῶν ὁρατῶν πολεμίων κατεξανισταμένους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων· εἴ τινες ἄρα εἶεν ἀμφὶ τὸν περὶ γῆν ἀέρα ζοφώδη πονηροὶ δαίμονες καὶ ἄρχοντες τούτων, οὓς καὶ αὐτοὺς οἱ γνήσιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ δι' ἁγνείας βίου, καὶ τῶν πρὸς τὸν Θεὸν εὐχῶν, διά τε τῆς αὐτοῦ ἐνθέου προσηγορίας ἐξελαύνοντες, σημείων τῶν πάλαι ἱστορουμένων ὑπ' αὐτοῦ γεγονέναι παραδόξων, καὶ ἐν τούτῳ τοῖς συνορᾷν δυναμένοις τὰ τεκμήρια τῆς ἐνθέου ἀρετῆς αὐτοῦ διαδεικνύντες. Ἀλλὰ γὰρ τῶν δὲ κατὰ καιρὸν προγεγυμνασμένων, καιρὸς ἤδη καλεῖ τῆς μυστικωτέρας περὶ αὐτοῦ θεολογίας ἐφάψασθαι, καὶ τὸν Θεὸν Λόγον, ὅστις ποτ' ἦν ὁ διὰ τοῦ φαινομένου ἀνδρὸς τὰς θαυματουργίας ἐκτελῶν, ἐποπτεῦσαι.

B

C

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER QUARTUS.

142 *HÆC INSUNT IN QUARTO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

1. *De occultiore secundum Salvatorem ac Dominum nostrum, qui Christus est Dei, dispensatione.*
2. *Quemadmodum illum ante omnem creaturam Filium Dei fuisse dicimus.*
3. *Quod non plures supremi Dei Filii, sed unus solus de Deo Deus, jure a nobis prædicari soleat.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

α'. *Περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ μυστικῆς οἰκονομίας.*

β'. *Ὅπως αὐτὸν πρὸ πάσης κτίσεως Υἱὸν Θεοῦ γεγονέναι φαμέν.*

γ'. *Ὅτι μὴ πλείους υἱοὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, μόνος δὲ εἷς ἐκ Θεοῦ Θεὸς εὐλόγως ἡμῖν ἀνηγόρευται.*

Digitized by Google

δ'. Ὡς ἀναγκαία τῇ τῶν ὅλων συστάσει ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προϋπαρξις ἀποδίδοται.

ε'. Ὡς μυρίας μὲν ὁμολογοῦμεν εἶναι γενητὰς θείας δυνάμεις, μόνην δὲ τὴν τοῦ Υἱοῦ, δι' ἣν ἐπάγεται, εἰκόνα τοῦ Θεοῦ Πατρὸς θεολογοῦμεν.

ς'. Ὡς ἀπὸ πρώτης συστάσεως τῶν ὅλων ἀφανῶς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ τῶν θεοφιλῶν ψυχῶν ἐπιστατεῖ.

ζ'. Ὡς μόνοις Ἑβραίοις τὸ παλαιὸν ἡ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσις ἀποκεκάλυπτο διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ γινωσκομένη.

η'. Ὡς μόνους τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ἔσεβον ἀγγέλοις τισὶν ἐγκεχωρισμένα.

θ'. Ὡς περὶ τῆς ἐχθρᾶς καὶ ἀντικειμένης τῷ Θεῷ δυνάμεως καὶ τοῦ ταύτης ἐξάρχοντος, καὶ ὡς διὰ ταύτης τὸ πάντων ἀνθρώπων ὑπηγάγοντο γένος.

ι'. Ὡς ἀναγκαίως ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς ἀνθρώπους ἐποιήσατο πάροδον.

ια'. Ὅπως τὸν ἐν ἀνθρώποις διεξῆλθε βίον.

ιθ'. Ὡς καὶ μέχρι τῶν πάλαι κατοιχομένων ἐκάλουν αὐτὸν οἱ τῆς φιλανθρωπίας νόμοι.

ιγ'. Ὡς ἀπαθὴς καὶ ἀβλαβὴς καὶ ἀσώματος διέμεινε, καὶ καθ' ὃν ἐνηνθρώπει καιρόν.

ιδ'. Ὡς, τὸν ἄνθρωπον ἀνανεωσάμενος, πᾶσιν ἡμῖν τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν παρέσχετο ἐλπίδα.

ιε'. Τί βούλεται δηλοῦν ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, καὶ ὡς Θεὸς καὶ Κύριος καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διὰ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν ὁ Χριστὸς ἀνηγορεύετο.

ις'. Διʼ ὅσων προφητικῶν γραφῶν ὁ Χριστὸς ὀνομαστὶ προεκηρύττετο.

Ἀπὸ τοῦ β' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ ιθ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ κζ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ πγ' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ πη' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ ρλα' ψαλμοῦ.
Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.
Ἀπὸ τοῦ Ἀμβακούμ.
Ἀπὸ τῶν Ἱερεμίου Θρήνων.
Ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν Βασιλειῶν.
Ἀπὸ τῆς αὐτῆς.
Ἀπὸ τοῦ μδ' ψαλμοῦ.

ιζ'. Ὅτι καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα παρὰ τοῖς πρόπαλαι τοῦ Θεοῦ γνωρίμοις τετίμητο.

Ἀπὸ τῆς Ἐξόδου.
Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.

A 4. *Quod ad constitutionem universi, necessaria unici Dei Filii antecessio assignetur.*

5. *Quod innumerabiles quidem fatemur esse creatas divinas potestates, unam vero duntaxat ipsius Filii, propter quam inducitur, imaginem Dei Patris esse, theologice demonstramus.*

6. *Quod a prima constitutione universi, occulta quadam ignotaque ratione, Christus Dei religiosis Deoque gratis animis præsidet.*

7. *Quod solis Hebræis antiquitus cognitio Dei universi prodita sit, quæ Christo seipsum exhibente percipieretur.*

8. *Quod sola cœli sidera et lumina reliquæ* **143** *gentes colerent, quæ seorsum quibusdam angelis assignatæ sint.*

9. *De inimica ac ipsi Deo adversante potestate, et eo qui in hac dominatur, et quemadmodum per hanc omne hominum seductum genus.*

B

10. *Quemadmodum necessario Dei unicus Filius ad homines devenit.*

11. *Quemadmodum inter homines vitam egerit.*

12. *Quod usque ad eos qui antiquitus mortui erant, leges humanitatis illum vocabant.*

13. *Quod in ea natura quæ nec pati nec lædi potest, quæque incorporea est permanserit, etiam quo tempore factus est homo.*

14. *Quemadmodum, renovato homine, omnibus nobis æternorum bonorum spem præbuerit.*

15. *Quid sibi velit, quidve significet ipse Christi adventus, et quod Deus, et Dominus, et Pontifex Dei universi, per prophetas Hebræorum Christus est appellatus.*

16. *Quod prophetica scripta nominatim Christum* C *ante nuntiaverint.*

A II *psalmo.*
A XIX *psalmo.*
A XXVII *psalmo.*
A LXXXIII *psalmo.*
A LXXXVIII *psalmo.*
A CXXXI *psalmo.*
Ab Amos.
Ab Ambacum.
A Jeremiæ Lamentationibus.
A primo Regum.
Ab eodem.
A XLIV *psalmo.*

17. *Quod etiam Jesu nomen apud antiquos Dei familiares venerabile fuerit.*

Ab Exodo.
A Zacharia.

A'.

144 I.

Περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ μυστικῆς οἰκονομίας.

De occultiore secundum Salvatorem ac Dominum nostrum qui Christus est Dei, dispensatione.

Ἐπειδὴ τὰ προσήκοντα περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι, τρίτῳ ὄντι τῆς Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως, αὐτάρκως ἡμῖν διαπεπόνηται, καιρὸς ἤδη καὶ ἀποῤῥητοτέρων ἐφάψασθαι λόγων, τῶν περὶ τῆς κατ' αὐτὸν μυστικωτέρας θεολογίας. Ὁ μὲν οὖν περὶ τοῦ πρώτου καὶ ἀϊδίου, μόνου τε ἀγεννήτου καὶ ἐπὶ πάντων αἰτίου τῶν ὅλων, πανηγεμόνος τε καὶ παμβασιλέως Θεοῦ κοινὸς ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ λόγος· ἴδιος δὲ καὶ κοινὸς αὖθις Ἑβραίων καὶ ἡμῶν ὁ περὶ Χριστοῦ· ὃν πῇ μὲν ὁμοίως ἡμῖν ταῖς παρ' αὐτοῖς ἑπόμενοι Γραφαῖς ἔτι νῦν ὁμολογοῦσι, πῇ δὲ μακρὰν ἀποπίπτουσι, μήτε

Cum libro priore, qui *Evangelicæ Demonstrationis* tertius est, de assumpta a Salvatore nostro humana natura, satis abunde a nobis sit disputatum, tempus jam est, de ea quæ ad eumdem pertinet, abditiore theologia minus vulgarem quamdam attingere doctrinam. De primo igitur ac sempiterno, soloque non genito, ac supremo auctore universi, omniaque et gubernante et regente Deo, communis est cunctis hominibus ratio : peculiaris vero ac rursus communis et Hebræorum et nostra de Christo, quem illi nunc quidem, ut nos, sua ipsorum scripta sequentes adhuc confitentur : nunc

Digitized by Google

autem ab eodem procul labuntur, quippe qui et divinam illius naturam ignorent, neque causas adventus perspiciant, neque item quibus temporibus venturum illum prophetæ prædixerint, comprehendant. Nam illi quidem illum etiam nunc venturum exspectant: nos autem jam semel duntaxat venisse contendimus, necnon alterum ejusdem cum majestate adventum, et oraculis et præceptis prophetarum, qui divinitus afflati fuerunt, auscultantes intueri exoptamus. Cum autem de illo duplex sit ratio, altera quidem recentior fuerit, quippe quæ heri ac nuper ad homines introducta sit : altera vero omni tempore, omnibusque sæculis antiquior. Nam cum Deus vellet, utpote qui solus sit bonus, omnisque boni et principium et fons, divitiarum suarum thesauros pluribus impertiri, essetque jam jam omnem rationalem creaturam in lucem producturus, incorporeas videlicet quasdam atque intelligentes et divinas potestates, angelosque atque archangelos, materiæque expertes, et ab omni parte puros spiritus, animas præterea hominum, quæ solutam ac liberam voluntatis atque arbitrii, tam ad bonum quam ad boni contrarium, naturam acciperent : et quæcunque his ipsis convenientia corporum instrumenta, varias vivendi formas educerent, **145** sedesque his omnibus, locosque tribuere proprios (nam iis qui boni permanserint, meliores : contra autem, alioqui convenientes, in quibus videlicet proclivitatis ad contraria pœnas darent) ; cumque id quod futurum erat, tanquam Deus cognitione præciperet, sentiretque hæc universa antequam fierent, tanquam in magno corpore aliquod caput postulatura, unum omnis opificii dispensatorem, eumdemque et ducem et regem universi præficiendum putavit : cujusmodi oraculorum quoque divinorum, quæ ab antiquis apud Hebræos, et theologis et prophetis reddita sunt, institutio est : a quibus quidem discere potest qui vult, unum esse omnium rerum principium, ac potius principio superius et prius, primoque antiquius, et gignendis rebus ipsa unitate vetustius, omnique appellatione præstantius, quod neque dici, neque enuntiari, neque excogitari potest : bonum quod causa est omnium rerum, quod vim efficiendi, juvandi, providendi, servandi, in se habet : qui unus ipse ac solus est Deus, ex quo omnia, per quem omnia sunt : in illo enim vivimus et movemur et sumus. Itaque quodcunque vult, id etiam est continuo, ex qua sola causa, omnia quæ genita sunt, id acceperunt ut essent, utque exsisterent, ac durarent, sunt enim illo volente. Vult autem idcirco quod suapte natura bonus est. Bono vero nihil natura conjunctum adnexumque est, nisi ut ea quæ bona sunt velit. At enim cum hæc velit, idem etiam potest : quare cum velit simul idem et possit, nulla re neque prohibente, neque impediente, quidquid pulchrum et utile est, tam in iis quæ sub aspectum cadunt, quam in iis quæ non cadunt, ipse sibi ipsi confecit : quippe qui quasi materiam quamdam atque essentiam ge-

A τὴν θεότητα συνορῶντες αὐτοῦ, μήτε τὰ αἴτια τῆς παρουσίας εἰδότες, μήτε μὴν τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἤξειν ἀνείρηται εἰς ἀνθρώπους περιδρασσόμενοι. Οἱ μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἥξειν μέλλοντα προσδοκῶσιν, ἡμεῖς δ' ἤδη μὲν εἰσάπαξ ἀποδείκνυμεν ἐλθόντα· καὶ δευτέραν δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς ἐνθέου δόξης παρουσίαν ταῖς τῶν θεοφόρων προφητῶν προῤῥήσεσί τε καὶ διδασκαλίαις πειθόμενοι ἰδεῖν εὐχόμεθα. Διττοῦ δ' ὄντος τοῦ κατ' αὐτὸν λόγου, ὁ μὲν νεώτερος ἂν εἴη, χθὲς καὶ πρώην εἰς ἀνθρώπους εἰσηγμένος, ὁ δὲ παντὸς χρόνου καὶ πάντων αἰώνων πρεσβύτερος. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς, ἅτε μόνος ὢς ἀγαθὸς ἀγαθοῦ τε παντὸς ἀρχὴ καὶ πηγὴ, τῶν αὐτοῦ θησαυρῶν πλείους ἀποφῦναι κοινωνούς· ἄρτι τε μέλλων τὴν λογικὴν πᾶσαν προβάλλεσθαι κτίσιν, ἀσωμάτους τινὰς νοερὰς καὶ B θείας δυνάμεις, ἀγγέλους τε καὶ ἀρχαγγέλους, ἄῦλά τε καὶ πάντη καθαρὰ πνεύματα, προσέτι δὲ ψυχὰς ἀνθρώπων ἄφετον καὶ ἐλεύθερον τῆς αὐθεκουσίου περὶ τὸ καλὸν ἢ τοὐναντίον αἱρέσεως τὴν φύσιν ἐπαγομένας, ὅσα τε τούτοις ὄργανα σωμάτων ἐμελλεν ἔσεσθαι, ποικίλων ἀγωγῇ κατάλληλα βίων, χώρας τε τούτοις ἅπασι καὶ τόπους διανέμειν οἰκείους· (μείνασι μὲν γὰρ ἀγαθοῖς τοὺς κρείττονας, ἐμπαλιν δὲ τοὺς προσήκοντας, τῆς ἐπὶ τἀναντία ῥοπῆς τὰ σωφρονιστήρια·) προλαβὼν τὸ μέλλον, οἷα Θεὸς, τῇ προγνώσει, συνιδών τε, τούτων ἁπάντων περὶ γενέσεως ἐν μεγάλῳ σώματι κεφαλῆς δεησομένων, ἕνα τὸν τῆς δημιουργίας ἁπάσης οἰκονόμον ἡγεμόνα τε καὶ βασιλέα τῶν ὅλων προτάξασθαι ᾠετο δεῖν, ᾗ καὶ τὰ θεῖα μυσταγωγεῖ λόγια πρὸς τῶν ἄνωθεν παρ' Ἑβραίοις θεολόγων τε καὶ προφητῶν ἀνδρῶν C τεθεσπισμένα· παρ' ὧν δὴ μαθεῖν ἔνεστιν, ὡς ἄρα μία μὲν εἴη τῶν ὅλων ἀρχὴ, μᾶλλον δὲ τὸ καὶ ἀρχῆς ἀνώτερον, καὶ πρώτου προγενέστερον, καὶ μονάδος ἀρχεγονώτερον, καὶ πάσης κρεῖττον προσηγορίας, ἄῤῥητον, ἀνέκφραστον, ἀπερινόητον, ἀγαθὸν, τὸ πάντων αἴτιον, τὸ ποιητικὸν, τὸ εὐεργετικὸν, τὸ προνοητικὸν, τὸ σωτήριον, αὐτὸς ὢν ὁ εἷς καὶ μόνος Θεὸς, ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' ὃν τὰ πάντα ἐστίν· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν. Ὅ τι δὴ θέλει, τοῦτο γοῦν καὶ εἴη ἂν τὸ μόνον τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων οὐσιώσεώς τε καὶ ὑπάρξεως αἴτιον· θέλοντος γάρ ἐστι. Θέλει δὲ, ὅτι τὴν φύσιν ἀγαθὸς ὢν τυγχάνει. Ἀγαθῷ δὲ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ θέλειν τὰ ἀγαθὰ D προσφυές. Θέλων δὲ ταῦτα, καὶ δύναται· διὸ καὶ θέλων ὁμοῦ καὶ δυνάμενος, ἀκωλύτως καὶ ἀπαραποδίστως πᾶν ὅ τι καλὸν καὶ συμφέρον ἔν τε ὁρωμένοις καὶ ἀφανέσιν αὐτὸς ἑαυτῷ συνεστήσατο, ὕλην ὥσπερ τινὰ καὶ οὐσίαν τῆς τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ συστάσεως τὴν ἑαυτοῦ βουλὴν καὶ δύναμιν προβεβλημένος, ὡς μηκέτι εὐλόγως φάναι δεῖν ἐξ οὐκ ὄντων εἶναί τι τῶν ὄντων. Οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τι τὸ ἐκ μὴ ὄντος. Πῶς γὰρ τὸ μὴ ὂν ἑτέρῳ τοῦ εἶναι γένοιτ' ἂν αἴτιον; πᾶν δὲ ὅ τι ποτὲ καὶ ἔστιν, ἐξ ἑνὸς τοῦ μόνου ὄντος καὶ πρὸ ὄντος, τοῦ δὴ καὶ φήσαντος, « Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν, » τὸ εἶναι λαβὸν ἔχει· ὅτι δὴ μόνος ὤν, καὶ ἀεὶ ὤν, αὐτὸς πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι κτησαμένοις αἴτιος τοῦ εἶναι κατέστη, τῷ θέλειν καὶ τῷ δύνασθαι· καὶ

Digitized by Google

τὴν οὐσίαν τοῖς πᾶσι, καὶ τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ εἴδη πλουσίως καὶ ἀνεπιφθόνως ἐξ αὐτοῦ κεχαρισμένος.

A nerationis constitutionisque universi, suum consilium suamque potentiam prætulerit, ut nulla jam ratione dici possit, de nihilo esse quidquam eorum quæ sunt, neque enim esse quidpiam potest ex eo quod ipsum non sit. Quomodo enim id quod non est, alteri ut sit causa erit? Omne autem quodcunque est, ex uno qui solus est, et ante omnia est, quique olim etiam illud respondit, « Ego sum qui sum, » ut esset et accepit et habet: quippe cum qui solus est, et semper est, is omnibus quæcunque ex ipso id quod sunt acceperunt, ut essent auctor exstiterit: atque ex eo quod et velit et possit, rebus universis et essentiam, et potestates, et formas, luculente et copiose de seipso largitus sit.

B'.

Ὅπως αὐτὸν πρὸ πάσης κτίσεως Υἱὸν Θεοῦ γεγονέναι φαμέν.

Καὶ δὴ τῶν ὄντων ἁπάντων πρῶτον ὑφίστησιν αὐτοῦ γέννημα τὴν πρωτότοκον σοφίαν, ὅλην δι' ὅλου νοεράν, καὶ λογικὴν, καὶ πάνσοφον, μᾶλλον δὲ αὐτονοῦν, καὶ αὐτολόγον, καὶ αὐτοσοφίαν· καὶ εἴ τι δὲ αὐτόκαλον καὶ αὐτοάγαθον ἐπινοεῖν ἐν γεννητοῖς θέμις, τοῦτο πρῶτον αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ θεμέλιον τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων προβάλλεται, τὸ τέλειον τελείου δημιούργημα, καὶ σοφοῦ σοφὸν ἀρχιτεκτόνημα, ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸν γέννημα. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ τῶν μετέπειτα τὸ εἶναι δι' αὐτοῦ λαβόντων, προστάτην καὶ κηδεμόνα, σωτῆρα τε καὶ ἰατρὸν, καὶ κυβερνήτην τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας τοὺς οἴακας περιδεδραγμένον; Ὅθεν εἰκότως οἱ χρησμοὶ θεολογοῦντες Θεὸν γεννητὸν αὐτὸν ἀποφαίνουσιν, ὡς ἂν τῆς ἀνεκφράστου καὶ ἀπερινοήτου θεότητος μόνον ἐν αὐτῷ φέροντα τὴν εἰκόνα, δι' ἣν καὶ Θεὸν εἶναί τε αὐτὸν καὶ λέγεσθαι τῆς πρὸς τὸ πρῶτον ἐξομοιώσεως χάριν, ταύτῃ τε αὐτὸν ἀγαθόν φασιν ὑπηρέτην πρὸς τοῦ Σωτῆρος ὑποβεβλῆσθαι, ἵνα, ὥσπερ δι' ἑνὸς πανσόφου καὶ ζῶντος ὀργάνου, τεχνικοῦ τε καὶ ἐπιστημονικοῦ κανόνος, τὰ πάντα αὐτῷ ἀπευθύνοιτο, σώματα ὁμοῦ καὶ ἀσώματα, ἔμψυχά τε καὶ ἄψυχα, λογικὰ σὺν ἀλόγοις, θνητὰ σὺν ἀθανάτοις, καὶ εἴ τι τούτοις ἕτερον συνυφέστηκέ τε καὶ συνύφανται, καὶ ὡς μιᾷ τῶν ὅλων δυνάμει, ἑνί τε ζῶντι καὶ ἐμψύχῳ νόμῳ τε καὶ λόγῳ ἐν πᾶσιν ὄντι καὶ διὰ πάντων ἥκοντι τὰ πάντα συναρμόζοιτο ὑφ' ἑνὶ πανσόφῳ δεσμῷ, αὐτῷ δὴ τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ τε καὶ νόμῳ, συναγόμενά τε καὶ συνδούμενα.

146 II.

Quemadmodum illum ante omnem creaturam Filium Dei fuisse dicimus.

Itaque omnium quæcunque sunt, fetum suum primum subministrat, primo genitam videlicet sapientiam, totam usquequaque intelligentem, et rationalem et penitus sapientem, ac potius ipsam B intelligentiam, ipsam rationem, ipsam sapientiam: necnon si quid ipsum pulchrum, ipsumque bonum excogitare in iis quæ genita sunt fas est, id primum ipse ex se ipso eorum quæ posthac futura erant fundamentum præfert, perfectum perfecti opificium, sapientis sapientem fabricationem, boni parentis bonam sobolem, et quidnam aliud fuerit prælaturus, quam illum ipsum eorum quæ posthac per ipsum id quod sunt acceperint, perfectum, curatorem, conservatorem, medicum, gubernatorem? eum videlicet qui creationis universi gubernacula comprehensa teneret? itaque non immerito oracula theologice loquentia, Deum genitum illum enuntiant, tanquam eum qui elocutionem omnem, omnemque C cogitationem effugientis divinæ naturæ solus in seipso fuerat imaginem, propter quam Deum quoque et esse illum et dici, ejus videlicet, quæ quod primum est refert, expressæ similitudinis gratia. Quocirca illum bonum aiunt administrum a Patre suffectum esse, ut quasi per unum penitus sapiens, vivensque instrumentum, artificialemque ac omnis scientiæ vim in se habentem regulam, universa ab ipso regerentur, tam corpora ipsa, quam quæ corporis expertia sunt, tam animantia quam inanima, tam rationalia quam bruta, tam mortalia quam immortalia, ac si quid aliud una cum his exiit in naturam, unaque quasi contextum est: necnon ut uni rerum omnium potestati, unique viventi atque animatæ legi, ac rationi quæ in omnibus esset, perque omnia penetraret, omnia convenirent, sub unum utique perfecte sapiens vinculum, ipsum scilicet Dei verbum ipsamque legem, coacta et colligata.

Γ'.

Ὅτι μὴ πλείους υἱοὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, μόνος δὲ εἷς ἐκ Θεοῦ Θεὸς εὐλόγως ἡμῖν ἀνηγόρευται.

Ἑνὸς δὲ ὄντος τοῦ Πατρὸς, ἕνα χρὴ καὶ τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ οὐ πολλοὺς εἶναι, καὶ ἕνα τέλειον μόνον γεννητὸν Θεὸν ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ πλείους. Ἐν γὰρ πλείοσιν ἑτερότης ἔσται καὶ διαφορὰ καὶ τοῦ χείρονος εἰσαγωγή. Διὸ δὴ εἷς Θεὸς, ἑνὸς Υἱοῦ τελείου καὶ μονογενοῦς, ἀλλ' οὐ πλειόνων θεῶν οὐδ' υἱῶν πατήρ· ἐπεὶ καὶ μιᾶς οὔσης φωτὸς οὐσίας, μίαν καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ γεννωμένην τελείαν αὐτὴν πᾶσα ἀνάγκη τίθεσθαι. Τί γὰρ ἂν καὶ ἄλλο γέννημα φωτὸς ἐπινοεῖν δυνατὸν, μὴ οὐχὶ μόνην τὴν ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα πληροῦσαν καὶ καταλάμπουσαν ἀκτῖνα; πᾶν γὰρ τὸ ταύτης ἀλλότριον σκότος ἂν εἴη καὶ οὐ φῶς. Ταύτῃ

D

147 III.

Quod non plures supremi Dei filii, sed unus solus de Deo Deus, jure a nobis prædicari soleat.

Cæterum, cum unus sit Pater, Filium quoque unum, non plures esse oportet, unumque perfectum solum genitum Deum de Deo, non autem plures. In pluribus enim diversitas erit ac differentia, deteriorisque introductio. Quare unus Deus, unius Filii perfecti atque unici, non plurium deorum neque filiorum pater; quoniam cum luminis quoque una sit essentia, ipsam item quæ ex eo generetur, perfectam unam ponere, omnis cogit necessitas. Quam enim aliam præterea sobolem luminis cogitare possumus, nisi unum ipsum, qui ex ipso proficiscitur, omniaque complet atque illustrat, radium? Quid-

Digitized by Google

quid enim ab hoc alienum fuerit, tenebræ erunt, non lumen. Idcirco etiam supremi omnium Parentis cum lumen sit, quod nullis verbis comprehendi potest, ne simile quidem ullum propriumve exemplar fuerit, præter ipsum hoc solum, quod quidem ipsum dicere, item de Filio, fas est; splendor enim est luminis sempiterni, speculumque immaculatum divinæ evidentiæ, et imago bonitatis ejus. Ex quo illud dictum est : « Qui cum sit splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus[99]. » Cæterum a sensibili quidem lumine splendor separari non potest : Filius autem seorsum a Patre per seipsum subsistit et luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet; at Filius aliud quiddam quam secundum efficientiam est, non per seipsum utique essentiam nactus, sed a Patre. Rursus splendor simul exsilit cum lumine, illudque quodammodo complet (nam sine splendore non consistit lumen), simulque cum illo, et secundum illud subsistit : at a Patre Filius procedit, et illum generat, at ipse non genitus est : et ille quidem per se ipsum perfectus ac primus tanquam Pater, et qui auctor sit ut Filius consistat, nihil a Filio accipiens, quo suam naturam qua Deus est compleat : hic autem tanquam ex causa profectus Filius, alius ab illo cujus est Filius exsistit, quippe qui a Patre ut et sit et talis sit acceperit. **148** Rursus splendor quidem non ex proposito et voluntate luminis splendet, sed secundum quiddam quod ad essentiam illius inseparabiliter accidit : Filius vero ex sententia et proposito imago Patris exsistit. Volens enim Deus Filii Pater exsistit, et alterum lumen in omnibus sibi ipsi simile substituit : cum ergo non genitum sempiternumque lumen unum sit, qui fieri potest ut hoc diversum sit ab illo veluti imago quædam? ac non potius splendor quoque, quod æque lumen sit, in omnibus similitudinem primi exemplaris conservans? Quomodo vero illius item quod unum est imago fuerit; si non una ipsa quoque sit, ut videlicet non solum essentiæ ejus quod primum est, sed etiam ejus qui ad quantitatem pertinet, numeri similitudinem inducat? ita quidem ut unius sempiterni luminis unum sit perfectum lumen, non autem diversa et plura, id quod primum et unicum genitum, editumque est, ipsum utique illud perfectum bonum, de quo uno nos quoque, post eam quæ et principio, et ortu caret essentiam, ut de Deo loquimur. Unius ergo Patris unum esse Filium oportet. Nam si fragrantiæ genus unum ex aliqua subjecta re proficiscatur, unum quoque et eumdem, qui in omnes diffundatur suavem odorem, non diversos et plures fateri par est. Cum igitur primum illud solumque bonum, qui est omnium regnator Deus, divinam vitalemque fragrantiam, quæ animo et cogitatione duntaxat comprehendi potest, produxerit, unam hanc fas est intelligere, plures nefas. Quid enim esse potest, quod quidem ab hac diversum sit,

τοι καὶ τοῦ πάντων ἀνωτάτου Πατρὸς, ἀῤῥήτου φωτὸς ὄντος, οὐδὲν μὲν προσφερὲς αὐτῷ οὐδ' οἰκεῖον ἂν γένοιτο παράδειγμα, πλὴν ὅσον αὐτὸ τοῦτο μόνον, ὃ δὴ καὶ φάναι περὶ Υἱοῦ οἷόν τε· ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Διὸ εἴρηται· « Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. » Ἀλλὰ τοῦ μὲν αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγὴ, ὁ δ' Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ἐφέστηκε. Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χώραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ· ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καὶ καθ' αὐτὸ συνυφέστηκεν. Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ. καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγένητος ἦν. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς Πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνων· ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὼς Υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν Υἱὸς καθέστηκε, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι καὶ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. Καὶ πάλιν ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον· ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ Πατρός. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς γέγονεν Υἱοῦ Πατὴρ, καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ ἀφωμοιωμένον ὑπεστήσατο. Ἀγενήτου τοιγαροῦν καὶ ἀϊδίου φωτὸς ὄντος ἑνὸς, πῶς ἂν γένοιτο ἄλλο οἷάτις εἰκὼν, οὐχὶ δὲ αὐγὴ οὖσα φῶς κατὰ πάντα τὸ ἐμφερὲς τῷ πρωτοτύπῳ σώζουσα; πῶς δ' ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς εἴη εἰκὼν, εἰ μὴ μία καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα; ὅπως μὴ μόνον τῆς οὐσίας τοῦ πρώτου, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατὰ τὸ ποσὸν ἀριθμοῦ τὴν ὁμοίωσιν ἐπάγοιτο, ὥσθ' ἑνὸς εἶναι τοῦ ἀϊδίου φωτὸς ἓν τὸ τέλειον, ἀλλ' οὐ διάφορα καὶ πολλὰ τὸ πρῶτον καὶ μονογενὲς ἔκγονον, αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον μετὰ τὴν ἄναρχον καὶ ἀγένητον οὐσίαν θεολογούμενον τέλειον ἀγαθόν. Ἕνα γοῦν χρὴ ἑνὸς Πατρὸς καὶ τὸν Υἱὸν εἶναι. Καὶ γὰρ μιᾶς εὐωδίας ἐξ ὑποκειμένης τινὸς προϊούσης οὐσίας μίαν καὶ τὴν αὐτὴν προχεομένην ἡδεῖαν εἰς πάντας ὁδμὴν, ἀλλ' οὐ διαφόρους καὶ πολλὰς προσήκοι ἂν ὁμολογεῖν. Τοῦ δῆτα πρώτου καὶ μόνου ἀγαθοῦ, ὅ ἐστιν ὁ παμβασιλεὺς Θεὸς, ᾧ καὶ διανοίᾳ ληπτὴν ἔνθεον καὶ ζωτικὴν εὐωδίαν ὑποστησαμένου, μίαν ταύτην, ἀλλ' οὐ πλείους ἐπινοεῖν θέμις. Τί γὰρ ἂν καὶ γένοιτο ταύτης ἕτερον κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ ἀφωμοιωμένης, εἰ μή τι ἄρα ὑποδεβηκὸς καὶ χεῖρον; ὃ οὐδαμῶς ἡμῖν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ θεολογίᾳ παρεισακτέον. Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. Ἐξ εὐώδους μὲν γὰρ σώματος, μύρου τινὸς φέρε, ἢ καὶ τῶν ἀπὸ γῆς ἀκμαζόντων, εὐώδης τις ἀνθῶν τε καὶ ἀρωμάτων πνοὴ παρὰ τὸ πρῶτον ὑποκείμενον εἰς ἅπαν τὸ ἐκτὸς περιέχον προχεῖται, καὶ πληροῖ γε καὶ τὸν ἀέρα εἰς πλάτος ἀναχεομένη, οὔτι πω κατὰ στέρησιν ἢ μείωσιν, ἢ

[99] Hebr. I, 3.

Digitized by Google

τομὴν, ἢ διαίρεσιν τοῦ προϋποκειμένου. Τούτου γὰρ ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μένοντος, καὶ τὴν ταυτότητα πρὸς ἑαυτὸ σώζοντος, τήν τε εὐώδη δύναμιν ἀπογεννῶντος, οὐδὲν τοῦ προτέρου χεῖρον, καὶ τὸ γεννώμενον εὐῶδες οἰκείαν ἔχον ὑπόστασιν, ὡς ὅτι μάλιστα τὸ ὁμοιότατον τῇ τοῦ γεννήσαντος φύσει, διὰ τῆς οἰκείας ἀπομεμίμηται. Πλὴν ἀλλ' ἔτι ταῦτα γεώδη καὶ θνητὰ καὶ μέρη τῆς κάτω φθοροποιοῦ καὶ γεώδους φύσεως. Τά γε μὴν τῆς προκειμένης ἡμῖν θεολογίας ἐπέκεινα παντὸς ὄντα παραδείγματος οὐδὲν μὲν οἷον τὰ ἐκ σωμάτων ἐπάγεται, ὀξυτάτῃ δὲ διανοίᾳ φαντάζεται Υἱὸν γεννητὸν, οὐ χρόνοις μέν τισιν οὐκ ὄντα, ὕστερον δέ ποτε γεγονότα, ἀλλὰ πρὸ χρόνων αἰωνίων ὄντα, καὶ προόντα, καὶ τῷ Πατρὶ ὡς Υἱὸν διὰ παντὸς συνόντα, καὶ οὐκ ἀγέννητον ὄντα, γεννώμενον δ' ἐξ ἀγεννήτου Πατρὸς, μονογενῆ ὄντα, Λόγον καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ· οὐ κατὰ διάστασιν ἢ τομὴν ἢ διαίρεσιν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας προβεβλημένον, ἀῤῥήτως δὲ καὶ ἀνεπιλογίστως ἡμῖν ἐξ αἰῶνος, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων, ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ἀνεκφράστου καὶ ἀπερινοήτου βουλῆς τε καὶ δυνάμεως οὐσιούμενον διδάσκοντα. « Τὴν γενεὰν γὰρ αὐτοῦ, » φησὶ, « τίς διηγήσεται; » καὶ, « Ὥσπερ οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ τὸν Υἱὸν οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. »

A quæ in omnibus Patri similis est, quod non submissius sit ac deterius? quod neutiquam nobis in Filii theologia introducendum; vapor enim est virtutis Dei, ac defluentia mera gloriæ Omnipotentis. Nam ex bene olenti corpore, verbi gratia, ex unguento aliquo, aut etiam ex floribus atque odoramentis, quæ de terra nascuntur, bene olens quidam flatus, præter illud primum subjectum corpus, in omne quod extrinsecus ambit, profunditur; ac dum latius refunditur, ipsum quoque aerem complet, non sane privatione aliqua, aut diminutione, aut sectione, aut divisione ejus, quod primum subjectum est corporis. Sed illo manente in propria sede, et eamdem penes se conservante naturam, fragrantiamque illam procreante : nihilo deterius prio- B re, ipsum quoque quod procreatur bene olens et fragrans genus, cum propriam habeat sedem atque naturam, hac ipsa, quam maxime fieri potest, id quod simillimum sit naturæ procreantis, imitatur, **149** Verum hæc quidem terrena et mortalia, et inferioris naturæ quæ corrumpendi vim habet, ac terrena est, particulæ quædam. Quæ autem ad propositam a nobis theologiam pertinent, cum omnem exempli comparationem exsuperent, nihil tale, quale ex corporibus manat, præ se ferunt; sed cogitationi solertissimæ intuendum, quasi in speculo præbent, docentque esse Filium, qui genitus sit, non illum quidem, qui certis temporibus non fuerit, posterius autem sit natus, sed qui sit ante tempora æterna, atque anteeat, et tanquam Filius una cum Patre semper degat; neque vero qui non sit genitus, sed ex Patre non genito, genitus : qui unicus sit, qui Verbum, qui Deus de Deo, non diremptione aliqua, aut sectione, aut divisione de substantia Patris productus, sed qui de Patris consilio ac virtute, omnem elocutionem, omnemque cogitationem superante ab ævo, ac potius ante omne ævum essentiam sit nactus, modo quodam, qui neque verbis comprehendi, neque ratione colligi a nobis possit. Si quidem « generationem ejus, inquit, quis enarrabit [91]? » et quemadmodum « nemo novit Patrem nisi Filius, sic Filium quoque nemo novit nisi unus, qui genuit illum, Pater [92]. »

Δ'.

Ὡς ἀναγκαία τῇ τῶν ὅλων συστάσει ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ προϋπαρξις ἀποδίδοται.

Πλὴν ἀλλ' ἕνα Μονογενῆ καὶ ἀγαπητὸν Υἱὸν ἐδόκει τῷ παναγάθῳ Πατρὶ τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων δημιουργίας προϋφίστασθαι δεῖν· ἐπεὶ καὶ κόσμον ἕνα, ὥσπερ ἓν καὶ μέγα σῶμα ἐκ πλειόνων καὶ διαφόρων μελῶν τε καὶ μερῶν, ἤμελλεν ὅσον οὐδέ πω προβάλλεσθαι, οὐκ ἐπιστατεῖν μὲν αὐτὴν ἄνωθεν, ὥσπερ μείζονος κεφαλῆς τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἐξημμένην (κεφαλὴ γὰρ τοῦ Χριστοῦ ὁ Πατήρ), ἡγουμένην δὲ καὶ προϋπάρχουσαν τῶν μετὰ ταύτην ἁπάντων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διαρκοῦσαν εἴ; τε τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπικέλευσιν καὶ εἰς τὴν τῶν μετὰ ταῦτα δημιουργίαν. Διὸ δὴ καὶ ἔφαμεν αὐτὸν πρῶτον πάντων ὑπὸ τοῦ Πατρὸς οἷόν τι μονοειδὲς πάσης οὐσίας καὶ φύσεως προβεβλῆσθαι ὄργανον ἔμψυχον καὶ ζῶν, μᾶλλον δ' ἔνθεον καὶ ζωοποιὸν καὶ πάνσοφον, ἀγαθῶν γεννητικὸν, φωτὸς χορηγὸν, οὐρανοῦ δημιουργικὸν, κόσμου κατασκευαστικὸν, ἀγγέλων ποιητικὸν, πνευμάτων ἀρχοντικὸν, ὄργανον ψυχῶν σωτήριον, σωμάτων αὐξητικὸν, πάντων προνοητικὸν, κυβερνητικὸν, θεραπευτικὸν «

IV.

Quod ad constitutionem universi, necessaria unici Dei Filii antecessio, assignetur.

Verumtamen optimus Pater unum judicavit Unigenitum ac dilectum Filium, omnium rerum quæ creandæ essent, opificio præfici oportere, quippe qui unum quoque mundum, quasi unum quoddam atque ingens corpus, ex pluribus diversisque membris ac partibus, jamjam esset producturus, caputque hoc non præesse ipsum quidem, de superiori aliquo, tanquam de altero majori capite, divinitate ipsa Patris suspensum (caput enim Christi Pater), sed quod anteiret, anteque omnia post ipsum genita esset : attamen idem præsto esset tum ad imperium D Patris, tum ad opificium earum rerum quæ posthac faciendæ erant. Quare jam diximus, illum omnium primum a Patre, quasi quoddam singulare instrumentum omnis essentiæ et naturæ productum esse : instrumentum, inquam, animatum et vivens, ac potius divinum, vitalemque vim in se habens, et sapientissimum; **150** quod bona omnia gigneret, quod lumen præberet, quod cœlum moliretur, quod

[91] Isa. LIII, 8. [92] Matth. XI, 27.

Digitized by Google

mundum construeret, quod angelos efficeret, quod spiritibus imperaret : instrumentum quod animas conservaret, quod corpora augeret, quod omnia provideret, gubernaret, curaret, quod vim haberet regnandi, quod judicandi, quod Patris cultum et reverentiam denuntiandi.

A βασιλικὸν, κριτικὸν, Πατρὸς εὐσεβείας ἀπαγγελτικόν.

V.

Quod innumerabiles quidem fatemur esse creatas divinas potestates, unam vero duntaxat ipsius Filii, propter quam inducitur, imaginem Dei Patris esse, theologice demonstramus.

Quare in universum supra omne opificium, unam opus est divinam potestatem admirari, non plures existimare : una enim omnino mundi effectrix potestas, et unum universitatis opifex Verbum in principio apud Deum. Siquidem : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [93]; » quod quidem oportet re vera non ignorare, colere autem et honore prosequi pro dignitate : quandoquidem omnia per illud, non modo ab initio rerum omnium exstitere, verum etiam in perpetuum semper et facta sunt, et fiunt : « et sine illo factum est nihil [94]. » Sive enim vita quædam est in iis quæ sunt : quod factum est, in illo vita erat. Ex illo enim ac per illud, universa et vitam et animam accipiunt. Sive numerus, sive pulchritudo, sive convenientia, sive ordo, sive temperatura, sive essentia, sive qualitas, sive magnitudo : cuncta unum rerum omnium continet, ac disponit Verbum, et una Dei mundi effectrix virtus, omnibus præest. Sicut enim in nostro corpore plures sunt et variæ partium differentiæ, una autem universi opifex vis (non enim alia quidem Dei vi capitis exstitit natura, alia vero oculorum, et alia aurium, pedum item alia), ita quoque cum universo mundo, una omnino divina virtus præsit, eadem erit et cœli, et astrorum, et animalium quæcunque, aut in aere, aut in terra, aut in mari degunt, et elementorum tam omnium simul, quam singulorum seorsum: **151** præterea naturarum omnimodo variarum tam quæ genere aliquo continentur, quam quæ specie distinguuntur, opifex. Neque vero alia est ignis, et alia aquæ, terræque rursus alia, atque aeris item alia effectrix virtus, sed una atque eadem rerum universarum artifex sapientia, quodque mundum effecit, hoc ipsum, de quo nos ut de Deo loquimur, universi opifex Dei Verbum. Fidem his facit elementorum inter se amicitia, quæ ex eo quod certis temperamentis commista sunt, cognatum ac germanum, et tanquam unius architecti opus, rerum naturam ostendit. Nam et terra, quæ grave est elementum, cum aquis innatet, neque soliditate naturæ in profundum trahatur, sed feratur semper sublimis, neque submergatur, Dei Verbo Deique consilio fidem facit. Humidæ item naturæ cum arida communicatio, quæ nihil corruptionis præ se fert, neque confertim universa restagnat, sed Dei nutu occultissimo colligata tenetur, unum rursus atque idem Dei Verbum esse demonstrat. Quid porro ignis? qui

B

C

D

[93] Joan. I, 1. [94] ibid. 3.

E'.

facie tua : perfectus eris in conspectu Domini Dei tui [a]. » Hæc quidem, aliaque innumerabilia religionis documenta et præcepta, per Moysem illis Deus Verbum, antea in legibus dabat, atque ut in rudimentis fieri solet, religiosæ illis vitæ elementa, per signa et umbratilem quamdam corporalemque adorationem in corporis circumcisione, perque alia quædam ejusmodi quæ in terra conficiuntur, tradebat : cum vero procedente tempore nullus tam potens, ne prophetarum quidem qui post illum exstiterint, ut remedium malis vitæ afferret, ob nimis abundantem malitiam, esset : ac dæmonica efficacia quotidie in majus impelleret, usque adeo ut ipsa quoque Hebraica gens, eadem cum impiis perditione raperetur : tum denique Salvator ac medicus universi descendit ad homines, ut vel angelis suis pro hominum salute opem ferret, cum hoc illi se largiturum Pater antea promisisset, et quidem quemadmodum ipse in Psalmis docet, ubi ait : « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [b]. »

163 Non igitur ille amplius ut eum solum Israel qui justus quidem esset, sed idem visu comprehendi posset, neque ut solam propriam sortem, sed ut omnes in terris gentes, quæ antea pluribus angelis attributæ erant, et in omnis generis impietatibus versatæ atque implicitæ, sub suam potestatem redigeret, atque omnibus notitiam et amicitiam cum suo Patre denuntiaret, solutionemque ac remissionem ignorantiarum ac peccatorum se exhibiturum promitteret, venit, quod quidem vel ipsemet perspicue docuit dicens : « Non indigent bene valentes medico, sed male habentes : non veni ut vocarem justos, sed peccatores ad pœnitentiam [c]. » Cum itaque præsens a propriis angelis, illis inquam, qui prius gentibus præfecti fuerant, visus esset, illi continuo suum adjutorem suumque Dominum oppido quam certe atque explorate agnoscentes, maxima cum lætitia accesserunt, eique ministrare cœperunt, quemadmodum vel sacra Evangelii docet Scriptura ubi ait [d] : « Angelos accessisse, eique ministrasse : » item ubi commemorat « multitudinem militiæ cœlestis, laudantium Deum ac dicentium : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas [e]. » Hos igitur tanquam proprios angelos, sui ipsius indigentes auxilii sic sane recepit : qui vero jam diu in mediis hominibus versabantur et volitabant, quique et obscure et evidenter in terra, potentiam atque imperium obtinebant, eos ingenti divinaque potestate fugatos subegit, dæmones utique perniciosos, ac spirituum agrestium atque immitium genera, una cum eo qui inter hos malitiæ principatum obtinet, callidissimo videlicet illo, atque impurissimo dæmone, sicut eorum nonnulli sentientes dixerunt : « Quid nobis et tibi, Fili Dei? venisti ante tempus

[a] Deut. xviii, 9-13. [b] Psal. ii, 7, 8. [c] Luc. v, 31, 32. [d] Matth. iv, 11. [e] Luc. ii, 13, 14.

Digitized by Google

torquere nos[a]? » et hos quidem per ea quæ et fecit et docuit validissime cecidit : omne autem humanum genus allocutionum mansuetis ac placidis, quasi medicamentis, suisque ipsius blandis exhortationibus ac documentis sanavit, et ab omnis generis morbis ac perturbationibus, non minus corporum quam animorum liberavit : cumque ab antiqua superstitione, ac terroribus quos error multitudinis deorum afferebat, atque a turpi petulantique victu, omnes se adeuntes solutos dimitteret, traducereique ac mutaret eos, qui seipsum observarent, a luxu ad modestiam, ab impietate ad pietatem, ab injustitia **164** ad justitiam, ac præterea a crudelium dæmonum potestate, ad divinam veræ pietatis comprehensionem, postremo cœlestis vitæ, doctrinæque pietatis portas, gentibus per totum orbem apertas ostenderet, usque adeo seipsum demittebat, ut non solum laborantibus, graviterque animo ægrotantibus salutarem dextram porrigeret, verum etiam de ipsis jam portis mortis semimortuos, vel eos quoque qui penitus interiissent, jamque diu sepulti essent, a mortis vinculis solveret : propter quam maxime causam, illi fuit opus ad illa usque loca efficaciam agendi propagare, ut videlicet non solum in vivis, verum etiam in mortuis dominaretur. Dum igitur cum Patre est, atque universi providentiam divina virtute administrat, cœlum ipsum una cum terra, et naturas quæ in illis continentur, atque eas quæ supra cœlum intelliguntur, divinas et incorporeas tuetur et curat, Dei Verbum, et Dei sapientia, et Dei virtus, et princeps, et dux, et rex. Quin etiam et Deus et Dominus in divinis oraculis cum laude et gloria nominatur, et illuminator quidem incorporearum intelligentiumque naturarum. Sol vero justitiæ ac lumen veritatis est dictus, qui subservit atque operam suam immiscet paternis dispositionibus, ex quo et Patris minister et opifex nuncupatur. Solus vero certo ordine novit Deo obtemperare, qui etiam medicus intercedit, inter Deum qui genitus non est, et eas res quæ post ipsum genitæ sunt, qui universi curationem assumpsit, et Patri pro omnibus qui illi parent est consecratus solusque illum omnibus mitem propitiumque reddit, qui Pontifex æternus, ac præterea Christus Patris vocatur. Sic enim apud Hebræos olim appellabantur, qui imaginem primi per quædam signa referebant, ac dum angelorum quidem ordinibus imperat, atque iis præest, magni consilii angelus esse dicitur, et militiæ cœlestis dux, ac maximus copiarum Domini imperator. Dum vero ad hæc nostra descendit, nostramque ipsorum rationalem naturam, et suæ imaginis causa, et bonitate Patris assumit, ex quo sane parvulis atque insipientibus, ac propemodum pecoribus imperare videtur, pastor ovium dictus est. Quatenus vero animarum ægrotantium medelam pollicetur, merito Salvator ac medicus dicitur.

[a] Matth. VIII, 29.

A δεταν, καὶ ἐξ ἀδικίας ἐπὶ δικαιοσύνην, ναὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς τῶν πικρῶν δαιμόνων δυναστείας ἐπὶ τὴν ἔνθεον κατάληψιν τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας· καὶ προσέτι τούτοις πύλας οὐρανίου ζωῆς, καὶ τῆς κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίας τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνεσι προϊσχόμενος· καὶ εἰς τοσοῦτόν γε κάτεισιν, ὡς μὴ μόνον κάμνουσι καὶ χαλεπῶς νοσηλευομένοις τὰς ψυχὰς τὴν σωτήριον ὀρέξαι δεξιάν, ἤδη δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου τοὺς ἡμιθνῆτας, ἢ καὶ πάμπαν ἀπολωλότας ἐκ μακροῦ τε κατορωρυγμένους τῶν θανάτου λῦσαι δεσμῶν· δι' ἣν μάλιστα αἰτίαν καὶ μέχρι τῶν αὐτόθι χωρίων ἐδέησεν αὐτῷ ἐνεργείας, ὡς ἂν μὴ μόνον ζώντων, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν κυριεύσειεν. Ὅτε μὲν οὖν τῷ Πατρὶ
B σύνεστι, καὶ τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν ἐνθέῳ δυνάμει διακυβερνᾷ, οὐρανοῦ αὐτοῦ καὶ γῆς ὁμοῦ καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων τῶν τε ἐπέκεινα οὐρανοῦ θείων καὶ ἀσωμάτων οὐσιῶν ἐπισκοπεῖ καὶ ἐπιμέλεται Θεοῦ Λόγος, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ Θεοῦ δύναμις ἄρχων τε καὶ ἡγούμενος καὶ βασιλεύς. Ἤδη δὲ καὶ Θεὸς καὶ Κύριος ἐν τοῖς θείοις χρησμοῖς ἀνευφημεῖται, καὶ φωτίζων μὲν τὰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς φύσεις. Ἥλιος δὲ δικαιοσύνης καὶ φῶς ἀληθινὸν ἀνείρηται, ὑπουργῶν δὲ καὶ συνεργῶν ταῖς τοῦ Πατρὸς διατάξεσιν, ὑπουργὸς τοῦ Πατρὸς καὶ δημιουργὸς χρηματίζει. Ἀλλὰ καὶ μόνος κατὰ τάξιν εἰδὼς θεραπεύειν Θεὸν, μέσος τε ἑστὼς Θεοῦ τοῦ ἀγεννήτου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν γενητῶν, τήν τε
C τῶν ὅλων ἀναδεδεγμένος φροντίδα, καὶ ὑπὲρ τῶν ὑπηκόων ἁπάντων ἱερώμενος τῷ Πατρὶ, καὶ μόνος αὐτὸν τοῖς πᾶσιν εὐμενῆ καὶ ἵλεων παρέχων, ἀρχιερεὺς αἰώνιος, καὶ δὴ Χριστὸς τοῦ Πατρὸς προσαγορεύεται, οὕτω καὶ Ἑβραίοις Χριστῶν ἐπικαλουμένων πάλαι τῶν τὴν εἰκόνα τοῦ πρώτου διὰ συμβόλων ἐπιτελούντων. Καὶ ὅτε μὲν ἀγγέλοις ταξιαρχῶν ἐπιστατεῖ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος ἀναγορεύεται, καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν στρατιῶν ἡγούμενος, ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου εἶναι· ἤδη δὲ κατιὼν ἐπὶ τὰ
D τῇδε, ἡμῶν τε αὐτῶν τῆς λογικῆς φύσεως, τῆς τε ἰδίας αὐτοῦ, χάριν εἰκόνος, φιλανθρωπίᾳ τοῦ Πατρὸς ἀντιλαμβανόμενος, καθὸ μὲν ἔοικε νηπίων ἄρχειν, καὶ οἱονεὶ βοσκημάτων, ποιμὴν ὠνόμασται προβάτων· καθὸ δὲ ψυχῶν ἐμπαθῶν τὴν θεραπείαν ἐπαγγέλλεται, Σωτὴρ καὶ ἰατρὸς εἰκότως ἂν λέγοιτο. Τοῦτο γοῦν ἡ παρ' Ἑβραίοις τοῦ Ἰησοῦ σημαίνει προσηγορία. Ἐπεὶ δὲ ἔδει ποτὲ καὶ αὐτῷ ὀργάνου ἀνθρωπίνου, ὡς ἂν καὶ ἀνθρώποις ἑαυτὸν φήνειε, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς ἐπιγνώσεως καὶ εὐσεβείας τὸν ἀληθῆ λόγον διδάξειε, καὶ τοῦτον οὐκ ἀπαρνεῖται τὸν τρόπον· ἐπιβὰς δὲ εὖ μάλα τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, πάρεισιν εἰς ἀνθρώπους, Θεὸν δι' ἀνθρώπου μέγα θαῦμα τοῖς πᾶσιν ἐπιδεικνύμενος· ὡς ἂν μὴ μόνον ἐξ ἀφανοῦς καὶ ἀδήλου ἄσαρκος ὡς καὶ ἀσώματος ἐπιστατοίη, αὐτοῖς δὲ σαρκὸς ὁμμασιν ὁρώμενος, ἀνθρώπων τε ὀφθαλμοῖς καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον θαυματουργίας παρέχων ὁρᾶν, καὶ προσέτι σώματος ἀκοαῖς τὰς διὰ γλώττης καὶ φωνῆς ἐνάρθρου παραδιδοὺς διδασκα-

Digitized by Google

λίας, θεῖόν τε ὡς ἀληθῶς καὶ παράδοξον χρῆμα, οἷον οὐδ' ἄλλο πω φανὲν μνημονεύεται, σωτήριόν τε ὁμοῦ καὶ εὐεργετικὸν τοῖς πᾶσιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐνδεικνύμενος. Οὕτω δῆτα ὁ Θεὸς ὁ Λόγος υἱὸς ἀνθρώπου ἐλέγετο, καὶ Ἰησοῦς ὠνομάζετο, παρ' ὅσον τῆς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἰάσεώς τε καὶ θεραπείας χάριν τὴν πάροδον εἰς ἡμᾶς ἐποιεῖτο. Σωτὴρ δ' οὖν καὶ παρ' Ἑβραίοις ἑρμηνεύεται ἡ τοῦ Ἰησοῦ προστηγορία. Τάς τε κοινὰς ἡμῖν ὑπέμεινε διατριβάς, οὐδαμῶς μὲν τοῦ εἶναι ὃς ἦν ἐξιστάμενος, ὁμοῦ δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ φυλάττων τὸν Θεόν. Εὐθὺς τοιγαροῦν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰς ἀνθρώπους καταβολῆς τῷ Θεῷ τῆς ἡμετέρας γενέσεως τὴν ἔνθεον ἀνακαινᾶ μεγαλουργίαν, τικτόμενος μὲν ἡμῖν ὁμοίως, καὶ θνητοῦ δίκην ἄνθρωπον ἀμφιεννύμενος, ὡς δ' οὐκέτι ἄνθρωπος, ἀλλὰ Θεὸς, ἐξ ἀχράντου καὶ ἀπειρογάμου κόρης, οὐχὶ δὲ ἐκ μίξεως καὶ φθορᾶς τὴν τοῦ φαινομένου γένεσιν ὑφιστάμενος.

A **165** Hoc enim apud Hebræos Jesu appellatio significat. Cæterum, cum ipsi humano quoque instrumento opus esset, quo etiam hominibus seipsum ostenderet, Patrisque sui agnoscendi et colendi veram rationem doceret, ne hunc quidem recusavit modum, sed strenuissime naturam nostram ingressus, ad homines accessit, ac Deum hominis specie, ingens miraculum ostendit, ut non solum obscure ac latenter, sine carne et sine corpore præesset, verum ipsis quoque corporeis obtutibus patens, hominumque oculis miracula quæ supra hominem sunt exhibens intuenda, sic quidem ad corporis etiam aures, linguæ, vocisque articulatæ fungens officio, documenta hominibus præberet, divinumque revera atque admirabile spectaculum, quale nullum aliud adhuc visum esse memoratur, quippe quod et salutare, et idem beneficium omnibus sentiretur, ipse seipsum ostenderet. Sicque etiam Deus Verbum, filius hominis dicebatur, et quatenus ad homines venerat, ut animis humanis medicinam, sanitatemque afferret, Jesus nominabatur. Nam ipsius Jesu apud Hebræos appellatio, Salvatorem plane significat. Itaque communi more ne versari quidem nobiscum, haud indignum sua majestate judicavit, interim tamen nusquam desinens esse quod erat, sed in homine pariter Deum conservans. Itaque statim in primo ad homines descensu, cum Deo divinam commiscet nostri ortus admirabilitatem : quippe, qui more nostro sit editus, et mortalis instar, hominem indutus, sed non tanquam homo, verum ut Deus de purissima, nullasque experta nuptias Virgine, nequaquam vero ex concubitu aut corruptione ortum ejus, qui ipse apparebat, acceperit.

B

IA'.

Ὅπως τὸν ἐν ἀνθρώποις διεξῆλθε βίον.

Καὶ τὸν ἑξῆς δὲ σύμπαντα βίον, ταύτῃ πῃ διετέλει, τοτὲ μὲν τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοιοπάθειαν, τοτὲ δὲ τὸν Θεοῦ Λόγον ὑποφαίνων, μεγαλουργῶν καὶ παραδοξοποιῶν ὡς Θεὸς, καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι προαναφωνῶν τὰς προῤῥήσεις, καὶ τὸν μὴ τοῖς πολλοῖς ἑρώμενον Θεὸν Λόγον τοῖς ἔργοις ἄντικρυς ἐπιδεικνύμενος [εἰκότα δὲ καὶ ὅμοια ταῖς ἀρχαῖς].

C

XI.

Quemadmodum inter homines vitam egerit.

Deinceps vero reliquam vitam omnem eadem ratione peregit, nunc quidem similem naturæ nostræ infirmitatem, nunc vero ipsum Dei Verbum præ se ferens, dum ingentia quædam atque admirabilia tanquam Deus efficit, ac quæ futura essent tanto ante prædicit, et qui a **166** multis non cernitur Deus Verbum, eum ipsum factis planissime demonstrat [paria et similia initiis].

IB'.

Ὡς καὶ μέχρι τῶν πάλαι κατοιχομένων ἐκάλουν αὐτὸν οἱ τῆς φιλανθρωπίας νόμοι.

Καὶ τὰ τέλη αὐτῷ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆς ἐνεχειρεῖτο. Καὶ γὰρ μέχρι θανάτου, καὶ αὐτῶν νεκρῶν οἱ τῆς φιλανθρωπίας αὐτὸν ἐκάλουν νόμοι, ὡς ἂν καὶ τῶν πάλαι τεθνεώτων τὰς ψυχὰς ἀνακαλέσοιτο· ὅτι δὴ τῶν ἐξ αἰῶνος ἁπάντων αὐτῷ τῆς σωτηρίας ἔμελε, καὶ ὅπως διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, ᾗ τὰ θεῖα παιδεύει λόγια. Καὶ ταῦτα πάλιν ἀναμὶξ ὑπῆει τὴν οἰκονομίαν ὡς μὲν ἄνθρωπος, τὸ σῶμα τῇ συνήθει παραχωρῶν ταφῇ, ἀναχωρῶν δὲ αὐτοῦ ὡς Θεός. Φωνήσας γοῦν μέγα, καὶ τῷ Πατρὶ, « Παρατίθεμαι τὸ πνεῦμα, » εἰπὼν, ἄφετος ἀνεχώρει τοῦ σώματος· οὐδαμῶς περιμείνας προσεῖναι αὐτῷ τὸν θάνατον, μέλλοντα δὲ καὶ ὥσπερ ἀποκνοῦντα, μᾶλλον δὲ ὑπὸ πόλα χωροῦντα καὶ ἀποφεύγοντα, διώκων αὐτὸς ὄπισθεν καὶ ἐλαύνων, τάς τε ἐξ αἰῶνος πύλας τῶν σκο-

D

XII.

Quod usque ad eos qui antiquitus mortui erant, leges humanitatis illum vocabant.

Vitæ etiam finem extremum, cum ab hominibus discessit, initio ejusdem parem ac similem præstitit. Etenim usque ad mortem, atque usque ad ipsos mortuos, leges ergo homines charitatis ipsum vocabant, ut eorum quoque, qui antea mortui erant, animas revocaret : quandoquidem omnium quicunque a condito ævo fuissent, salutem ipse curabat : necnon, ut sua morte deleret eum, qui imperium mortis habebat, quemadmodum divina docent oracula. Atque in hoc quoque promiscue rursus dispensationem obivit : quippe, qui tanquam homo corpus de morte sepeliendum reliquerit, ab eodem vero corpore tanquam Deus discesserit. Cum enim altius vocem emisisset, et Patri dixisset, « commendo spiritum[a], » solutus a corpore abiit : neutiquam exspectans dum mors ad ipsum accederet, sed

[a] Luc. XXIII, 46.

Digitized by Google

illam cunctantem ac veluti cessantem, ac potius conjicientem se in pedes et fugitantem, ipse a tergo insequens atque impellens, æternasque abditorum tenebrarum portas refringens, et mortuis qui illic catenis mortis impliciti erant, remeandi ad vitam iter retrorsum aperiens. Hac sane ratione ipsius etiam corpus mortuum excitatum est, et multa corpora eorum, qui dormierant sanctorum, surrexerunt : unaque cum ipso in sanctam ac vere cœlestem civitatem ingressa sunt, ut merito ex hoc in sacris Litteris dictum sit : « Absorpsit mors quæ invaluerat [10]. » Et rursus : « Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie [11]. » Ipse vero universi Salvator ac Dominus noster, qui Christus est Dei, victoriæque reportator dicitur, in propheticis vaticiniis mortem objurgans inducitur, et animas solvens, quæ illic vinctæ detinebantur, ubi victoriæ hymnum pronuntiat, ipsa hæc plane dicens : « De manu inferni eripiam eos, et a morte liberabo eorum animas. Ubi tua, mors, victoria? ubi tuus, mors, stimulus [12]? » Stimulus autem mortis est peccatum, potestas autem peccati, lex. **167** Talis sane illius vel usque ad mortem fuit dispensatio, cujus non unam causam qui voluerit quærere, sed plures inveniet : primam namque illam ipsum Verbum docet, ut tam in mortuis quam in vivis dominaretur : alteram ut nostras abstergeret maculas peccatorum, qui pro nobis sacrificatus, et pro nobis exsecratio factus sit : tertiam ut tanquam Dei victima atque ingens sacrificium, ipsi supremo Deo offerretur pro universo mundo : quartam ut sic fallaciosæ ac dæmonicæ efficaciæ eversionem moliretur : quintam ad hæc, ut suis familiaribus ac discipulis vitæ, quæ post mortem apud Deum futura est spem, non oratione neque verbis aut vocibus, sed factis ac re ipsa repræsentans, et quod verbis pollicitus fuerat, oculis ipsis intuendum subjiciens, confidentiores eos atque alacriores præstaret, ad eam quæ ab ipso instituta fuerat, religiosæ vitæ rationem, omnibus simul et Græcis, et barbaris nuntiandam : protinus itaque hos ipsos familiares ac sodales, quos ipse sibi de optimis lectos asciverat, apostolosque suos ac discipulos declaraverat, sua ipsius divina virtute complevit, ut quam ipse nuntiaverat Dei cognitionem, illi omne hominum genus docerent, unam interim omnibus, tam Græcis quam barbaris, religionis instituens rationem : ea porro erat, ut a dæmonibus procul recederent, eosque fugerent, deorumque multitudinis fallaciam declinarent, atque unum solum supremum Deum vere cognoscerent : præterea liberationem ab iis, quæ prius ignoranter commiserant, dummodo ne in iisdem perseverarent, et unam omnibus salutis spem, per illud quod ipse posuerat sapientissime, ac cum omni virtute vivendi institutum, pollicebatur.

τίων μυχῶν διαῤῥηγνὺς, καὶ τοῖς αὐτόθι νεκροῖς σειραῖς θανάτου πεπεδημένοις παλίντροπον τῆς ἐπὶ τὴν ζωὴν ἀνόδου τὴν πορείαν ποιούμενος. Ταύτῃ τοι αὐτῷ καὶ ὁ τεθνεὼς ἀνηγείρετο, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνίσταντο, συνεισελαύνοντα αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὡς ἀληθῶς οὐρανόπολιν, ὡς εἰκότως ἐν ταῖς θείαις ἀνειρῆσθαι φωναῖς· « Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. » Καὶ πάλιν· « Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, νικηφόρος λεγόμενος, ἐν ταῖς προφητικαῖς προῤῥήσεσιν ἐπικερτομῶν εἰσάγεται τῷ θανάτῳ, καὶ τὰς αὐτόθι λύων πεπεδημένας ψυχὰς, δι' ὧν τὸν ἐπινίκιον ὕμνον προφέρεται, αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγων· « Ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσομαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ θανάτου λυτρώσομαι αὐτῶν τὰς ψυχάς. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. » Τοιαύτη τις αὐτῷ καὶ μέχρι τοῦ θανάτου ἐγένετο ἡ οἰκονομία, ἧς οὐ μίαν αἰτίαν, ἀλλὰ καὶ πλείους εὕροι ἄν τις ἐθελήσας ζητεῖν. Πρώτην μὲν γὰρ ὁ Λόγος διδάσκει, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ· δευτέραν δὲ, ὅπως τὰς ἡμετέρας ἀπομάξοιτο ἁμαρτίας, ὑπὲρ ἡμῶν τρωθείς, καὶ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· τρίτην, ὡς ἂν ἱερεῖον Θεοῦ καὶ μεγάλη θυσία ὑπὲρ τοῦ σύμπαντος κόσμου προσαχθείη τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ· τετάρτην, ὡς ἂν αὐτὸς τῆς πολυπλανοῦς καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀπορ�ῥήτοις λόγοις καθαίρεσιν ἀπεργάσαιτο· πέμπτην ἐπὶ ταύτῃ, ὡς ἂν τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις καὶ μαθηταῖς τῆς μετὰ τὸν θάνατον παρὰ Θεῷ ζωῆς τὴν ἐλπίδα μὴ λόγοις μηδὲ ῥήμασι καὶ φωναῖς, ἀλλὰ αὐτοῖς ἔργοις παραστήσας, ὀφθαλμοῖς τε παραδοὺς τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν, εὐθαρσεῖς αὐτοὺς καὶ προθυμοτέρους ἀπεργάσαιτο, καὶ πᾶσιν Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις τὴν πρὸς αὐτοῦ καταβληθεῖσαν εὐσεβῆ πολιτείαν κηρύξαι· αὐτίκα δ' οὖν αὐτοὺς δὴ τούτους τοὺς γνωρίμους καὶ θιασώτας, οὓς αὐτὸς αὐτῷ ἀριστίνδην ἐπικρίνας ἀποστόλους τε αὐτοῦ καὶ μαθητὰς ἀνελέξατο, τῆς ἐξ αὐτοῦ θείας δυνάμεως ἐμπλῆσαι, πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐκδιδάξαι τὴν πρὸς αὐτοῦ καταγγελθεῖσαν θεογνωσίαν, ἵνα τοῖς πᾶσιν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις εὐσεβείας ὑποθέμενος τρόπον, δαιμόνων ἀναχώρησίν τε καὶ φυγὴν, καὶ τῆς πολυθέου πλάνης ἀνάνευσιν, ἑνὸς δὲ μόνου Θεοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων γνῶσιν ἀληθῆ προκηρύττοντα, καὶ λύσιν μὲν τῶν προηγνοημένων, εἰ μὴ ἔτ' αὐτοῖς ἐπιμένοιεν, μίαν δὲ τοῖς πᾶσι σωτηρίας ἐλπίδα δι' ἧς ὑποτέθειται πανσόφου καὶ παναρέτου πολιτείας ὑπισχνούμενον.

XIII.

Quod in ea natura, quæ nec pati, nec lædi potest, quæque incorporea est permanserit, etiam quo tempore factus est homo.

Cum igitur hæc ita se habeant, non oportet te

ΙΓ'.

ΙΓ'. *Ὡς ἀπαθὴς, καὶ ἀβλαβὴς, καὶ ἀσώματος ἐμμείνε καὶ καθ' ὃν ἐνηνθρώπει καιρόν.*

Οὕτω δὴ τούτων ἐχόντων, οὐ δεῖ ταράττεσθαι τὸν

[10] Isa. xxv, 8; Ose. xiii, 14. [11] Isa. xxv, 8. [12] Ose. xiii, 14.

Digitized by Google

νοῦν, γένεσιν καὶ σῶμα, καὶ πάθη, καὶ θάνατον περὶ τὸν ἄϋλον καὶ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀκούοντα. Ὡς γὰρ οὐδ' ἡλιακοῦ φωτὸς πάθοιέν τι ἀκτῖνες τὰ πάντα πληροῦσαι, καὶ σωμάτων νεκρῶν, καὶ οὐ καθαρῶν ἐφαπτόμεναι· πολὺ πλέον ἡ ἀσώματος τοῦ Θεοῦ δύναμις οὔτ' ἂν πάθοι τὴν οὐσίαν, οὔτ' ἂν βλαβείη, οὔτ' ἂν χείρων ποτὲ ἑαυτῆς γένοιτο, σώματος ἀσωμάτως ἐπαφωμένη. Τί γάρ; οὐχὶ καὶ δίχα τοῦ καθ' ὃ ἐνηνθρώπει σώματος, ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἦκων δι' ὅλης τῆς τῶν στοιχείων, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν σωμάτων ὕλης, οἷά τις Θεοῦ λόγος ὢν δημιουργὸς, τῆς ἐξ αὐτοῦ σοφίας ἐν αὐτῇ τοὺς λόγους ἀποσφραγίζεται, τῷ μὲν ἀψύχῳ ζωὴν, τῷ δὲ ἀμόρφῳ ὄντι καὶ ἀειδεῖ τὴν φύσιν, μορφὴν ἐναποτυπούμενος, τά τε ἐν αὐτῷ κάλλη καὶ τὰς ἀσωμάτους ἰδέας ταῖς τῶν σωμάτων ποιότησιν ἐναποματτόμενος, κινῶν δὲ τὰ τῷ οἰκείῳ λόγῳ ἄψυχα καὶ ἀκίνητα, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, πάνσοφόν τινα καὶ παναρμόνιον κίνησιν, καὶ τὰ πάντα ἐξ ἀκοσμίας κοσμῶν, αὔξων τε καὶ τελεσιουργῶν, αὐτῇ τε ἐνθέῳ καὶ λογικῇ δυνάμει μονονουχὶ ἐπιὼν τὰ πάντα, καὶ διὰ πάντων χωρῶν πάντων τε ἐφαπτόμενος, ἀλλ' οὔτι γε βλάβην ἐκ τινὸς ἐπαγόμενος, οὐδὲ τὴν φύσιν αὐτὴν μολυνόμενος; οὕτω δὴ τὰ κατὰ ταῦτα καὶ ἐν ἀνθρώποις γενόμενος, πάλαι μὲν βραχέσι καὶ ἀριθμῷ ληπτοῖς, μόνοις δὲ τοῖς ἀναγράπτοις προφήταις τε καὶ δικαίοις ἀνδράσιν, ἄλλοτε ἄλλως ἐφαίνετο, ἐπὶ τέλει δὲ τοῖς πᾶσιν ἤδη, φαύλοις τε καὶ ἀσεβέσιν, Ἑβραίοις τε ὁμοῦ καὶ Ἕλλησι δι' ὑπερβάλλουσαν τοῦ παναγάθου Πατρὸς χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν εὐεργετικὸν ἑαυτὸν καὶ σωτήριον παρείχετο, διαῤῥήδην τοῦτο προκηρύττων. « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλὰ οἱ κακως ἔχοντες· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. » Ἐκάλει δῆτα ὁ πάντων Σωτὴρ, « Δεῦτε, λέγων, πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· » ἐκάλει καὶ ἴᾶτο ἀφθόνως δι' ὀργάνου, οὗ προὐβέβλητο ἀνθρωπίνου, οἷά τις μουσικὸς ἀνὴρ διὰ τῆς λύρας τὴν σοφίαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ νοσούσαις γε ψυχαῖς ταῖς ἐν σώμασιν, οἷά τις ἰατρῶν ἄριστος, συγγενεῖ καὶ καταλλήλῳ βοηθήματι τὸν ἄνθρωπον αὐτός τε ἑαυτὸν ὑπόδειγμα σοφοῦ καὶ παναρέτου καὶ εὐσεβοῦς παρείχετο βίου, διδάσκων μὲν τὰ ἀληθῆ οὐ παρ' ἑτέρων ἠρανισμένα, ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς τὰ πάλαι καὶ ἐκ μακροῦ τοῦ αἰῶνος τοῖς ἀνέκαθεν θεοφιλέσι καὶ τοῖς πρὸ Μωϋσέως Ἑβραίοις νενομοθετημένα. Σωμάτων δὲ οὐχ ἧττον ἢ ψυχῶν ἐπιμελόμενος, καὶ σαρκικοῖς μὲν ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς τὰ διὰ τῆς σαρκὸς αὐτῷ δρώμενα παρασκευάζων ὁρᾶν, ἀκοαῖς δὲ πάλιν σαρκὸς τὰς διὰ γλώττης καὶ σαρκὸς ὑπηχῶν διδασκαλίας, καὶ πάντα γε ἐπιτελῶν δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου, τοῖς οὐκ ἄλλως ἢ μόνως οὕτως τῆς αὐτοῦ θειότητος συναισθέσθαι δυναμένοις. Ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα εἰς τὸ χρήσιμον, καὶ πᾶσιν ἡμῖν ὠφέλιμον ὁ πάντα φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Λόγος ταῖς πατρικαῖς βουλαῖς διηκονεῖτο, μένων πάλιν αὐτὸς ἄϋλος καὶ ἀσώματος, οἷος καὶ προτοῦ παρὰ τῷ

A animo perturbari, tametsi et ortum, et corpus, et dolores, et mortem, de materiæ experti atque incorporeo
168 Dei Verbo audis. Ut enim solaris luminis radii, licet omnia compleant, et corpora mortua sordentiaque attingant, ipsi tamen nihil patiuntur, sic etiam multoque magis Dei vis incorporea naturæ suæ nullum neque incommodum neque nocumentum accipiet, neque unquam seipsa deterior fiet, quamvis incorporea quadam ratione corpus attingat. Quid enim ? An non absque eo in quo homo factus est corpore, semper atque usquequaque per totam elementorum ipsorumque plane corporum materiam penetrans, tanquam is qui Dei sit ratio quædam opifex sapientiæ quæ ab ipso proficiscitur, in ea ipsa rationes et claudit et signat? dum videlicet inani-
B mis vitam, informibus vero et nullam naturæ speciem habentibus, formam figuramque imprimit; quasque in se habet pulchritudines incorporeasque species, corporum qualitatibus immiscet, movetque ea quæ sua ipsorum ratione inanima immotaque sunt, terram, aquam, aerem, ignem, sapientissimo quodam omnique concinnitate referto motu ; atque ordinat omnia quæcunque inordinata sunt, eademque auget ac perficit ; ac sua ipsius divina rationalique virtute accedit ad omnia ac per omnia penetrat, omniaque attingit, neque tamen nocumenti quidquam ex earum rerum aliqua trahit, neque suam ipsius naturam coinquinat? Eadem itaque est ratio, dum etiam inter homines degit, illos quidem antea paucos et numerabiles, solos utique eos, de
C quibus scriptum est, prophetas justosque viros, iisque alias aliter se ostendit : novissime vero jam omnibus malis impiisque et Hebræis simul et Græcis, ex abundanti optimi Patris bonitate amoreque erga homines, beneficium seipsum salutaremque exhibet, plane hoc ipsum ac publice denuntians. « Non indigent, inquit, bene valentes medico, sed male habentes : non veni ut vocarem justos, sed peccatores ad pœnitentiam [13]. » Vocabat ergo Salvator omnium dicens : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [14]. » Vocabat ac sanabat liberaliter, per illud humanum instrumentum quod præ se ferebat, veluti quidam musicus vir, qui per lyram quam sit doctus ostenD dit, nec non ægrotantibus animis iis, quæ in corporibus degebant veluti optimus quidam medicus, dum cognata congruentique ope ipsum hominem curat, ipse seipsum exemplar omni sapientia omnique virtute refertæ vitæ præbebat, docebatque interim veritatem,
169 non quam ab aliis compilasset, sed eam quæ et a seipso et a Patre, priscis illis, qui tam multis ante sæculis a nostra ætate procul vixerant, Dei amicis, qui ante Mosem floruerunt Hebræis, veluti lex quædam exposita esset : et corpora ipsa non minus curabat quam animas : nam corporeis quidem hominum oculis, quæ per corpus ab ipso fiebant, intuenda comparabat, rursusque corporeis

[13] Luc. v, 31, 32. [14] Matth. xi, 28.

Digitized by Google

auribus doctrinam, per corpoream itidem linguam insonabat, nec non omnia perficiebat per eum quem assumpserat hominem, iis qui non aliter quam sic duntaxat ipsius divinitatem sentire poterant. Hæc namque omnia ad usum atque utilitatem omnium nostrum, humanum genus omni prosequens amore Dei Verbum, paternis consiliis administrabat, ipse interim rursus et materiæ expers, et incorporeus manens, cujusmodi etiam pridem apud Patrem erat, neque mutans essentiam, neque perdens, quod suæ ipsius naturæ proprium erat, neque vero aut corporis vinculis impeditus, aut a sua divinitate dejectus, ac ne domesticam quidem Verbi potestatem amittens, sed neque iis, qui illic quidem ubi ipsi humanum vas aderat, degeret tantum, in aliis vero universi partibus esse prohiberetur. Etenim tunc quoque cum inter homines versabatur, nihilominus omnia complebat, interim et cum Patre et in Patre idem erat, et omnium rerum pariter in eodem tempore, tam cœlestium quam terrestrium curam gerebat; nusquam ab illa præsentia, qua cunctis rebus adest nostro more exclusus, neque divina, ne ageret more suo, impeditus, sed illa quidem a seipso communicans homini, hæc vero a mortali ipse non accipiens. Item mortali quidem vim divinam suppeditans, a mortali vero ipse non contra in partem aut communitatem adductus. Neque igitur in partu a corpore ipse incorporeus inquinabatur, neque item qui passibilis naturæ expers erat, aliquid a mortali secundum essentiam patiebatur. Nam neque, verbi gratia, dum lyra pulsatur, aut nervi convelluntur, pati verisimile est eum qui ita præludit; neque dum cujuspiam viri sapientis corpus torquetur, illius sapientiam, aut quam in corpore gerit animam, cædi aut puniri merito dicere possumus: eadem ratione neutiquam, multoque etiam minus, quod Verbi aut natura, aut vis, detrimenti quidpiam ex **170** corporis affectionibus trahat, affirmare par est. Nam supra ne luminis quidem illud appositum exemplum, pollui solares radios, dum cœlitus in terram demittuntur, et lutum ac cœnum, atque omnis generis sordes attingunt, concedebat. Illuminari quidem etiam hæc ab ipsius luminis radiis, nihil sane nos affirmare prohibeat; solem vero ipsum fœdari, aut lutosum fieri, dum ejus lumen corporibus immiscetur: nequaquam. At ista tamen non sunt a natura corporum aliena. Illud vero omnis expers materiæ incorporeumque Dei Verbum, quod ipsa vita est, et ipsum lumen intelligibile, et alia quæcunque prius enumerata sunt, quidquid divina atque incorporea sua vi attigerit, vivere id degereque cum lumine rationali, necesse est. Hac sane ipsa ratione, quodcunque etiam corpus attigerit, sanctificatum protinus id illuminatumque est, ab eodemque ægritudo omnis omnisque infirmitas, aliaque ejusdem generis universa refugiunt. Privatio autem illius plenitudinem adipiscitur. Sic sane etiam mortuum illud Verbi corpus, ubi exiguum quiddam, virtutem illam Verbi attigit, tum excitatum est illico ac revixit, et mors vitam effugit, et ipso lumine obscuritas dissoluta est; et quod corruptibile erat, induit incorruptionem; quod mortale, immortalitatem.

A Πατρὶ ἦν, οὔτε μεταβαλὼν τὴν οὐσίαν, οὐδ' ἀφανισθεὶς τῆς ἑαυτοῦ αὐτὸς φύσεως, οὐδέ γε τοῖς τῆς σαρκὸς δεσμοῖς πεδηθείς, οὐδὲ ἀποπεσὼν τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐδὲ τὴν οἰκείαν τοῦ Λόγου παραπολέσας δύναμιν, οὐδ' ὥδε μὲν ἔνθα ἦν αὐτῷ τὸ ἀνθρώπιον σκεῦος τὰς διατριβὰς ποιούμενος, ἐν ἑτέροις δὲ εἶναι τοῦ παντὸς κεκωλυμένος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τῷ τότε καθ' ὃ ἐν ἀνθρώποις ἐπολιτεύστο, τὰ πάντα ἐπλήρου, καὶ τῷ Πατρὶ συνῆν, καὶ ἐν αὐτῷ γε ἦν, καὶ τῶν πάντων ἀθρόως καὶ ἐν τῷ τότε τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ ἐπὶ γῆς ἐπεμέλετο, οὐδαμῶς τῆς πανταχόσε παρουσίας ὁμοίως ἡμῖν ἀποκεκλεισμένος, οὐδὲ τὰ θεῖα πράττειν συνήθως παραποδιζόμενος· ἀλλὰ τὰ μὲν ἐξ αὐτοῦ μεταδιδοὺς τῷ ἀνθρώπῳ, τὰ δ' ἐκ τοῦ θνητοῦ μὴ ἀντιλαμβάνων· καὶ τῆς μὲν ἐνθέου δυνάμεως
B τῷ θνητῷ χορηγῶν, τῆς δὲ ἐκ τοῦ θνητοῦ μετουσίας οὐκ ἀντεπαγόμενος. Οὔτ' οὖν ἐμολύνετο τικτόμενος ὑπὸ τοῦ σώματος ὁ ἀσώματος, οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἔπασχεν ὁ ἀπαθὴς ὑπὸ τοῦ θνητοῦ· ἐπεὶ μηδὲ τῆς λύρας, εἰ οὕτως τύχοι, κοπτομένης, ἢ τῶν χορδῶν διασπωμένων, πάσχειν εἰκὸς τὸν ἀνακρουόμενον· οὐδέ γε σοφοῦ τινος ἀνδρὸς τιμωρουμένου τοῦ σώματος, τὴν ἐν αὐτῷ σοφίαν, ἢ τήν γε ἐν τῷ σώματι ψυχὴν κόπτεσθαι, ἢ καίεσθαι φαίημεν ἂν εἰκότως. Ταύτῃ τοι πολὺ πλέον οὐδὲ τὴν τοῦ Λόγου φύσιν ἢ δύναμιν βλάβος τι ἐκ τῶν τοῦ σώματος παθῶν ἀποφέρεσθαι, φάναι εὔλογον· ὅτι μηδὲ τὸ τοῦ φωτὸς ἡμῖν ὑπόδειγμα χραίνεσθαί τι τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἐπὶ γῆς οὐρανόθεν ἐκπεμπομένας, πηλού τε καὶ βορβόρου καὶ μιασμοῦ παντὸς ἐφαπτομένας συνεχώρει.
C Φωτίζεσθαι μὲν καὶ ταῦτα ἐκ τῶν τοῦ φωτὸς αὐγῶν οὐδὲν ἂν κωλύοι λέγειν· τὸ δέ γε τὸν ἥλιον μολύνεσθαι ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιμιξίας, ἢ πηλοῦσθαι, οὐκέτι. Καὶ μὴν ταῦτά γε τῆς φύσεως οὐκ ἂν εἴη τῶν σωμάτων ἀλλότρια. Ὁ δέ γε ἄϋλος καὶ ἀσώματος τοῦ Θεοῦ Λόγος, αὐτοζωὴ τυγχάνων καὶ αὐτοφῶς νοερὸν καὶ ὅσα ἄλλα προκατείλεκται, παντὸς οὗ ἂν ἐφάψοιτο ἐνθέῳ καὶ ἀσωμάτῳ δυνάμει, ζῇν τοῦτο ἀνάγκη καὶ σὺν λογικῷ διάγειν φωτί. Ταύτῃ τοι καὶ σώματος οὗ ἂν ἐφάψοιτο, ἡγίασται τοῦτο καὶ πεφώτισται αὐτίκα, πᾶσά τε νόσος αὐτῷ καὶ ἀῤῥωστία καὶ πάνθ' ὅσα ὑπεξίσταται· ἀντιλαμβάνει δὲ τῆς ἐξ αὐτοῦ πληρώσεως στέρησις. Οὕτω δῆτα καὶ τὸ νεκρὸν τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως, μικρόν τι αὐτοῦ ἐφαψάμενον, ἀνηγείρετο ζωούμενον, καὶ ὁ θάνατος τὴν ζωὴν ἔφευγε,
D καὶ τῷ γε φωτὶ τὸ σκότος ἐξελύετο, τό τε φθαρτὸν τὴν ἀφθαρσίαν ἐνεδιδύσκετο, καὶ τὸ θνητὸν τὴν ἀθανασίαν.

Digitized by Google

ΙΔ'.

Δ. *Ὡς, τὸν ἄνθρωπον ἀνανεωσάμενος, πᾶσιν ἡμῖν τὴν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν παρέσχετο ἐλπίδα.*

Καὶ τί γὰρ ἄλλο, πλὴν ὁ πᾶς ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς θεότητος κατεπίνετο, καὶ πάλιν Θεὸς ἦν ὁ Θεὸς Λόγος, οἷος καὶ πρὶν γενέσθαι ἄνθρωπος, καὶ συναπεθέου γε τὸν ἄνθρωπον ἀπαρχὴν τῆς ἡμῶν ἐλπίδος· τοῦτον αὐτὸν ἐκεῖ τῆς τε παρ' αὐτῷ ζωῆς ἀϊδίου, καὶ τῆς ἐν τῇ θεότητι καὶ μακαριότητι κοινωνίας ἀξιῶν, ἡμῖν τε ὁμοίως ἅπασι τῆς παρ' αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ ἀθανασίας τε καὶ βασιλείας τοῦτο μέγιστον δεῖγμα παρέχων.

A

XIV.

XIV. *Quemadmodum, renovato homine, omnibus nobis æternorum bonorum spem præbuerit.*

Cæterum, quidnam aliud tandem, quam quod totus homo ab ipsius Dei natura absorptus est, et rursus Deus fuit, Deus Verbum, cujusmodi fuerat etiam antequam homo fieret, et secum Deum hominem fecit, spei nostræ primitias; hunc ipsum interim ad illius vitæ æternæ, quam penes se habet, atque id dignitatis in divinitate, ac beatitudine communitatem assumens, nobisque itidem omnibus, futuræ apud ipsum et cum ipso immortalitatis ac regni, maximum hoc præbens indicium.

ΙΕ'.

Τί βούλεται δηλοῦν ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία, καὶ ὡς Θεὸς καὶ Κύριος, καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διὰ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν ὁ Χριστὸς ἀνηγορεύετο.

B

171 XV.

Quid sibi velit, quidve significet ipse Christi adventus, et quod Deus, et Dominus, et Pontifex Dei universi, per prophetas Hebræorum Christus appellatus est.

Τοῦτο τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τέλος ἦν, τὸν πάλαι τῆς τοῦ Πατρὸς γνώσεως ἀποπεπλανημένον εἰς τὴν οἰκίαν ἐπαναγαγεῖν, καὶ τὸν συγγενῆ καὶ φίλον, σῆς τε αὐτοῦ κατηξιωμένον εἰκόνος, τῆς οἰκείας ἀπολαῦσαι ζωῆς· φίλον τε καὶ οἰκεῖον τοῦ Πατρὸς ἀποφῆναι τοῦτον, δι' ὃν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὑπέστη γενέσθαι ἄνθρωπος. Οὕτω δῆτα, ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, ἡ κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ὑπόθεσις, διάφορον ἔχουσα τὴν οἰκονομίαν, ἐκ τῶν παρ' Ἑβραίοις παραστήσεται προφητικῶν λόγων· ὥσπερ οὖν μικρὸν ὕστερον αἱ ἐξ αὐτῶν δείξουσι μαρτυρίαι, πιστουμένων τὰ παλαιὰ τῶν νέων γραμμάτων, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν τὰς τῶν προφητικῶν μαρτυρίας ἐπισφραγιζομένων. Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐχόντων, ὥρα λοιπὸν καὶ περὶ τῆς προσηγορίας αὐτοῦ διελθεῖν, καθ' ὃ Ἰησοῦς καὶ Χριστὸς ἀνηγορεύετο, δι' ὅσων τε προφητειῶν ὀνομαστὶ προεκηρύττετο. Πρῶτα δὲ σκεψώμεθα τί βούλεται δηλοῦν ἡ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία, πρὶν ἄρξασθαι τῆς κατὰ μέρος συναγωγῆς τῶν προφητικῶν περὶ τοῦ προκειμένου σκέμματος λογίων. Προσήκειν δὲ ἡγοῦμαι περὶ αὐτῆς πρῶτον τῆς Χριστοῦ διαλαβεῖν προσηγορίας, διαρθρῶσαί τε τὴν περὶ αὐτῆς ἔννοιαν, ὡς ἂν μηδὲν ἡμᾶς λάθοι τῶν κατ' αὐτὴν ζητουμένων. Ἄλλος μὲν οὖν, ἐγγύθεν καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀρξάμενος, εἴποι ἂν Μωϋσέα νομοθετῆσαι πρῶτον ἁπάντων τοὺς τῷ Θεῷ ἱερωμένους μύρῳ σκευαστῷ χρίεσθαι, εὐωδίας δεῖν τὰ σώματα καὶ ἀγαθοῦ τινος ἀποπνεῖν ἡγησάμενον· ἐπεὶ πᾶν τὸ δυσῶδες μιαραῖς καὶ ἀκαθάρτοις δυνάμεσιν εἶναι φίλον, ὡς ἔμπαλιν ταῖς φιλαγάθοις, τὸ εὐῶδες· ὅθεν καὶ θυμιάματι συγκειμένῳ εἰς ὑπερβολὴν εὐωδίας καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῖς ἱερεῦσι χρῆσθαι ἐν τῷ ἱερῷ νομοθετῆσαι, ὅπως, κατακιρναμένου τοῦ ἀέρος, καὶ τὸ δυσῶδες ἀφανίζοντος, θεία τις ἀποῤῥοὴ τοῖς εὐχομένοις καταμιγνύηται· διὰ γὰρ τοῦτο αὐτὸ καὶ χρίσμα ἀλειπτικὸν εὐωδέστατον διὰ μυρεψικῆς τέχνης συνθεῖναι ὡς ἂν χρίοιντο τούτῳ οἱ τῶν κοινῶν δημοσίᾳ προστήσεσθαι μέλλοντες, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα πρῶτον Μωϋσέα τοῖς χριομένοις ἐπιθεῖναι. Τοῦτο δὲ τὸ χρίσμα μὴ μόνον ἀρχιε-

C

D

Cæterum, quando hæc ita se habent, tempus est deinceps de appellatione ejusdem disserere, quatenus et Jesus et Christus dictus est, necnon per quas prophetias nominatim ante sit denuntiatus. Primumque illud contemplemur, quidnam ipsum Christi nomen significet, antequam prophetica de proposita inspectione oracula colligere incipiamus. Par autem esse arbitror de ipsa primum Christi appellatione tractare, illiusque intellectum distinguere, ut nihil prorsus nos lateat eorum quæ hoc loco quæri solent. Alius igitur ab iis quæ propiora sunt, et quæ ad nos magis spectant, initio sumpto, dixisset Moysem primum omnium in legibus posuisse, eos qui Deo consecrati essent unguento comparato ungi solitos, fragrantia scilicet quadam opus esse corporibus, eaque bene olere oportere ratus : quandoquidem omne quodcunque male oleat, sceleratis atque immundis potestatibus est amicum, sicut contra studiosis bonitatis, quodcunque fragrantiam amet : ex quo etiam, ut incensis et fumigationibus composite ad abundantem fragrantiam, singulis 172 diebus uterentur sacerdotes in templo legibus sanxisse, ut dum sic aer miscetur, et quidquid male olet, repellit, defluentia quædam divina precantibus immisceatur : nam propter

Digitized by Google

hanc ipsam causam etiam unguentum odoratissimum, ad unguenti usum unguentaria arte componi solitum, ut eo ungerentur qui communibus rebus publice præficiendi fuissent: et Christi nomen primum Moysem iis qui ita ungerentur, imposuisse: id autem unctionis genus, non solum pontificibus fuisse traditum, sed et prophetis et regibus qui postea fuerint, quibus etiam ipsis solis hoc unguento ungi fas esset. Hæc igitur dictu quidem faciliora fuissent, longe tamen remota a divina et sublimi prophetæ ipsius intelligentia. Siquidem admirabilis ille, atque ingens revera sacrorum administrator, qui omnem terrenam et corpoream naturam, in solis noverat qualitatibus discretam, nullo modo aliam alia honore aut pretio digniorem judicavit, utpote cum omnia nosset ex eadem orta materia, quæ neque unquam sistit, neque stabile quidquam in natura habet, semper autem fluit, et ad propriam corruptionem festinat. Non igitur quod suave esset in corporibus elegit, neque ipsum per se quod sensus ipsos demulceret, prætulit; hoc namque animæ vitium fuisset quæ in humum et ad corporum voluptatem declinaret. Etenim innumerabiles effeminata corpora habentes, et alioqui vitiis obnoxii, et intemperantes, qui unguentorum operosa varietate uti solent, animas interim omni fœditate omnibusque sordibus male olentes circumferunt: sicut e contrario qui Dei amici sunt, ipsam virtutem olentes, et multo præstantiorem a modestia atque a justitia et ab omni pietate halantem fragrantiam, quam de terræ odoramentis trahentes, odorem corporum quæ materia constant, nihili prorsus faciunt. Hæc igitur cum egregie admodum percepta et cognita haberet propheta, unguentorum atque incensorum nullam præcipuam gerebat curam: meliorum vero ac divinarum rerum imagines, quantum poterat per corpora iis qui sic duntaxat, neque usquam aliter divinas res doceri poterant, exhibebat. Nam quod ipsum hoc divinum quoque oraculum responderit, palam descriptum habetur, his verbis: « Vide ut facias omnia ad exemplar quod tibi monstratum est in monte[15]. » Igitur aliarum rerum cum perficeret hæc quæ exemplaria nominare consuevit, illum unguenti usum illamque unctionem sancivit.

173 Sublimior tamen earum rerum, et quæ de arcanis proferri solet ratio, pro mea dicendi facultate, talem habebat sensum, quod solum est bonum solumque revera fragrans et pretiosum, atque omnis quidem vitæ principium et fons, omnibus autem una cum eo ut sint, etiam id, ut bene sint, largiens, unum sane illud Hebræorum ratio noverat qui quidem universi primus est auctor, ipsum utique altissimum ac totius regem, omniumque rerum opificem Deum. Hujus itaque supremæ atque ingenitæ divinæ essentiæ virtutem illam, quæ omnia valet, omne bonum præstat, omnem pulchritudinem subministrat, divinus Spiritus, proprio et convenienti exemplo conferens atque accommodans, Dei

[15] Exod. xxvi, 30.

A ρεῦσι παραδοθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα προφήταις καὶ βασιλεῦσιν, οἷς καὶ αὐτοῖς τούτῳ χρίεσθαι μόνοις ἐξὸν ἦν τῷ μύρῳ. Ταῦτα μὲν οὖν προχειρότερα ἂν εἴη, πόρρω γε μὴν καθεστῶτα τῆς ἐνθέου καὶ μεγαλοφυοῦς τοῦ προφήτου διανοίας. Ὁ γάρ τοι θαυμάσιος ἐκεῖνος, καὶ μέγας ὡς ἀληθῶς ἱεροφάντης, πᾶσαν γεώδη καὶ σωματικὴν οὐσίαν ἐν μόναις εἰδῶς ταῖς ποιότησι διακεχριμένην, κατ' οὐδένα τρόπον ἑτέραν τῆς ἑτέρας προὐτίμησεν ἄν, τὰ πάντ' εἰδὼς μιᾶς ὄντα ἔγγονα ὕλης οὔ ποτε ἑστώσης, οὐδέ τι βέβαιον ἐν τῇ φύσει ἐχούσης, ἀεὶ δὲ ῥεούσης, καὶ ἐπὶ τὴν οἰκείαν φθορὰν ἐπειγομένης. Οὔκουν τὸ ἡδὺ τῶν σωμάτων εἵλετο, οὐδ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ προὔκρινεν ἂν τὸ ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων προσηνές· χαμαὶ γὰρ καὶ ἐπὶ σωμάτων ἡδονὴν πεσούσης τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πάθος ψυ-
B χῆς. Μυρίοι γοῦν τῶν τὰ σώματα τεθηλυμένων, ἐμπαθεῖς ἄλλως καὶ ἀκόλαστοι, μύρων καὶ ποικίλων περιεργίαις χρώμενοι, πάσης αἰσχρᾶς καὶ ῥυπώσης δυσωδίας τὰς ψυχὰς ἐπιφέρονται· ὡς ἔμπαλιν οἱ θεοφιλεῖς, ἀρετῆς ἐμπνέοντες, τὴν πολὺ κρείττονα τῶν ἀπὸ γῆς ἀρωμάτων τὴν ἀπὸ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, καὶ πάσης εὐσεβείας ἀναδιδομένην εὐωδίαν ἐπαγόμενοι, τὴν τῶν ὑλικῶν σωμάτων ὀδμὴν ἐν οὐδενὶ τίθενται λόγῳ. Ταῦτα οὖν εὖ μάλα διειληφὼς ὁ προφήτης, μύρων μὲν ἢ καὶ θυμιαμάτων οὐδεμίαν προηγουμένην ἐποιεῖτο φροντίδα· κρειττόνων δὲ καὶ θείων εἰκόνας, ὡς ἐνῆν δυνατὸν, διὰ σωμάτων τοῖς μόνως οὕτως, καὶ οὐδ' ἄλλως τὰ θεῖα οἷοις τε μανθάνειν παρεδίδου. Ὅτι δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ ὁ θεῖος ἀναγέγραπται εἰρηκὼς χρησμὸς φήσας, « Ὅρα ποιήσῃς
C πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. » Σύμβολα τοιγαροῦν ἑτέρων, ἅπερ τύπους εἴωθεν ὀνομάζειν, ἐπιτελῶν, τὴν διὰ τοῦ μύρου χρίσιν ἐνομοθέτει. Ὁ γε μὴν ὑψηλὸς καὶ ἐν ἀπορρήτοις δηλούμενος αὐτῶν λόγος, ὡς δυνατὸν εἰπεῖν, τοιαύτην εἶχε διάνοιαν, τὸ μόνον ἀγαθὸν καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς εὐῶδες καὶ τίμιον, καὶ πάσης μὲν ζωῆς αἴτιον, πᾶσι δὲ σὺν τῷ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι δεδωρημένον, ἓν τοῦθ' ὁ παρ' Ἑβραίοις λόγος ἡπίστατο πρῶτον τῶν ὅλων αἴτιον, αὐτὸν δὴ τὸν Ὕψιστον καὶ παμβασιλέα τῶν ἁπάντων δημιουργὸν Θεόν. Τούτου δὴ οὖν τὴν παναλκῆ καὶ πανάγαθον καὶ παντὸς καλοῦ χορηγὸν τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀγεννήτου θεότητος δύναμιν τὸ θεῖον Πνεῦμα
D προσαγορεύει. Διόπερ Χριστὸν καὶ ἠλειμμένον τὸν αὐτῆς μέτοχον ἀποκαλεῖ. Ἔλαιον δὲ τὸν οἶκτον ἐν τούτοις ἄκουε, μηδὲ τὴν ἐπὶ τοῖς δυσπραγοῦσι λύπην, ἀλλ' ὃ καρπὸς τοῦ φυτοῦ παρίστησι, τὸ πάσης ἀμιγὲς ὑγρᾶς ὕλης, φωτὸς αὐξητικὸν, πόνων θεραπευτικὸν, καμάτων ἀπαλλακτικὸν, τὸ τῶν ἐπαλειψαμένων φαιδροποιὸν, φωτὸς δίκην ἀποστίλβον ταῖς μαρμαρυγαῖς, διαυγῆ τε καὶ λαμπρὰν τῶν αὐτῷ χρωμένων ἀποτελοῦν τὴν ὄψιν, ὅ φησιν ἡ θεία Γραφή· « Τοῦ ἱλαροῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ. » Τούτῳ τοιγαροῦν ὁ λόγος, τὴν ἀνωτάτω τοῦ πανηγεμόνος καὶ παμβασιλέως Θεοῦ δύναμιν συμβαλὼν τῷ παραδείγματι, τὸν πρῶτον καὶ μόνον ὅλῳ τούτῳ χρισθέντα, καὶ τῆς θείκῆς καὶ πᾶσιν ἀκοινωνήτου πατρικῆς εὐωδίας μετειληφότα, καὶ μόνον ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Θεὸν Λόγον,

Digitized by Google

μεταχῇ τε τοῦ γεννήσαντος ἀγεννήτου καὶ πρώτου καὶ μείζονος Θεὸν ἐκ Θεοῦ ἀποφανθέντα, Χριστὸν καὶ ἠλειμμένον ἀπεκάλεσε. Διὸ καὶ ἐν Ψαλμοῖς πρὸς αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἠλειμμένον ἀναφωνεῖ τὸ φάσκον ὧδε λόγιον· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Ἀλλὰ γὰρ μία μὲν ἡ τοῦ ἐλαίου φύσις· ἡ δὲ τοῦ μύρου πολλῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνοδον σημαίνει. Ταύτῃ τοι καὶ ἡ πρώτη καὶ ἀγέννητος τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ δύναμις, καθ' ὃ μὲν ἁπλῆ τις καὶ ἀσύνθετος καὶ ἄλλης πάσης οὐσίας ἀμιγὴς ἐπινοεῖται, ἁπλῷ τῷ τοῦ ἐλαίου προῤῥήματι παραβέβληται· καθὸ δὲ πλείστων ἐπινοιῶν ἐν ταυτῷ περιληπτικὴ τυγχάνει, οἷον ποιητικῆς ἢ βασιλικῆς, προνοητικόν τε καὶ κριτικὸν, φιλάνθρωπόν τε καὶ σωτήριον, ἄλλων τε ὅσων μυρίων ἐπινοίᾳ θεωρουμένων, εἰκότως μύρῳ πάλιν ἡ τῶν πολλῶν καὶ ἀγαθῶν περιληπτικὴ δύναμις ἀπείκασται, ᾧ κεχρῖσθαι τὸν ἀληθῆ καὶ μόνον ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ θεῖοι λόγοι παιδεύουσι. Πρῶτος γέ τοι αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς, ἐν ἀπορῥήτοις τὰ θεῖα ἐποπτεῦσαι ἠξιωμένος, καὶ τὰς περὶ τοῦ πρώτου καὶ μόνου ἠλειμμένου καὶ ἀρχιερέως τοῦ Θεοῦ τελετὰς ἐν ταῖς αὐτοῦ θεοφανείαις πρὸς αὐτοῦ τετελεσμένας, εἰκόνας προστάττεται ἐπὶ γῆς καὶ σύμβολα καταστήσασθαι τῶν ἐν ταῖς θεοπτείαις νενοημένων, ὡς ἂν ἔχοιεν προεμμελετᾶν τοῖς συμβόλοις οἱ τῶνδ' ἠξιωμένοι μέχρι τῆς τῶν ἀληθῶν ἐποπτείας. Αὐτὸς δῆτα ἀφορισάμενος τέως τοῦ ἐξ ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς τῷ Θεῷ ἱερατεύεσθαι ἐπιτήδειον ἄνδρα, πρῶτος τοῦτον Χριστὸν ἐπωνόμασε, κατ' ἀναφορὰν τῆς ἐν τοῖς νοητοῖς θεωρίας, καὶ τοῦτον, διά τινος ἀλοιφῆς εὐώδους κρείττονα τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἀποφήνας, ἀντικρυς καὶ διαῤῥήδην ἀνεκήρυξεν, ὅτι δὴ κατ' αὐτὴν ἡ τοῦ γεννητοῦ φύσις ἅπασα, καὶ πολὺ πλέον ἡ ἀνθρωπεία τῆς ἀγεννήτου δυνάμεως ἀπολειπομένη, δεῖται τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος εὐωδίας. Ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀνωτάτου καὶ πρώτου οὔ τινι θεμιτὸν ἐφικέσθαι. Ἑνὶ γὰρ μόνῳ τῷ Μονογενεῖ καὶ Πρωτοτόκῳ τοῦτ' ἀνέκειτο τὸ γέρας· τοῖς δὲ μετ' αὐτὸν οὐκ ἄλλως ἢ διὰ μόνης τῆς τοῦ δευτέρου μετουσίας τῶν ἀγαθῶν οἷόν τε ἦν ἐπαύρασθαι. Πνεύματος ἄρα ἐνθέου τὸ παρὰ Μωϋσεῖ σύμβολον ἦν. Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δ' αὐτὸ πνεῦμα, οὗ μάλιστα μετέχειν φιλοτιμεῖσθαι ἱερέας καὶ προφήτας καὶ βασιλέας ᾤετο δεῖν, ὡς ἂν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ παντὸς τοῦ ἔθνους τῷ Θεῷ καθωσιωμένους. Ὅτι δὲ δὴ θειοτέρων ἦν τὰ παρὰ Μωϋσεῖ σύμβολα, καὶ ὡς δυνατὸν ἦν καὶ ἄνευ γεώδους μύρου τοὺς τῷ θείῳ Πνεύματι κατόχους χριστοὺς ὀνομάζεσθαι, φέρε τι μᾶλλον ἀκριβέστερον διασκεψώμεθα. Δαβὶδ ἐν ῥ' ψαλμῷ, τὰς περὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ ἀναλαβὼν ἱστορίας, αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς θεοφιλεῖς προπάτορας, καὶ πρὸ τῶν Μωϋσέως χρόνων γενομένους, χριστοὺς ἀποκαλεῖ, οὐ δι' ἄλλο ἢ διὰ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος, οὗ μετεῖχον, ἐπιῤῥοήν. Ἱστορήσας γοῦν ὅπως ἐπεξενώθησαν τοῖς ἀλλοφύλοις,

A oleum appellat. Quare et Christum et unctum eum, qui illius particeps sit, vocat. Oleum vero in his noli miserationem accipere, neque in rebus adversis mœrorem, sed id quod certæ plantæ fructus emittit, quod ex humida materia nihil habet admistum, quod lumen auget, quod fessos sublevat, quod labores aufert, quod eos qui ipso unguntur hilares facit, quod instar luminis de seipso vibrat splendores, nitidumque ac micantem eorum qui ipso utuntur comparat vultum; quod utique ipsum etiam divinæ litteræ produnt illis verbis : « Ut exhilaret faciem in oleo [16]. » Huic igitur exemplo supremam ejus Dei, qui omnium est princeps omniumque rex, virtutem comparans oratio, eum qui solus hoc toto unctus est, quique divinæ atque ejus quæ cum nullis aliis communicatur paternæ fragrantiæ particeps factus, et qui solus ex illo genitus Deus Verbum, communicatione gignentis ingeniti, Deus de Deo est declaratus, Christum atque unctum vocavit. Quocirca in Psalmis ad hunc ipsum, qui a Patre unctus est, sic quoddam oraculum dicit : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis [17]. » At vero una quidem est olei natura, sed unguenti quæ est, ea multarum in idem concursum significat. Proinde etiam prima illa et ingenita omnium regis Dei virtus, quatenus quidem simplex atque incomposita, nullique alii naturæ commista intelligitur, simplici olei locutioni collata est; quatenus autem plurimas in eodem considerationes comprehendendi vim habet, ut quod facere potest, quod regnare, quod providere, quod judicare, **174** quod amore prosequi homines, quod salutem afferre, aliaque innumerabilia quæ intelligentia considerantur : unguento rursus hæc ipsa quæ et multa et bona comprehendere potest vis, merito comparata est, quo unguento eum qui Dei et verus et solus est pontifex, unctum esse divina nos docent oracula. Et primus quidem ipse Moyses, qui in arcanis divinarum rerum inspectione ac mysteriorum, quæ ab ipso in iis visionibus quibus Deum præsentem agnoscebat, de primo et solo uncto, et pontifice Dei perfecta sunt, dignus habitus est, imagines jubetur in terra et notas conficere eorum quæ in illis Dei visionibus intellexerat, ut qui talibus notis ac signis digni habiti erant, ea possent tantisper meditari iisque se exercere, dum quæ vera essent inspicere non dabatur. Is igitur selectum interim ex his hominibus, qui in terra versantur, virum ad sacra Deo facienda idoneum, primus Christum nominavit, appellationem ad ea referens quæ sola intelligentia considerantur; qui sane cum hunc quadam fragranti unctione præstantiorem cæteris hominibus declarasset, verissime et planissime denuntiavit, omnem naturam quæ creata est, multoque etiam magis humanam per se, dum a virtute

B

C

D

[16] Psal. CIII, 15. [17] Psal. XLIV, 7-8.

Digitized by Google

increata relinquitur, præstantioris cujuspiam fragrantiæ indigere, sed quæ Patris quidem illius et ingeniti est, eam attingere nemini fas est. Uni enim duntaxat unico primoque genito, hoc reservatum est donum. Qui autem post illum exsistunt, ii non aliter quam per ejusdem Unigeniti communicationem, honorum compotes fieri poterant : Spiritus ergo divini id quod apud Moysem fertur, nota quædam erat. Divisiones porro donorum sunt, sed idem est Spiritus, cujus maxime ut fieri participes studerent, et sacerdotes et prophetæ et reges, opus esse arbitrabatur, utpote qui non pro seipsis solum, verum etiam pro tota gente Deo sacrati essent. Quod autem rerum magis divinarum Mosaica illa notæ quædam essent, et quod fieri posset ut etiam sine terrestri unguento divino Spiritu afflati essent, christi nominarentur, agedum aliquanto diligentius consideremus jam nunc. David igitur in psalmo CIV [18], dum quæ ad Abraham, et Isaac, et Jacob pertinent, historias repetit, ipsos plane illos veteres Patres, et qui ante Moysis ætatem fuerunt, christos vocat, nullam ob aliam causam quam propter divini Spiritus, cujus participes erant, influentiam.

175 In expositione igitur historiarum, quemadmodum hospitio ab externis suscepti, et quemadmodum insidiis circumventi, salutem a Deo consecuti sunt, sicut Mosaica narratione proditum est, prophetas illos simul et christos nominat, tametsi nondum Moyses in hominibus degebat, neque unguentum ex lege ejusdem comparatum adhuc fuerat. Audi igitur quid dicat psalmus : « Memento mirabilium ejus quæ fecit : prodigia ejus, et judicia oris ejus. Semen Abraham, servi ejus, filii Jacob electi ejus. Ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicia ejus. Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham : et juramenti sui ad Isaac, et statuit illud ad Jacob in præceptum, et ad Israel in testamentum æternum, dicens : Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ : et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum : non permisit hominem nocere eis, et corripuit pro eis reges : nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [19]. » Hactenus quidem David. Moyses vero, etiam quos reges corripuerit, narrat, dicens : « Et castigavit Dominus Pharaonem plagis maximis, et domum illius, propter Saram uxorem Abraham [20]. » Et rursus de eo rege qui regnabat in Geraris, scribit : « Et venit Deus ad Abimelech in somnis noctu, et dixit : En morieris tu, propter mulierem quam tulisti [21] » (hæc autem erat uxor Abraham). Porro deinceps, sermone progressus, de eodem ait : « Nunc autem redde viro suo uxorem, quoniam propheta est, et orabit pro te [22]. » Vides ut hoc loco veteres Dei amicos et prophetas David, ac potius per illum divinus Spiritus, christos appellaverit

« Ego Sapientia habitavi consilium, et cognitionem, et cogitationem ego invocavi : timor Domini odit injustitiam, contumeliamque et superbiam, et vias pravorum : odi vero ego perversas vias malorum : meum est consilium et stabilitas : mea est prudentia, mea autem fortitudo : per me reges regnant, et potentes scribunt justitiam : per me magni viri magnificantur, et tyranni per me obtinent terram : ego amantes me diligo, et qui quærunt me invenient gratiam : divitiæ et gloria mihi adsunt, et possessio multorum justitia. Melius est frui me, quam auro et lapide pretioso multo : mei vero fetus, meliores argento electo. **212** In viis justitiæ ambulo, et inter vias veritatis versor, ut dividam diligentibus me substantiam, et thesauros eorum impleam bonis : si annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt, memoravero quæ a sæculo sunt ad numerandum. Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua : ante sæculum fundavit me, in principio antequam terram faceret, et antequam abyssos faceret, antequam prodirent fontes aquarum, antequam montes suis sedibus firmarentur, ante omnes colles gignit me : Dominus fecit regiones, et eas quæ non habitantur, et vertices qui habitantur, ejus quæ sub cœlo est : quando parabat cœlum, simul cum eo aderam, quando segregabat sedem suam super ventos, quando fortes faciebat superiores nubes, et ut stabiles ponebat fontes ejus, quæ sub cœlo est, dum poneret mari consummationem suam, et aquæ non præteribunt os ejus, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud illum componens : ego eram apud quam gaudebat, quotidie vero lætabar in vultu illius in omni tempore : quando lætabatur quod orbem terrarum perfecisset, et lætabatur in filiis hominum [97]. » Divinam et omnem in se habens virtutem, quæ cunctis rebus genitis antiquior est essentia, quæ intelligens et primogenita ingenitæ naturæ imago est, legitimus atque unicus maximi Dei Filius, qui multis nominibus dicitur, de quo ut de Deo pluribus appellationibus loquimur, hoc in loco Sapientiæ dignitatem atque appellationem, honoris et amplitudinis gratia accepit, Verbum autem Dei eumdem, et Lucem, et Vitam, et Veritatem, et postremo Christum Dei Virtutem, et Dei Sapientiam appellare jam didicimus : jam igitur in his quæ nunc in manibus sunt, ipse de seipso, tanquam Dei vivens Sapientia, et quæ per seipsam consistat, per sapientissimum Salomonem verba facit, dum dicit : « Ego Sapientia habitavi consilium, et cognitionem, et cogitationem ego invocavi, » et quæ his adjuncta sunt. Sed etiam quasi is qui ipsius universi administrationem et

[97] Prov. VIII, 12-31.

Digitized by Google

providentiam acceperit, adjungit, « Per me reges regnant, et potentes scribunt justitiam, per me magni viri magnificantur; » deinde ubi dixit se memoraturum quæ a sæculo sunt, adjungit dicens: « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua, ante sæculum fundavit me. » **213** Quibus verbis interim scipsum genitum, neque eumdem cum Ingenito docet esse, eum sane qui ante omne ævum essentiam acceperit, et in modum fundamenti cunctis genitis rebus præmissus sit. Ex quo divinum Apostolum argumentum accepisse credibile est, ut de illo diceret, « Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa, in cœlo et in terra [98]. » Siquidem primogenitus omnis creaturæ dictus est in illo: « Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua. » Jure autem imago Dei intelligetur, utpote qui genitura sit ingenitæ naturæ. Hoc igitur in his quæ in manibus sunt confitetur, ubi ait: « Antequam montes suis sedibus firmarentur, » et, « Ante omnes colles, gignit me. » Inde illum Filium unicum, et primum genitum Dei Verbum appellamus, qui quidem idem sit cum ea Sapientia de qua dictum est. Quomodo autem genituram illum esse Dei dicamus, alius erit et proprius indagandi locus, quoniam neque secundum projectionem, neque secundum diductionem, aut divisionem, aut diminutionem, aut sectionem, aut omnino secundum aliquid eorum quæ in genitura mortali exigi solent, ineffabilem illius procreationem cogitamus: neque fas est ullis genitis rebus illius aut genituram, aut propagationem, quæ quidem nullis neque verbis, neque nominibus comprehendi potest, similem arbitrari, neque vero aliquam illi eorum quæ temporaria et mortalia sunt, comparare imaginem: quoniam neque secundum eas animalium procreationes, quæ apud nos visuntur, essentiam de essentia, eamque divisibilem aut separabilem, Filium de Patre, patiendo aut dividendo prodiisse, pie dicere possumus: partes enim nullas habet, insecabileque est, quod divinum est, non secatur, non dividitur, non extenditur, non corripitur, non diminuitur, non majus, non pejus, non melius fit; non habet in scipso aliquid quod a seipso sit aliud, ut illud possit abjicere: quidquid enim in aliquo est, aut est tanquam accidens, ut album in corpore, aut tanquam aliud in alio, ut in prægnante fetus quem in utero gestat, aut tanquam pars in toto, ut in corpore manus, vel pes, vel digitus, quæ totius sunt partes, quarum si abscissionem, aut sectionem aliquam, aut divisionem patiantur corpora, imperfectum ac mutilum ipsum totum, veluti summa parte amputata, relinquitur. At enim in ingenita maximi Dei natura, **214** et in unici ejusdem primoque geniti Filii procreatione, talem usurpare imaginem aut similitudinem, omnium quæ impia sunt, maxime impium sit. Non igi-

[98] Colos. I, 15.

A πῶν μνημονεύσειν τὰ ἐξ αἰῶνος, ἐπάγει λέγων· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· » δι' ὧν ὁμοῦ καὶ γενητὸν ἑαυτὸν, οὐχὶ δὲ τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ Ἀγεννήτῳ διδάσκει, πρὸ παντὸς αἰῶνος οὐσιωμένον, θεμελίου τε τρόπον τῶν γεννητῶν ἁπάντων προβεβλημένον. Ὅθεν τὸν Θεῖον Ἀπόστολον εἰκὸς ὁρμώμενον περὶ αὐτοῦ φάναι· « Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. » Πρωτότοκος μὲν γὰρ πάσης ἀνείρηται κτίσεως, κατὰ τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· » νοοῖτο δ' ἂν εἰκότως εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν γέννημα τῆς ἀγεννήτου φύσεως τυγχάνων. Τοῦτο δὲ οὖν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας ὁμολογεῖ, δι' B ὧν φησι· « Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, » καὶ, « Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ἔνθεν αὐτὸν Υἱὸν μονογενῆ, καὶ πρωτότοκον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναγορεύομεν τὸν αὐτὸν ὄντα τῇ δηλουμένῃ Σοφίᾳ. Ὅπως δὲ γέννημα Θεοῦ αὐτὸν εἶναί φαμεν, ἰδίας ἂν δέοιτο ἐξετάσεως· ἐπεὶ μήτε κατὰ διάστασιν, ἢ διαίρεσιν, ἢ μείωσιν, ἢ τομὴν, ἢ κατά τι ὅλως τῶν ἐπὶ τῆς θνητῆς γενέσεως ἐπιτελουμένων, τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ γενεσιουργίαν ἐπινοοῦμεν. Οὐδὲ γὰρ θέμις τῶν ἐν γενητοῖς τισι τὴν ἄῤῥητον καὶ ἀκατονόμαστον αὐτοῦ γένεσίν τε καὶ οὐσίωσιν ἀφομοιοῦν, οὐδέ τινα τῶν ἐπικαίρων καὶ θνητῶν παραβάλλειν αὐτῷ εἰκόνα· ἐπεὶ μηδὲ κατὰ τὰς παρ' ἡμῖν τῶν ζώων γενέσεις οὐσίαν ἐξ οὐσίας κατὰ πάθος ἢ διαίρεσιν, μεριστὴν καὶ χωριστὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς προεληλυθέναι τὸν Υἱὸν C φάναι ὅσιον. Ἀμερὲς γὰρ καὶ ἄτομον τὸ Θεῖον, οὐ τεμνόμενον, οὐ διαιρούμενον, οὐκ ἐκτεινόμενον, οὐ μειούμενον, οὐ συστελλόμενον, οὐ μεῖζον, οὐ χεῖρον, οὐ κρεῖττον αὐτοῦ γινόμενον, οὐκ ἔχον τι ἐν ἑαυτῷ ἕτερόν τι αὐτοῦ, ἵνα καὶ πρόηται τοῦτο. Πᾶν γὰρ τὸ ἔν τινι ὄν, ἢ ὡς συμβεβηκὸς, οἷον λευκὸν ἐν σώματι, ἢ ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τυγχάνει, ὡς τὸ ἐν τῇ κυοφορούσῃ κατὰ γαστρὸς κυοφορούμενον, ἢ ὡς μέρος ἐν τῷ ὅλῳ, ὡς ἂν ἐν σώματι χεὶρ ἢ ποῦς, ἢ δάκτυλος τοῦ παντὸς ὄντα μέρη, ὧν ἀποκοπὴν ἢ τινα τομὴν ἢ διαίρεσιν πεπονθότων, ἀτελὲς καὶ κολοβὸν, ὡς ἂν τοῦ μέρους ἠκρωτηριασμένου, ἀπολέλειπται τὸ πᾶν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ εἰκόνι τοιᾷδε καὶ ὁμοιώσει χρῆσθαι ἐπὶ τῆς ἀγεννήτου φύσεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, καὶ τῆς D τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ καὶ Πρωτοτόκου γενέσεως, πάντων ἂν εἴη ἀσεβέστατον. Οὐ τοίνυν ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, ἐξ ἀπείρων καὶ ἀνάρχων αἰώνων ἦν ὁ Υἱὸς ἀγέννητος ἐν τῷ Πατρὶ, μέρος ὢν αὐτοῦ, ὃ μεταβληθὲν ὕστερον καὶ κενωθὲν ἐκτὸς αὐτοῦ γέγονε· τροπῇ γὰρ αὐτῇ ἤδη τοῦτο οἰκεῖον· καὶ δύο γ' ἂν οὕτως ἀγέννητα εἶεν, τὸ προβεβληκὸς καὶ τὸ προβεβλημένον. Καὶ τίς ἦν κατάστασις κρειττων; Ἆρα ἡ πρὸ τῆς τροπῆς τῆς κατὰ τὴν προβολὴν διαστάσεως; Οὔκουν ὡς μέρος ἢ μέλος ἀγεννήτως ἡνωμένον ἀεὶ πρότερον, ἔπειτα δὲ διαστὰν καὶ χωρὶς γενόμενον τοῦ ὅλου, τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς οἷόν τε ἐπινοεῖν. Ἄῤῥητα γὰρ καὶ ἄντικρυς ἀσεβῆ ταῦτα, ὕλης μὲν

Digitized by Google

ὄντα σωμάτων οἰκεῖα, τῆς δὲ ἀσωμάτου καὶ ἀΰλου φύσεως ἀλλότρια. Διὸ κατὰ καιρὸν εἰκότως ἂν τις ἐνταῦθα πάλιν τὸ, « Τὴν γένεσιν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » ἀναφθέγξαιτο ἂν· ἐπειδὴ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐλθεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, καὶ ἁπλῶς οὕτως ἐξ οὐκ ὄντων γεννητὸν τὸν Υἱὸν τοῖς λοιποῖς γεννητοῖς ὁμοίως ἀποφήνασθαι· ἄλλη γὰρ Υἱοῦ γένεσις, καὶ ἄλλη ἡ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργία. Ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ ἡ θεία Γραφὴ τοτὲ μὲν πρωτότοκον πάσης κτίσεως τὸν Υἱὸν ἀναγορεύει ἐξ αὐτοῦ προσώπου, τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, » φάσκουσα· τοτὲ δὲ γέννημα τοῦ Πατρὸς εἶναι, λέγει κατὰ τὸ, « Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με· » ταύτῃ καὶ ἡμῖν ἕπεσθαι ὑγιῶς ἂν ἔχοι, καὶ τὸ πρὸ πάντων αἰώνων εἶναι Λόγον ὄντα Θεοῦ δημιουργικὸν, καὶ τὸ Πατρὶ συνεῖναι, μονογενῆ τε Υἱὸν εἶναι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὑπουργόν τε καὶ συνεργὸν τῷ Πατρὶ τῆς τῶν ὅλων οὐσιώσεώς τε καὶ διακοσμήσεως γεγεννημένον ὁμολογεῖν. Εἰ γὰρ οὖν καὶ ἄλλο τι ἄῤῥητον καὶ ἀκατάληπτον ἡμῖν ἐν τῇ τῶν ὅλων ἀπολέλειπται φύσει, μυρία δὲ τὰ τοιαῦτα, ὁποῖα καὶ τὰ τοῖς θεοφιλέσιν ἐπηγγελμένα τυγχάνει, « Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον· πολὺ πρότερον πάσης ἐννοίας ἐπέκεινα, ἄῤῥητα καὶ ἀκατονόμαστα, ἀνεπινόητά τε καὶ ἀνενθύμητα γένοιτο ἂν τὰ περὶ τῆς πρώτης τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ γενέσεως, ἄλλο μηδὲν πλέον ἐχόντων ἡμῶν περὶ αὐτοῦ λέγειν τε καὶ νοεῖν ἢ· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Εἰ δέ τις τούτου περαιτέρω χωρῶν τόλμῃ προαχθείη τὰ πάντη ἀπερινόητα ὁρατικοῖς καὶ σωματικοῖς παραβάλλειν ὑποδείγμασι, τάχα ἂν εἴποι τῆς τοῦ Πατρὸς ἀγεννήτου φύσεως καὶ τῆς ἀνεκφράστου οὐσίας, ὥσπερ εὐωδίαν τινὰ καὶ φωτὸς αὐγὴν τὸν Υἱὸν ἐξ ἀπείρων αἰώνων, μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων αἰώνων ὑποστῆναι, γενόμενόν τε συνεῖναι, καὶ συγγενόμενον ἀεὶ τῷ Πατρὶ ὡς τῷ μύρῳ τὸ εὐῶδες, καὶ τῷ φωτὶ τὴν αὐγὴν, ἀλλ' οὐ τοῖς ὑποδείγμασι κατὰ πάντα τρόπον ὁμοίως, ὡσπερεῖν ἤδη πρότερον εἴρηται. Τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα σώματα τὸ συμβεβηκὸς ἐν ποιότησι κέκτηνται· ἥ τε γὰρ αὐγὴ, σύμφυτος οὖσα τῇ τοῦ φωτὸς φύσει, καὶ οὐσιωδῶς συνυπάρχουσα τῷ φωτὶ, οὐκ ἂν δύναιτο ἐκτὸς ὑφεστάναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ Λόγος καθ' ἑαυτὸν οὐσίωταί τε καὶ ὑφέστηκε, καὶ οὐκ ἀγεννήτως συνυπάρχει τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὡς μονογενὴς Υἱὸς μόνος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένος· ἥ τε εὐωδία, ἀπορῥοή τις οὖσα σωματικὴ τοῦ ὑποκειμένου, καθ' ἑαυτὴν ἐκτὸς τοῦ πρώτου αἰτίου τὸ πλησιάζον πληροῦσα, οὐδὲν ἧττον σωματικὴ οὖσα καὶ αὐτὴ τυγχάνει. Οὐ ταύτῃ οὖν ἡμῖν νοηθήσεται καὶ τὰ περὶ τῆς πρώτης οὐσιώσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Οὐδὲ γὰρ ἐξ οὐσίας τῆς ἀγεννήτου κατά τι πάθος ἢ διαίρεσιν οὐσιωμένος, οὐδέ γε ἀνάρχως συνυφέστηκε τῷ Πατρί· ἐπεὶ ὁ μὲν ἀγέννητος, ὁ δὲ γεννητός· καὶ ὁ μὲν Πατὴρ, ὁ δὲ Υἱός. Προϋπάρχειν δὲ καὶ προϋφεστάναι Πατέρα Υἱοῦ, πᾶς ὁστισοῦν ὁμολογήσειεν. Εἴη δ' ἂν ταύτῃ καὶ εἰκὼν Θεοῦ, ἀῤῥήτως πάλιν καὶ

A tur tanquam aliud in alio, ex infinitis et principio carentibus sæculis, erat Filius ingenitus in Patre, qui pars illius quædam esset, quæ quidem posterius commutata et ejecta extra illum secesserit : jam enim istud conversionis proprium foret, et sic sane duo essent ingenita, unum id quod projecisset, alterum quod projectum esset! Et quinam, quæso, status melior? Num is qui ante conversionem fuit, quo per projectionem diductio facta est? Ergo quasi pars vel membrum antea semper ingenite adhærens, deinde diductum et seorsum abiens a toto, sic Filius a Patre cogitari poterit. Sed enim infanda et prorsus impia hæc, quæ materiæ quidem corporum conveniunt et adhærent ut propria, ab incorporea vero et materiæ experte natura, abhorrent alienaque sunt. Quocirca merito quispiam hoc in loco et opportune rursus illud proferet : « Generationem ejus quis enarrabit? [99] » Siquidem in contrariam abire partem, et simpliciter sic enuntiare, ex nihilo genitum esse Filium eadem ratione qua reliqua quæ facta sunt, non absque periculo sit : alia est enim Filii generatio, et alia per Filium aliarum rerum creatio. Quare cum divina Scriptura modo quidem primogenitum omnis creaturæ Filium appellet, ex ipsius persona sic dicens : « Dominus creavit me initium viarum suarum, » modo autem genituram Patris dicat, ubi ait : « Et ante omnes colles gignit me, » hanc item nos sequi sani judicii sit, confiterique ante omnia sæcula esse Verbum Dei creatoris administrum, esseque una cum Patre, et unicum esse maximi Dei Filium, qui Patri det operam, ejusque sit socius, dum omnia quæ sunt, facit ut sint, eademque disponit. Etenim si item aliud quidpiam, quod neque dici, neque comprehendi a nobis possit, in natura universi remansit (sunt autem innumerabilia hujuscemodi), quale utique habetur quod Dei amicis promissum est, « Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, » ut sanctus ait Apostolus [1], multo prius supra omnem cogitationem ferantur ac neque dici neque denominari, neque intelligi, nec animo concipi possint, quæ ad primam unici Dei Filii generationem pertinent. De quo sane nihil habemus amplius quod dicamus aut cogitemus quam illud : « Generationem ejus **215** quis enarrabit? » Quod si quis hoc ulterius progrediens eo provehatur audaciæ, ut quæ nulla prorsus intelligentia comprehendi possunt, ea visibilibus et corporeis exemplis assimilet, forsitan dicat, ingeniti Patris naturæ atque ineffabilis essentiæ, quasi fragrantiam quamdam, ac lucis splendorem, ipsum Filium ex infinitis sæculis, ac potius ante omnia sæcula exstitisse; dumque exsistit simul esse, neque Patrem unquam relinquere, sicut nec unguentum bonus odor, nec lucem splendor relinquit; verum exempla hæc non omnimodo integram præstant similitudinem, sed quomodo jam antea dictum est : nam corpora inanimata ipsum ac-

[99] Isa. VIII, 8. [1] 1 Cor. II, 9.

Digitized by Google

cidens in qualitatibus retinent; splendor enim, cum ipsam lucis naturam comitetur, nec ipsam unquam lucis essentiam relinquat, extra ad ipsum, in quo est, stare non potest : at vero ipsum Dei Verbum per seipsum et essentiam obtinet et consistit, nec absque gignendi ratione cum Patre exsistit simul, sed tanquam unicus Filius, qui solus ante omnia sæcula ex Patre sit genitus : bonus item odor, cum subjecti corporis emanatio quædam sit, ipsa quoque corporea, neque seorsim a prima causa per seipsum impleat id, quod ipsi proximum est, nihilominus etiam ipse a natura corporea non recedit. Non sic igitur a nobis ea quæ ad primam Salvatoris nostri propagationem pertinent, intelligenda sunt; neque enim ex natura ejus qui ingenitus est, partiendo aliquid aut dividendo naturam est nactus : neque vero absque principio cum Patre simul exstitit, quando ille quidem ingenitus, hic vero genitus est, et ille Pater, hic Filius : at vero Patrem exsistere, et naturam suam obtinere non a Filio, unusquisque facile confitebitur, eadem porro ratione imago Dei erit, ita quidem, ut rursus nullis neque verbis, neque rationibus, quomodo sit, comprehendere possimus, quippe cum viventis Dei vivens ipsa sit et per seipsam consistens, sine materia, sine corpore, nihil prorsus habens admistum contrarii; neque vero cujusmodi ulla sit apud nos imago, quæ et aliud essentiæ subjectum habeat, et aliam speciem, sed quæ tota ipsa sit species, et ipsa essentia, similitudinem referens Patris. Sic autem Patris quoque fragrantia erit, quæ efficacissimam largiendæ vitæ vim habeat, sed ita rursus neque dici a nobis, neque rationibus colligi possit : siquidem omnia quæcunque de illo vera sunt, ineffabilia sunt hominum vocibus, et mortalium cogitationibus, secundum exquisitam rationem incogitabilia. **216** Sed enim quoquo modo audire nos juvat, itidem sacra nos erudiunt oracula. Annon Christi bonum odorem ipse seipsum, et sui similes sanctus Apostolus [1], propterea quod Spiritus Christi particeps esset, appellavit? Nonne unguentum evacuatum ipse cœlestis Sponsus in Canticis [2] dictus est, idcirco quod cum illam ipsius evacuationem, cum omnibus tam visibilibus quam invisibilibus, tam corporeis quam incorporeis, tam rationalibus quam brutis communicaverit, tum ea secundum proportionem digna effecta sunt, quæ in partem acciperentur, et divini Verbi liberalitate quadam fruerentur? Hujus quidem divini afflatus susceptionem, iis qui rationales sensus diminutos non habent, universus impertit mundus, usque adeo ut quæ terrena et corruptioni obnoxia sunt corpora, omnis materiæ expertem incorruptamque fragrantiam redoleant, dum quidem superne, instar fontis manat Deus universi, qui cum unici Verbi sui sit Pater, idem sit primum re vera bonum, quod boni gignendi vim habeat, dumque genituram obtinet, et

A ἀνεπιλογίστως ἡμῖν, ζῶντος Θεοῦ ζῶσά τις, καὶ καθ' αὐτὴν ὑφεστῶσα ἄὐλως, καὶ ἀσωμάτως, καὶ τοῦ ἐναντίου παντὸς ἀμιγῶς, ἀλλ' οὐχ οἷα τις πάλιν ἡ παρ' ἡμῖν εἰκὼν, ἕτερον μὲν ἔχουσα τὸ κατ' οὐσίαν ὑποκείμενον, ἕτερον δὲ τὸ εἶδος, ἀλλ' ὅλον αὐτὸ, εἶδος ὦν, καὶ αὐτοουσίᾳ τῷ Πατρὶ ἀφομοιούμενος. Οὕτω δὲ καὶ ζωτικωτάτη τοῦ Πατρὸς εὐωδία τυγχάνει, ἀῤῥήτως ἡμῖν πάλιν καὶ ἀνεπιλογίστως· ἐπεὶ καὶ πάντα ὅσα ἐστὶ περὶ αὐτὸν ἀληθῆ, ἄῤῥητα ἂν εἴη ἀνθρώπων φωναῖς, καὶ λογισμοῖς θνητῶν ἀνεπιλόγιστα, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον. Ἀλλὰ γὰρ ὡς ἡμῖν ἀκούειν φίλον, τοιῶσδε καὶ τὰ λόγια παιδεύει. Ἢ οὐχὶ καὶ Χριστοῦ εὐωδίαν αὐτὸς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς αὐτῷ παραπλησίους ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος προσεῖπε διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ πνεύματος μετοχήν; μύρον τε ἐκκενωθὲν B ὁ οὐράνιος Νυμφίος ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἀνηγόρευται; Διὸ τῆς αὐτοῦ ἐκκενώσεως τὰ πάντα, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, σώματά τε καὶ ἀσώματα, λογικά τε καὶ ἄλογα, μετασχόντα, ἀναλόγως κατηξίωται μετουσίας καὶ τῆς τοῦ θείου Λόγου μετείληφε κοινωνίας. Ταύτης γε τῆς ἐνθέου πνοῆς τὴν ἀντίληψιν τοῖς τὰς λογικὰς αἰσθήσεις μὴ πεπηρωμένοις ὁ σύμπας ἀποδίδωσι κόσμος, ὡς τὰ τῇ φύσει γεώδη καὶ φθαρτὰ σώματα τῆς ἀΰλου καὶ ἀκηράτου εὐωδίας ἀποπνεῖν, πηγάζοντος μὲν ἄνωθεν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὅς, τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Λόγου Πατὴρ ὢν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ πρῶτον καὶ κύριον καὶ μόνον ἀληθῶς ἀγαθὸν, ἀγαθοῦ γεννητικὸν, δευτερεύοντος δὲ, καὶ ὡσὰν ἀπὸ πρώτης καὶ ἡγουμένης οὐσίας ἐπιχορηγουμένου τοῦ Υἱοῦ, ᾧς καὶ μόνος τῆς πατρικῆς οὐσίας εὐωδία τις C ἡμῖν ἀνείρηται δουλεύουσι λογίῳ παιδεύοντι περὶ αὐτοῦ, ὅτι δὴ, « Ἀτμίς ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης εἰλικρινὴς, καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. » Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα ὅπη ἂν τις καὶ θέλοι, ταύτῃ τιθέσθω· ἡμῖν δὲ ἐξαρκεῖ τὸ ἀληθὲς ἐκεῖνο καὶ εὐσεβὲς αὖθις ἐπαναλαμβάνειν ῥῆμα, δι' οὗ καὶ τὴν λύσιν ἐπιθήσομεν τοῖς ἐξητημένοις πολλάκις ἤδη ἐπειπόντες· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; » Ἀνέφικτος γὰρ ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς πάσης ἐπέκεινα οὐσίας δυνάμεσιν, ἡ τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ τυγχάνει γένεσις, ὡσπεροῦν καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν D τοὺς οἰκείους μαθητὰς αὐτὰ δὴ ταῦτα μυσταγωγῶν, « Οὐδεὶς ἔγνω, » φησὶ, « τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός· » ᾧ καὶ ἐπιλέγει· « Καὶ οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. » Ἀγνώστου τοίνυν ὁμοίως τῆς τε περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς περὶ τοῦ Υἱοῦ θεολογίας τοῖς πᾶσι, πλὴν αὐτοῖς τυγχανούσης, ὡς ἐν ἀπορῥήτοις ἐν ταῖς παρατεθείσαις τοῦ Σολομῶντος λέξεσι, τῆς Σοφίας ἀκουστέον λεγούσης· « Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ἔτι δέ φησι συμπαρεῖναι τῷ Πατρὶ τὸν οὐρανὸν κατασκευάζοντι· « Ἡνίκα γοῦν ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ. » Καὶ τὸ ἐξ ἀπείρων δὲ αἰώνων ἀΐδιον τῆς σὺν Πατρὶ διαμονῆς ἐμφαίνει, οἷς

[1] II Cor. II. 15. [2] Cant. I, 2.

Digitized by Google

ἐπιλέγει· « Ἥμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἐγὼ ἥμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ προσώπῳ αὐτοῦ προσέχαιρον. » Καὶ ἀβύσσους δὲ καὶ πηγὰς ὑδάτων, ὄρη τε καὶ βουνούς, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὸν τόπον κοινοῖς ῥήμασιν οἷς ἐπωνόμασται, ἤτοι περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, ἐκ μέρους τὸ πᾶν δηλοῦντος ἀκουστέον, ἢ τροπικώτερον ἐκληπτέον, ταῦτα μεταφέροντα τὰ σημαινόμενα ἐπὶ νοητὰς οὐσίας καὶ θείας δυνάμεις, ὧν πάντων πρωτότοκος Σοφία καὶ μονογενὴς καὶ πρωτόγονος τοῦ Θεοῦ προϋπέστη Λόγος, ὄντινα Χριστὸν ἡμεῖς προσαγορεύομεν, διδασκάλῳ μαθητευόμενοι τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι· « Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. » Κέκληται δὲ ἐνταῦθα τῷ τῆς Σοφίας εἰκότως προσρήματι, ὡς τοῦ μόνου σοφοῦ Πατρὸς τὰς πανσόφους καὶ ἐπιστημονικὰς τῶν ὅλων θεωρίας τε... *Λείπει τάλλα.*

A quasi a primo et ingenito Patre sufficitur Filius, qui etiam solus paternæ essentiæ fragrantia quædam dictus est a nobis, qui oraculo obsequimur talem de illo doctrinam tradenti : « Vapor est, inquit, virtutis Dei, et emanatio gloriæ Omnipotentis sincera, et splendor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei efficaciæ, et imago bonitatis ejus [4]. » Verumtamen hæc quo loco quis velit, ibi utique ponat : nobis autem satis superque sit, verum illud ac pium rursus verbum repetere, quo etiam eorum de quibus quæsitum fuerit, difficultates dissolvemus, ipsum inquam illud, quod antea sæpius effati sumus : « Generationem ejus quis enarrabit? » Ro vera enim non solum a nullis hominibus, sed ne ab ullis quidem potestatibus, quæ ultra omnem naturam evaserint, unici Dei Filii generatio potest comprehendi, sane non aliter quam ipse Salvator ac Dominus noster, hisce ipsis rebus suos initians discipulos : « Nemo, inquit, novit Patrem nisi Filius [5]; » et adjungit protinus : « Et nemo novit Filium, nisi Pater [6]. » Cum ergo theologia de Patre et Filio æque omnibus, præter unos ipsos, incognita sit, quasi in arcanis in illis Salomonis verbis quæ superius apposuimus, Sapientiam audire oportet dicentem : « Antequam montes suis sedibus firmarentur et informaretur terra, et ante omnes colles, gignit me. » **217** Ait præterea, se una cum Patre fuisse, cum cœlum instrueret : « Quando, inquit, parabat cœlum, una cum eo aderam. » Deinde æternam ab infinitis sæculis cum Patre mansionem significat, ubi adjungit : « Eram cum illo componens, ego eram apud quam gaudebat, quotidie vero lætabar in vultu ejus. » Porro autem abyssos et fontes aquarum, et montes et colles, et alia quæcunque communibus verbis hoc in loco denominata sunt, aut de mundi constitutione, ita accipere oportet, ut a parte totum intelligatur, aut alio genere figuræ interpretari, transferendo significata eorum ad intelligibiles essentias, potestatesque divinas : quas omnes ortu suo antecedit Sapientia, quibusque omnibus antiquius exstitit unicum, primoque genitum Dei Verbum, quem nos Christum appellare consuevimus, edocti a magistro Apostolo dicente : « Christus Dei virtus et Dei sapientia [7]. » Sed hic appellatione Sapientiæ merito vocatus est [sicut solius sapientis Patris, sapientissimas et scientiæ parentes universorum contemplationes]... *Reliqua desunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

(*Ἀκέφαλον.*)

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ σκήπτρῳ βασιλικῷ τιμᾷ· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, τὴν κατ' ἀρετὴν αὐτῷ τελείωσιν μαρτυρεῖ· εἶτ' ἐπὶ τούτοις αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα κεχρίσθαι πρὸς τοῦ ἀνωτάτου διδάσκει Θεοῦ, καὶ ταύτῃ γε Χριστὸν γεγονέναι. Τί γὰρ ἂν καὶ ὀνομάσαιτό τις τὸν μὴ ὑπ' ἀνθρώπων μέν, ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ κεχρισμένον; ἐπὶ τούτῳ γοῦν φησιν· « Ὦ Θεὲ (πρὸς τὸν χρισθέντα ἀποτεινόμενος), ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο γὰρ ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου. » Ὡσεὶ ἔλεγεν· Ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς ἔχρισέ σε ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· ὥστε οὐδὲ κοινὸν καὶ γεῶδες τὸ δηλούμενον τοῦτο χρίσμα ἦν, οὐδὲ ὅμοιον τῷ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένῳ καὶ φθαρτῆς ἐξ ὕλης κατεσκευασμένῳ, ᾧ φίλον ἦν τοὺς παλαιοὺς Ἑβραίων ἱερέας καὶ βασιλέας χρίεσθαι. Ἔνθεν ἡμῖν εἰκότως καὶ Θεὸς ὁμοῦ καὶ Χριστὸς ἀνηγόρευται, ὡσὰν μόνος μὴ δι' ἀνθρώπων, μηδ' ἐξ ἀνθρώπων, πρὸς αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ τῆς ἐνθέου χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως ἀσωμάτῳ καὶ θεοπρεπεῖ χρίσματι κεχρισμένος· διόπερ ἐνδίκως μόνος ἀγαθῶς καὶ κυρίως παρὰ τοὺς ὀνομαζομένους αὐτοῦ μετόχους Χριστὸς ἂν ἀναγορευθείη. Οἱ μέτοχοι δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ οἱ οἷοί τε λέ-

CAPUT II.

(*Sine principio.*)

In secundo autem, sceptri regalis honore donat : in tertio vero perfectæ virtutis illi dat testimonium, postea ipsum hunc super iis et Deum et regem, a supremo Deo unctum esse docet, et ea ratione Christum exstitisse : quid enim aliud quispiam nominet eum, qui non ab hominibus, sed ab ipso supremo Deo sit unctus? de hoc igitur ait : O Deus, ad eum qui unctus est sermonem dirigens, « dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem : propterea enim unxit te Deus, Deus tuus [8]. » Ut si diceret, Deus Pater unxit te oleo exsultationis, præ participibus tuis : ita neque commune et terrenum est hoc de quo agitur unguentum, neque illi simile quod apud Moysem lege sancitum est, et ex corruptioni obnoxia materia comparatum, quo sane moris fuerat veteres Hebræos et sacerdotes et reges inungere : inde nobis merito, et Deus simul et Christus appellatus est, tanquam is qui solus, non per homines, neque ab hominibus, ab ipso vero universi Auctore divinæ lætitiæ atque exsultationis, incorporeo et Dei majestate digno unguento sit unctus : quapropter juste solus, sine malitia solus, bene et **218** proprie, præ iis qui ipsius participes

[4] Sap. VII, 25-26. [5] Matth. XI, 27. [6] ibid. [7] I Cor. I, 24. [8] Psal. XLIV, 8.

Digitized by Google

nominantur, Christus appelletur. Participes vero ejus quinam quæso sint, nisi ii qui dicere possunt : « Participes enim facti sumus Christi [9] ? » De quibus dictum est : « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [10]. » Item igitur cum in his plane Christus apparuerit, et dilectus, et Deus, et rex, tempus de illo ut quæramus, quomodo, qui tam grandis sit, inimicos habere dicatur, et quosnam istos, et propter quam causam, adversus quos suas sagittas, suumque gladium exacuit, et quo pacto nullis armis instructa acie, sed propter veritatem et mansuetudinem et justitiam, innumerabiles sibi ipsi subegerit populos. Qui igitur hæc diligentius quærit, hunc oportet ea transferre ad Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum, qui est Christus Dei, et ad ea recurrere quæ de illius ad homines adventu a nobis exposita sunt : ubi cum hostiles et visum nostrum effugientes flagitiosorum ac noxiorum dæmonum pravorumque atque impurorum spirituum potestates dare terga coegerit, perquam innumerabiles sibi ipsi ex omnibus nationibus populos comparavit : quem inde etiam verum Dei Christum appellare conveniat, quippe qui non communi oleo, ut prisci consueverant, sit unctus (neque etiam tale quidquam de illo memoriæ proditum est), sed præstantiori quodam divinoque unguento, ex quo utique etiam per Isaiam, sic ait : « Spiritus Domini super me, propter quod unxit me [11]. » Quocirca inter omnes potissimum, quicunque unquam apud Hebræos corporalius uncti sunt, solus in toto orbe terrarum apud universos Christi nomine celebratur, et Christianorum ab ipso deducta appellatione, totam quæ habitantur terram implevit : quodammodo autem illum unctum esse dicamus, et quid hoc sit unguentum, et quisnam unctionis modus, abunde satis libro priore tractavimus. Porro in hujus labiis atque doctrina tanta effusa est gratia, ut brevi tempore, ea quæ ab ipso denuntiata est, sanctimonia et pietate, omnem locum impleverit. Itaque jam nunc in omnibus gentibus apud eos qui doctrinam ipsius accipiunt, comprobata ejus prophetiæ, quæ nunc in manibus est, veritate, et regis et Dei gloriam adeptus est, et apud omne hominum genus Christus appellatur. Sunt autem ejus quoque inimici manifesti, non modo qui prius exstiterant, sed etiam qui semper ipsius verbo adversantur, **219** sive illi in hominibus, sive in effugientibus visum nostrum potestatibus sint, quos ille invisibili occultaque virtute ex omnibus gentibus auferens et subvertens, omnis generis populos sibi ipsi auscultantes effecit. Quæ vero in eodem psalmo sequuntur : « Myrrha, et gutta, et cassia a vestimentis tuis [12], » et cætera deinceps, quæ dicuntur quasi de regina et filia, quæ paternam domum reliquerit, quæque et Christo, et regi, et Deo de quo dictum est, desponsata sit, Dominumque illum appellet : ad eam quæ de gentibus collecta est Ecclesiam, a patrio dæmonicoque errore aversam expurgatamque, ac divini verbi communicatione connexam et compositam referri poterunt, ubi per otium accommodatam sibi interpretationem nacta fuerint.

A γειν · « Μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν Χριστοῦ ; » περὶ ὧν εἴρηται · « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. » Καὶ δὴ πεφηνότος διὰ τούτων σαφῶς τοῦ Χριστοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ Θεοῦ, καὶ βασιλέως, ὥρα σε ζητεῖν, ὁ τηλικοῦτος πῶς ἐχθροὺς ἔχειν λέγεται, καὶ τίνας, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, καθ' ὧν τὰ ἑαυτοῦ βέλη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ῥομφαίαν ἠκονήσατο, ὅπως τε οὐ δι' ὁπλιτικῆς παρατάξεως, ἀλλ' ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης μυρίους ὑπηγάγετο ἑαυτῷ λαούς. Ζητοῦντας γὰρ ἀκριβῶς ταῦτα, καλῶς ἂν ἔχοι μεταφέρειν αὐτὰ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνατρέχοντα ἐπὶ τὰ διεξωδευμένα περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρόδου, καθ' ἣν τὰς ἐχθρὰς καὶ ἀοράτους δυνάμεις τῶν μοχθηρῶν καὶ λυμαντικῶν δαιμόνων, B τῶν τε πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων τροπωσάμενος, μυρίους ὅσους ἑαυτῷ λαοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συνεστήσατο· ὃν καὶ Χριστὸν ἀληθῆ προσήκοι ἂν τοῦ Θεοῦ ἐνθεῦθεν ἀναγορεύειν, οὐ κοινῷ μὲν ἐλαίῳ τῶν πάλαι συνήθως χρισθέντα (οὔτε οὖν ἱστορεῖταί τι περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον), κρείττονι δὲ καὶ ἐνθέῳ χρίσματι, παρ' ὃ δὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου φησί· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. » Ὅθεν καὶ μᾶλλον ἁπάντων τῶν πώποτε παρ' Ἑβραίοις σωματικώτερον χρισθέντων μόνος ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Χριστὸς παρὰ τοῖς πᾶσι βεβόηται, καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ Χριστιανῶν προσηγορίας τὴν σύμπασαν ἔπλησεν οἰκουμένην. Ὅπως δέ φαμεν αὐτὸν κεχρίσθαι, καὶ τί τὸ χρίσμα, καὶ τίς ὁ τῆς χρίσεως τρόπος, αὐτάρκως ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι διειλήφαμεν. C Τούτου δὲ ἐν τοῖς χείλεσι καὶ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τοσαύτη κατεχύθη χάρις, ὡς ἐν ὀλίγῳ πάντα τόπον ἐμπλῆσαι τῆς πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης εὐσεβείας· ὥστε ἤδη ἐν πᾶσιν ἔθνεσι, παρὰ τοῖς τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ μετιοῦσιν, ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ, καὶ βασιλέως καὶ Θεοῦ δόξαν περιβεβλῆσθαι, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Χριστὸν ἀναγορεύεσθαι. Πρόδηλοι δὲ καὶ οἱ ἐχθροὶ, οὐ μόνον οἱ πρὶν γεγονότες αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀεὶ προσπολεμοῦντες αὐτοῦ τῷ λόγῳ, εἴτε ἐν ἀνθρώποις, εἴτε καὶ ἐν ἀοράτοις δυνάμεσιν, οὓς ἀοράτῳ καὶ λεληθυίᾳ δυνάμει πάντοτε καθαιρῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν παντοίους ἑαυτῷ λαοὺς ὑποχειρίους πεποίηται. Τὰ δὲ ἑξῆς ἐν τῷ ψαλμῷ, « Σμύρνα, καὶ στακτὴ, καὶ κασσία ἀπὸ τῶν ἱματίων D σου, » τά τε ἐπὶ τούτοις, ὡς περὶ βασιλίδος δηλούμενα καὶ θυγατρὸς τὸν πατρῷον οἶκον ἀπολιπούσης, καὶ τῷ προδηλωθέντι Χριστῷ, καὶ βασιλεῖ, καὶ Θεῷ νυμφευθείσης, Κύριόν τε αὐτὸν ἀναγορευούσης, ἐπὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, τὴν πατρῴαν καὶ δαιμονικὴν ἀποστραφεῖσαν πλάνην, καθηραμένην τε, καὶ τῇ τοῦ θείου λόγου κοινωνίᾳ καθαρμοσαμένην, ἀναφέροιτ' ἂν τῆς προσηκούσης τυγχάνοντα κατὰ σχολὴν ἑρμηνείας.

[9] Hebr. III, 14. [10] Psal. CIV, 15. [11] Isa. LXI, 1. [12] Psal. XLIV, 9.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς ὁ αὐτὸς προφήτης καὶ ἐν ρθ' ψαλμῷ δύο Κυρίους ἐμφανῶς ὁμολογεῖ· ἕνα τὸν πρῶτον καὶ ἀρωτάτω Θεὸν, δεύτερον, ὃν αὐτὸς ἑαυτοῦ ἀναγορεύει Κύριον. Καὶ ὡς γενέσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως καὶ αὐτὸς τὸν δεύτερον Κύριον οἶδε, καὶ ὡς αἰώνιον τοῦ Πατρὸς ἱερέα, καὶ ὡς σύνθρονον τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, ὅμοια ἡμῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζων.

« Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιὼν, καὶ κατακυριεύσεις ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου. Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου γεγέννηκά σε. Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Κύριος ἐκ δεξιῶν σου. » Τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως Θεοῦ Λόγον, τὴν πρὸ αἰῶνος σοφίαν, τὴν ἀρχὴν τῶν ὁδῶν τοῦ Θεοῦ, τὸ πρωτότοκον καὶ μονογενὲς τοῦ Πατρὸς γέννημα, τὸν τῇ τοῦ Χριστοῦ τιμώμενον προσηγορίᾳ, καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς Κύριον ἀποκαλεῖ, διδάσκων αὐτὸν εἶναι σύνθρονον ὁμοῦ καὶ Υἱὸν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τε καὶ Κυρίου τῶν ὅλων, αἰώνιόν τε τοῦ Πατρὸς ἱερέα. Πρῶτον δὴ οὖν ἐπίστησον, ὡς ἤδη τοῦτο δεύτερον γέννημα Θεοῦ προσηγόρευται, καὶ ἐπεὶ Θεοῦ γε πνεύματι τὰ τῆς προφητείας ἡμῖν εἰρῆσθαι πεπίστευται, ὅρα εἰ μὴ αὐτὸ δὴ τὸ ἐν τῷ προφήτῃ Πνεῦμα ἅγιον, ἑαυτοῦ Κύριον δεύτερον μετὰ τὸν τῶν ὅλων ἀναγορεύει· « Εἶπε » γὰρ, φησὶν, « ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. » Τὸν πρῶτον Κύριον, ὡσὰν καθόλου τῶν ἁπάντων Δεσπότην, Ἑβραῖοι ἀνεκφωνήτῳ προσρήσει τῇ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἀνηγόρευον· τὸν δὲ δεύτερον οὐκέθ' ὁμοίως, ἰδίως δ' αὐτὸν Κύριον ὠνόμαζον. Εἰκότως οὖν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ἐρόμενός ποτε τοὺς Φαρισαίους, « Τί ὑμῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ δοκεῖ; τίνος ἐστὶν υἱός; » εἰπόντων, τοῦ Δαβὶδ, ἐπιλέγει, « Πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου; » μονονουχὶ ἑρμηνεύων τὴν λέξιν, ὡς οὐ μόνον τοῦ Δαβὶδ Κύριον αὐτὸν ἀναγορεύουσαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦ ἐν τῷ προφήτῃ πνεύματος. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν (τοῦτο δὴ ἡμῖν εἶναι πεπίστευται τὸ ἅγιον Πνεῦμα) ὁμολογεῖ τοῦτον εἶναι Κύριον, ὃν σύνθρονον εἶναι τοῦ Πατρὸς ἐκδιδάσκει, καὶ οὐκ ἀπολύτως, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῦ Κύριον, κατὰ πολὺ πλέον καὶ μᾶλλον τοῦτ' ἂν εἴποιεν αἱ μετὰ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λογικαὶ δυνάμεις, ἥ τε σύμπασα ὁρωμένη τε ἐν σώμασι, καὶ ἐν ἀσωμάτοις ἑστῶσα δημιουργία, ἧς ἁπάσης εἰκότως ἂν καταδειχθείη Κύριος ὁ μόνος τοῦ Πατρὸς σύνθρονος, δι' οὗ τὰ σύμπαντα ἐγένετο, ὅτι δὴ, κατὰ τὸν θαυμάσιον ἀπόστολον, « ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα. » Μόνον γοῦν εἰκὸς αὐτὸν τῆς τοῦ Πατρὸς ὁμοιώσεως ἔχειν τὸ κῦρος, ὡσὰν καὶ μόνον σύνθρονον τοῦ Πατρὸς ἀναδεδειγμένον. Πρόδηλον οὖν, ὅτι οὐδενὶ τῶν γεννητῶν θέμις τῶν δεξιῶν λαχεῖν τῆς παντοκρατο-

CAPUT III.

Quod idem Propheta etiam in CIX *psalmo bis Dominum evidenter confitetur : semel, cum de eo loquitur qui et Deus et Pater est; iterum cum de eo quem ipse suum nuncupat Dominum. Et quod hunc Dominum ipse quoque novit genitum esse ante mundi constitutionem, et quod æternum Patris sacerdotem, et supremi Dei consessorem, similem utique opinionem in hoc nostræ fidei de Christo præ se ferens.*

« Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion, et dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum. Ex utero ante Luciferum genui te. Juravit Dominus et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Dominus a dextris tuis [13]. » Salvatorem ac Dominum nostrum, ipsum primogenitum omnis creaturæ Dei Verbum, sapientiam quæ est ante ævum, initium viarum Dei, primogenitum et unicum Patris germen, **220** eum qui Christi appellatione honoratur, præsens quoque psalmus Dominum vocat, docetque eum esse consessorem simul et Filium supremi Dei, rerumque omnium Domini, æternumque Patris sacerdotem. Primum ergo sic habeto, quemadmodum progenies illa secunda Dei nominata est, et quoniam divino quoque spiritu illa prophetiæ verba fidei nostræ commissa sunt; vide num et ille Spiritus sanctus in propheta, suimet ipsius Dominum secundum post eum qui Dominus est universorum vocet. « Dixit » enim, inquit, « Dominus Domino meo, Sede a dextris. » Sicuti rerum etiam universim omnium Dominum, Hebræi inenarrabili et ex quatuor elementis composita dictione vocaverunt; nec jam amplius eum simili ratione secundum, sed proprie Dominum appellaverunt. Merito igitur Salvator ac Dominus noster ipse Jesus qui Christus est Dei, interrogans aliquando Pharisæos, « Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius [14]? » cum respondissent, Davidis, subdit, « Quomodo igitur David in spiritu Dominum eum vocat, dicens, Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis [15]? » propemodum interpretans dictionem, quæ non modo Davidis, verum etiam spiritus in propheta exsistentis, Dominum appellat. Si vero spiritum illum propheticum, illum certe, qui fide nostra creditus est Spiritum sanctum, annuit esse Dominum, quem consessorem Patris esse profitetur, nec absolute, verum sui ipsius Dominum secundum id quod ut plurimum et magis dicerent rationales facultates post Spiritum sanctum, atque omne opificium aspectabile corporeis et incorporeis constans, cujus totius jure merito demonstraretur Dominus unus Patris consessor, per quem cuncta facta sunt; quia nimirum secundum admirabilem Apostolum, « in ipso creata

[13] Psal. CIX. 1-3. [14] Matth. XXII, 42. [15] ibid. 43, 44.

Digitized by Google

sint omnia, tam quæ sunt in cœlis, quam quæ sunt supra terram, sive visibilia, sive invisibilia. » Æquum igitur est, solum eum paternæ similitudinis habere dominium, sicut et solum esse Patris consessorem declaratum est. Patet igitur nulli creaturarum fas esse sortiri dexteram omnipotentis principatus et imperii, nisi ei uni soli quem ex præmissis varie et theologice demonstravimus. **221** Attende igitur, quemadmodum hic unum et eumdem supremus et omnia sub se habens Dominus, voce illa donat, « Sede a dextris meis; » et illa, « ante Luciferum genui te. » Deinde cum jurisjurandi confirmatione, inconcussum atque immutabilem in infinitum ævum permansuri sacerdotii honorem ei largitur : « Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum. » At enim quis hic tandem intelligatur? nempe non vir mortalis ullus, ac ne angelicæ quidem naturæ quispiam, qui a Deo quidem sit factus, in æternum vero sacerdos constitutus, sed solus ille qui in iis, quæ antea citavimus oraculis, dixit : « Creavit me initium viarum suarum in opera sua. Ante sæculum fundavit me, in principio antequam montes stabilirentur, et ante omnes colles gignit me [16]. » Adhibe vero animum diligenter, et cogitationem intende, tum ad præsentem psalmum, tum ad eas quæ antea expositæ sunt voces. In hoc enim ingenitus Deus eum qui ab ipso est, et noster Dominus est, sedere secum una jubet, dicens : « Sede a dextris meis. » In altero vero, quem ante hunc ipsum exposuimus, sedem in sæculum sæculi manere, oraculum affirmabat, Deum interim illum appellans in illis verbis, ubi ait : « Sedes tua Deus in sæculum sæculi [17]. » Rursus in eo qui nunc inter manus versatur, « virgam, inquit, virtutis emittet tibi Dominus ex Sion [18], » in illo autem, « virga directionis, virga regni tui [19]. » Et rursus hic quidem ait : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, et dominaberis in medio inimicorum tuorum [20]. » Ille vero, « sagittæ tuæ acutæ, potentes in corde inimicorum regis. » Ergo etiam ea quæ ad ejus, de quo agimus, inimicos pertinent, in utroque sibi ipsa consentiunt. Quis ergo modo suis oculis cernens in mediis urbibus, in vicis ac regionibus, in toto orbe florentes Salvatoris nostri Ecclesias, et eos in quibus dominatur populos, et innumerabili virorum multitudine refertos conventus, qui illi consecrati sunt, quique undique tum ab iis qui inter homines cernuntur, tum ab effugientibus visum nostrum, et occultis inimicis atque hostibus ejus doctrinæ quæ a Christo tradita est, circumsessi, non admiretur præsens oracultum, quod ad ejus personam enuntiatum est, et de quo hic canitur, illud utique : « Dominare in medio inimicorum tuorum? » Deinde quoniam in eo qui antecessit, dictum est illum unctum esse **222** oleo exsulta-

ρικῆς ἀρχῆς τε καὶ βασιλείας, εἰ μὴ ἄρα ἑνὶ μόνῳ τῷ διὰ τῶν προκειμένων ποικίλως θεολογουμένῳ. Ἐπίστησον οὖν, ὡς πρὸς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁ ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πάντων Κύριος καὶ τὴν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, » δωρεῖται φωνὴν, καὶ τὴν, « Πρὸ Ἑωσφόρου γενέννηκά σε. » Μεθ' ὅρκου δὲ διαβεβαιώσεως, ἀσειστον καὶ ἀπαράβατον αὐτῷ τὴν τιμὴν τῆς εἰς ἄπειρον αἰῶνα διαρκοῦς ἱερωσύνης παραδίδωσιν· « Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς αἰῶνα. » Τίς δ' ἂν ἐπινοοῖτο; οὔτι δὴ θνητὸς ἀνὴρ, ἀλλὰ οὐδὲ τῆς ἀγγελικῆς φύσεως, ὑπὸ Θεοῦ μὲν γεγεννημένος, εἰς αἰῶνα δὲ ἱερωμένος, ὁ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰπών· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Καὶ πρόσχες δὲ ἐπιμελῶς τὸν νοῦν, ἐπιστήσας τῷ τε παρόντι ψαλμῷ, καὶ ταῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου παρατεθείσαις φωναῖς. Ἐν μὲν γὰρ τούτῳ ὁ ἀνωτάτω Θεὸς σύνθρονον τὸν δεύτερον, καὶ ἡμῶν Κύριον, ἑαυτοῦ καθίστησι, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου· » ἐν δὲ τῷ πρὸ τούτου τὸν θρόνον εἰς αἰῶνα αἰῶνος διαμένειν, ὁ λόγος ἔφησεν, ὁμοῦ Θεὸν αὐτὸν ἀναγορεύων δι' ὧν φησιν· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. » Πάλιν ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας, « Ῥάβδον, » φησὶ, « δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών· » ἐν δ' ἐκείνῳ, « Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Καὶ αὖθις ὁ μὲν παρών φησι· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου, καὶ κατακυριεύσεις ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου· » ὁ δὲ πρόσθεν· « Τὰ βέλη σου ἡκονημένα, δυνατὰ ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. » Οὐκοῦν καὶ τὰ περὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ δηλουμένου ἐν ἀμφοτέροις συνάδει. Τίς δῆτα οὖν, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν, ἔν τε κώμαις καὶ χώραις, καθ' ὅλης τε τῆς οἰκουμένης, ἀνθούσας τὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίας, τούς τε πρὸς αὐτοῦ κυριευομένους λαοὺς, καὶ μυρίανδρα πλήθη τῶν αὐτῷ καθωσιωμένων, πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ὁρωμένων τε ἐν ἀνθρώποις, ἀοράτων τε καὶ ἀφανῶν ἐχθρῶν, καὶ πολεμίων τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας κυκλούμενα, οὐκ ἂν θαυμάσειε τὸν παρόντα χρησμὸν, εἰς πρόσωπον ἀναφωνηθέντα τοῦ θεσπιζομένου, τό· « Κατακυρίευε ἐν μέσῳ τῶν ἐχθρῶν σου; » Καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ πρόσθεν κεχρίσθαι τῷ ἐλαίῳ τῆς ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου, ἱερέων δὲ οἰκεῖον ἦν παρ' Ἑβραίοις τὸ χρίεσθαι· εἰκότως ὁ μετὰ χεῖρας ἤδη λευκότερον ἱερέα αὐτὸν ἐπιφημίζει, πλείονα προτιθεὶς περὶ αὐτοῦ διδασκαλίαν, δι' ἧς μόνον αὐτὸν παρὰ τοὺς πώποτε αἰώνιον ἱερέα εἶναι παιδεύει, ὅπερ οὐδεμιᾷ ἀνθρώπου φύσει δυνατὸν ἐφαρμόζειν. Κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἱερᾶσθαι φησιν αὐτὸν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κατὰ τὴν Μωσέως διάταξιν ἱερέως, ἤτοι τοῦ Ἀαρὼν, ἢ καὶ τινος τῶν ἐξ ἐκείνου· ὧν ἕκαστος μὴ ὢν πρότερον ἱερεὺς, ὕστερόν ποτε δι' ἀνθρώπων ἀλοιφῇ τινι σκευαστῇ χριόμενος, ὡς ἐν τύποις εἰπεῖν καὶ συμβόλοις, σκιώδης τις καὶ εἰκονικὸς Χριστὸς ἀπετελεῖτο· ἀλλὰ καὶ ἄτε θνητὸς ὢν οὐκ εἰς μακρὸν ἀπετίθετο τὴν ἱερωσύνην.

[16] Prov. VIII, 23-25. [17] Psal. XLIV, 7. [18] Psal. CIX, 2. [19] Psal. XLIV, 7. [20] Psal. CIX, 2.

Digitized by Google

Καὶ παρὰ μὲν τῷ Ἰουδαίων μόνῳ ἱερᾶτο λαῷ, οὐ μὴν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν. Ἀλλὰ οὐδὲ μεθ' ὁρκωμοσίας Θεοῦ ἐπὶ τὴν λειτουργίαν παρῆει, κρίσει δὲ ἀνθρώπων τιμώμενος· ὡς καί ποτε μὴ ἄξιον εὑρίσκεσθαι ἐν αὐτοῖς τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας, οἷος ἀναγέγραπται ὁ Ἠλεί. Ἔτι πρὸς τούτοις ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος ἱερεύς, ὁ κατὰ τὴν Μωσέως διάταξιν, ἐκ μόνης ἐξεκρίνετο φυλῆς τῆς Λευΐ· ἔδει δὲ ἐξ ἅπαντος καὶ τὸ γένος ἐκ τῆς τοῦ Ἀαρὼν διαδοχῆς αὐτὸν φέρειν, θύμασί τε ζώων ἀλόγων καὶ αἵμασι, σωματικῇ γε λατρείᾳ θεραπεύειν τὸ θεῖον. Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ ὠνομασμένος, ὃ μεταλαμβάνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα βασιλεὺς Σαλήμ, ὃ καὶ αὐτὸ ἂν εἴη βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, οὐκ ἔχων κατὰ τὴν ἱστορίαν οὐκ ἀρχὴν ἡμερῶν, οὐ ζωῆς τέλος, ἀλλ' οὐδὲ κοινόν τι φέρων πρὸς τὸν τῆς τοῦ Ἀαρὼν ἱερωσύνης τρόπον. Οὔτε γὰρ ὑπ' ἀνθρώπων ἤρητο, οὐκ ἐλαίῳ σκευαστῷ κέχριστο, οὐ (1) γένος ἦν τῶν μηδὲ φανέντων πω· καὶ τὸ πάντων γε παραδοξότατον, ὅτι μηδὲ τὴν σάρκα περιτέτμητο, καὶ ὅμως τὸν Ἀβραὰμ εὐλογεῖ, ὡσὰν πολὺ κρείττων αὐτοῦ τυγχάνων. Ἀλλὰ οὐδὲ θυσίαις καὶ σπονδαῖς τῷ ὑψίστῳ ἱερᾶτο Θεῷ, οὐδὲ μὴν παρὰ τῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ ναῷ τὴν λειτουργίαν ἐξετέλει· πῶς γὰρ τῷ μηδὲ ὄντι; Εἰκότως οὖν, ἐπεὶ καὶ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι τῷ Χριστῷ, οὐδὲν μὲν τῷ Ἀαρὼν ἐμφερὲς ἔμελλε συμβήσεσθαι. Οὔτε γὰρ μὴ ὢν πρότερον, ὕστερόν ποθ' ἱερεὺς ἀναδέδεικται, καὶ ἱερεὺς οὐ γενόμενος, ἀλλὰ ὤν. Προσεκτέον γὰρ ἐπιμελῶς τῷ· « Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. » Οὐ γὰρ ἔσῃ, φησὶ, μὴ ὢν πάλαι· ἀλλ' οὐδ' ἦσθα μὲν πάλαι, νῦν δὲ οὔ· ἀλλὰ παρὰ τοῦ φήσαντος, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, » σὺ εἶ, καὶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα διαμένεις. Ἐπεὶ οὖν οὔτε ἀπὸ χρόνου τῆς ἱερωσύνης ἁπήρξατο, οὔτε ἐκ φυλῆς ἱερωμένων ὁ Χριστὸς, οὐδὲ διὰ σκευαστοῦ καὶ σωματικοῦ ἐλαίου κέχριστο, οὐδὲ τέλος ἕξειν ἔμελλε τῆς ἱερωσύνης, οὐδὲ μόνοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἔθνεσι καταστήσεσθαι· τούτων ἕνεκα πάντων εἰκότως αὐτὸν τῆς μὲν κατὰ τὸν τύπον Ἀαρὼν λειτουργίας ἀπαλλάττει, κατὰ τὴν τάξιν δὲ Μελχισεδὲκ ἱερέα φησὶν ἔσεσθαι. Καὶ τό γε ἀποτέλεσμα τοῦ χρησμοῦ θαυμάσιον συνορῶντι, ὅπως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τῷ τοῦ Μελχισεδὲκ τρόπῳ τὰ τῆς ἐν ἀνθρώποις ἱερουργίας εἰσέτι καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ θεραπευτῶν ἐπιτελεῖ. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος, ἱερεὺς ἐθνῶν τυγχάνων, οὐδαμοῦ φαίνεται θυσίαις σωματικαῖς κεχρημένος, οἴνῳ δὲ μόνῳ καὶ ἄρτῳ τὸν Ἀβραὰμ εὐλογῶν, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἔπειτα οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες ἱερεῖς ἀνὰ πάντα τὰ ἔθνη τὴν πνευματικὴν ἐπιτελοῦντες κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς ἱερουργίαν, οἴνῳ καὶ ἄρτῳ, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου αἵματος αἰνίττονται τὰ μυστήρια, τοῦ Μελχισεδὲκ ταῦτα πνεύματι θείῳ προτεθεωρηκότος, καὶ τῶν μελλόντων ταῖς εἰκόσι προκεχρημένου, ὡς ἡ Μωσέως Γραφὴ μαρτυρεῖ, λέγουσα· « Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλὴμ ἐξήνεγκεν ἄρτους

A tionis præ participibus tuis, et sacerdotum id erat proprium apud Hebræos ut ungerentur : merito in eo quem nunc tractamus, jam clarius et certius illum consecrat sacerdotem, plura etiam de illius doctrina proponens, per quam ipsum solum præ hominibus qui unquam aut fuerint aut futuri sint, æternum sacerdotem esse demonstrat, quod sane nusquam ut ulli naturæ hominis accommodetur, fieri poterit. Secundum ordinem Melchisedec sacerdotem constitui illum ait, ut ab eo differat qui secundum Mosis constitutionem erat sacerdos, qui quidem aut Aaron sit accipiendus, aut alius quispiam ex iis qui ab illo oriundi sint : quorum quisque cum prius sacerdos non esset, posterius aliquando per homines unguento quodam artificiose confecto ungebatur, et sic figurate, ut ita dicam, et per signa quædam, adumbratus quidam et imaginarius Christus efficiebatur : præterea tanquam is qui mortalis esset, haud ita multo post sacerdotium deponebat. Adde quod apud unum Judæorum populum sacerdotio fungebatur, non autem apud alias item nationes. Neque vero cum jurejurando Dei, ad talem functionem accedebat, sed judicio hominum electus. Itaque nonnunquam etiam aliquis ex illis inventus est tali ministerio non dignus, qualis Heli plane descriptus est. Ad hæc, vetus ille sacerdos, qui a Mose institutus fuerat, ex sola tribu Levi eligi poterat : et oportebat omnino illum genus quoque trahere de successione ipsius Aaron, sacrificiisque brutorum animalium et cruoribus, corporalique adoratione rei divinæ inservire. At vero, qui Melchisedec est nominatus, quod nomen in nostram linguam conversum, regem justitiæ significat, et qui fuit rex Salem, quod ipsum item sit, rex pacis, sine patre, sine matre, sine generis serie, non habens in historia, neque initium dierum, neque vitæ finem, ac ne referens quidem cum Aaron sacerdotii ritu commune quidquam invenitur. Nam neque ab hominibus electus fuerat, neque oleo composito unctus, neque de genere illorum editus, qui nondum exstiterant : et quod omnium maxime admirabile est, ne corpore quidem erat circumcisus, et tamen ipsi Abraham benedicit, tanquam is qui illo sit longe præstantior. Adde quod neque sacrificiis neque libationibus, altissimo Deo operabatur, neque vero in templo quod Hierosolymis esset, suum munus obibat : qui enim in eo, quod nondum erat? **223** Et merito sane, quando ne nostro quidem Salvatori Christo, eventurum quidquam erat ipsi Aaron simile. Nam neque qui prius non fuisset, posterius est aliquando sacerdos declaratus ; neque is qui exstitisset sacerdos, sed qui est. Diligenter enim attendendum est illud : « Tu es sacerdos in æternum. » Non enim, eris, ait, qui olim non fueris, ac ne fuisti quidem antea, nunc autem non es, sed ab eo qui dixit, « Ego sum qui sum[21], » tu es,

[21] Exod. III, 14.

(1) Οὐ. Anne οὔ? Edit.

Digitized by Google

διελληφεν. Ἡ μὲν γὰρ τῆς προφητείας λέξις, « Ὁ ἐρχόμενος, » φησὶν, « ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει. » Καὶ ἐπιφέρει· « Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, » ὅπερ συναπτόμενον, ἀνάγεσθαι δόξειεν ἂν ἐπὶ τὸν ἐρχόμενον, καὶ οὐ χρονίζοντα, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Πῶς γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον ἁρμόσει τὸ λέγεσθαι μὴ εὐδοκεῖν ἐν αὐτῷ τὸν Θεόν; Ἀλλ' ἡ τῆς διαστολῆς παράθεσις ἐναλλάξασα τὴν τοῦ λόγου σύνταξιν, τὴν διάνοιαν ἐσώσατο. Μετὰ γὰρ τὸ, « Ἔτι μικρὸν ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει, » ἐξῆς συνῆψε τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Εἶτα τὸ ἐν τῇ προφητείᾳ πρῶτον κείμενον, ὑπέταξε δεύτερον ἐν τῷ, « Καὶ ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. » Ἅπαξ γὰρ θεσπίσας ὁ λόγος διὰ τῆς προφητείας, ὅτι δὴ τὸ φῶς τὸ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπηγγελμένον, διὰ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ὀψέ ποτε καὶ ἑσπέρας ἀνατελεῖ, καὶ οὐ διαψεύσεται (οὕτω γὰρ ἀντὶ τοῦ, « καὶ οὐκ εἰς κενὸν, » ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν)· ἔπειτα διὰ τὸ μέλλειν ὀψὲ καὶ ἑσπέρας ἔσεσθαι τὴν τοῦ προφητευομένου παρουσίαν, εἰς ὑπομονὴν παρακαλέσας διὰ τοῦ, « Ἐὰν ὑστερήσῃ, ὑπόμεινον αὐτὸν, » ἢ « ἐὰν μελλήσῃ προσδέχου αὐτόν· ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ, » ἐπὶ τὴν πίστιν τῆς προῤῥήσεως τὸν ἀκροατὴν παρορμᾷ λέγων· Ὁ δὴ τούτοις πιστεύων, ἐξ αὐτῆς τῆς πίστεως αὐτοῦ δίκαιος ἀναδειχθεὶς, τὴν κατὰ Θεὸν ζήσεται ζωήν· ὡς ἔμπαλιν ὁ ἀπιστῶν, ἐν οἷς ὑποστείληται μὴ θαρσήσας, μηδὲ ἐμπιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. Οὐκοῦν καὶ αὐτοὶ τούτοις ἀκολούθως, ἐναλλάξαντες τὸ πρῶτον ὕστερον, καὶ μεταθέντες τὸ ὕστερον ἐπὶ τὸ πρῶτον, σώσομεν τὸν νοῦν τῆς λέξεως, μετὰ τὸ, « Ὅτι ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονίσει, » καθ' ὑπερβατὸν συνάπτοντες τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται, » καὶ τούτῳ ἐπιλέγοντες τὸ, « Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. » Ταύτῃ δὲ καὶ ὁ Ἀκύλας τῇ διανοίᾳ συντρέχει λέγων· « Ἐὰν μελλήσῃ, προσδέχου αὐτὸν, ὅτι ἐρχόμενος ἐλεύσεται, καὶ οὐ βραδυνεῖ· ἰδοὺ νωχελευομένου, οὐκ εὐθεῖα ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ, καὶ δίκαιος ἐν πίστει αὐτοῦ ζήσεται. »

A eo [74]. » Et sane specta, quemadmodum quod a propheta obscurius positum est, propterea quod per trajectionem prolatum sit, Epistola in sensum planiorem transtulerit; verba enim prophetiæ sic habent : « Veniens veniet, et non morabitur; » et adjungit : « Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » Quod quidem dum ita conjungitur, facile referendum esse videatur ad eum qui venturus est, et non morabitur; at id quidem perquam absurdum. Qui enim fieri potest ut illi accommodetur quod dicitur, non placere sibi in eo animam suam, si de Deo sit sermo? Sed distinctio quæ apposita est, cum verborum structuram mutaverit, sensum conservavit. Nam post illud : « Adhuc modicum aliquantulumque, qui venturus est B veniet, et non tardabit, » continuo adjunxit illud : « Justus autem ex fide vivet, » Deinde illud quod in prophetia primum positum est, secundo loco subjecit, ubi ait : « Quod si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » Cum enim semel oraculum per ipsam prophetiam cecinerit, lucem omnibus promissam gentibus per Christi adventum aliquando tandem et ad vesperum orituram, et non frustraturam (sic enim pro eo quod est, « et non in vanum, » Aquila est interpretatus); deinde quod sero et ad vesperum futurus esset ejus, de quo prophetia loquitur, adventus, ideo illis verbis, « Si tardius veniet, exspecta illum, » vel, « si cunctabitur, accipe illum; quoniam veniens veniet, et non tardabit, » ad patientiam vocans auC ditorem, ut vaticinio fidem adhibeat, hortatur, dicens, eum qui his rebus crediderit, ubi ex sua ipsius fide justus declaratus fuerit, vitam quæ Deo placeat, victurum, sicut e contrario, qui non crediderit, ubi subtraxerit se, non confidens neque credens his quæ dicta sunt, futurum ut non bene sibi placeat anima in eo. Ergo nos quoque ipsa hæc sequentes, si commutaverimus ita ut quod prius est, posterius, quod vero posterius est, translatum prius faciamus, sensum verborum integrum conservabimus : sic enim post illud, « Quoniam veniens veniet et non morabitur, » statim subjungemus illud, « Justus autem meus ex fide vivet, » et huic ipsi connectemus illud, « Si subtraxerit se, non bene sibi placet anima mea in eo. » **278** Cum hoc vero sensu etiam Aquila concordat dicens : « Si cunctabitur accipe illum, quoniam veniens veniet et non tardabit; ecce si tardus sit, non recta anima mea in eo, et justus ex fide ipsius vivet. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

CAPUT XV.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς ἐπίφοβος ἡ περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν καθόδου τοῦ Κυρίου ἀκοὴ τυγχάνει, καὶ μετὰ ἐκπλήξεως τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐλθόντος τε αὐτοῦ ἡ σύμπασα γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλησθήσεται, ὅ τέ γε τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ λόγος εἰς πάντας ἀνθρώπους διαδραμεῖται.

Ab eodem. — Quod terribilis sit auditus descensus Domini de cœlo, et facta illius cum admiratione, quodque cum ipse venerit, universa terra ipsius laude complebitur, et Novi ipsius Testamenti verbum ad omnes homines penetrabit.

« Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην. Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην· ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ· ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ· ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου ἐν ὀργῇ,

« Domine, audivi auditionem tuam, et timui. Intellexi opera tua, et obstupui : in medio duarum vitarum cognosceris, dum anni appropinquabunt, notus fies, dum aderit tempus declaraberis. Dum perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ

[74] Hebr. x, 35-38.

Digitized by Google

memor eris. Deus de Thama veniet, et sanctus de monte umbroso denso : cooperuit cœlos virtus ejus, et laude ejus plena est terra, et splendor ejus ut lumen erit. Cornua in manibus ejus, et posuit dilectionem fortem roboris sui : ante faciem ejus ibit Verbum, et egredietur in campos [15]. » cum enim ipse seipsum audisset propheta sanctus, ac potius divinum qui ipsum afflabat, quique in ipso canebat Spiritum, de eo de quo ipsa prophetia loquitur, dicentem : « Quod veniens veniet et non morabitur, justus autem ex fide mea vivet [16], » cumque credidisset illum esse justum oraculo, in his verbis quæ nunc in manibus sunt, ita ait : « Domine, audivi auditionem tuam et timui, » et quæ sequuntur ; in quibus manifestissime Deum ad homines venturum denuntiat. Quis vero alius hic sit qui olim cognosceretur, et post aliquando dum anni appropinquabunt, esset agnoscendus, et per id tempus de quo prophetia loquitur, declarandus : quis, inquam, hic sit **279** nisi ille ipse qui antea dictus est universi Dominus? qui etiam hoc comprobato vaticinio, in consummatione sæculorum ita nuntiatus est ac prædicatus, ut omnes homines exaudierint. Hujusce igitur ea, quæ palam in sacris Evangeliis descripta sunt, facta, corporis videlicet, quod assumpsit de Virgine generationem, item quemadmodum « cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed seipsum exinanivit formam servi accipiens [17] » ; præterea quæ miracula in hominibus degens ediderit, nec non quæcumque contra ipsum ausa est Judaica gens, omnia, inquam, hæc et alia similia his cum animæ oculis providisset, quæque eventura in posterum exspectabantur, divino Spiritu docente, purgatissima intelligentia percepisset, ex iis quæ hoc modo audierat, se obstupuisse ac timuisse fatetur propheta, dicens : « Domine, audivi auditionem tuam, et timui : Domine, intellexi opera tua, et obstupui. » Salvator autem ac Dominus noster, ipsum utique hoc Dei Verbum, in medio duarum vitarum cognitus est. Non enim *duorum animalium* est legendum, sed *duarum vitarum*. Duarum ergo vitarum, inquit, medium cognosceris. Cum enim una secundum Deum sit vita, et altera secundum hominem, et illa quidem mortalis, hæc vero sempiterna, merito cum utramque expertus esset Dominus, atque eo modo venisset, in medio duarum vitarum esse cognitus dicitur, ex interpretatione quam Septuaginta ediderunt. Nam ex ea quam Aquila edidit, non item, sed sic : « Dum appropinquant anni, vivifica illud. » Sed quidnam est illud, nisi quod ait : « opus tuum ? » Theodotion vero ita ait : « In medio annorum vivifica ipsum. » Et Symmachus : « Intra annos reviviscere fac ipsum, » interpretatus est. Cum igitur omnes, « vivifica ipsum, » dixerint, plane non de quibusdam veluti brutis, aut etiam ratione præditis animalibus, sermonem esse declararunt. Quapropter cum apud

ἐλέους μνησθήσῃ. Ὁ Θεὸς ἐκ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ· καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. Κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ, καὶ ἔθετο ἀγάπησιν κραταιὰν ἰσχύος αὐτοῦ. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ προπορεύσεται λόγος, καὶ ἐξελεύσεται εἰς πεδία. » Ἐπακούσας δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ, μᾶλλον δὲ τοῦ ἐμπνέοντος καὶ ἐνθεσπίζοντος ἐν αὐτῷ θείου Πνεύματος, ὁ ἱερὸς προφήτης περὶ τοῦ προφητευομένου φήσαντος, ὅτι, « Ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσει, » πιστεύσας τε ὡς δίκαιος τῷ χρησμῷ, διὰ τῶν μετὰ χεῖράς φησι· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν σαφῶς Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἥξειν καταγγέλλει. Τίς δὲ ἂν οὗτος εἴη ὁ πάλαι γνωριζόμενος, ὕστερον δέ ποτε ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη γνωσθησόμενος, καὶ κατὰ τὸν προφητευόμενον χρόνον ἀναδειχθησόμενος, ἢ ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ προδηλωθεὶς δεύτερος τῶν ὅλων Κύριος, ὁ καὶ τῇ προῤῥήσει ἀκολούθως, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἐξάκουστον πᾶσιν ἀνθρώποις κηρυχθείς ; Τούτου δὴ οὖν τὰ ἀνάγραπτα ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἔργα, τὴν ἐκ Παρθένου δηλονότι, οὗ ἀνείληφε σκήνους, γένεσιν, καὶ « ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλὰ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, » τάς τε ἐπιτελεσθείσας αὐτῷ εἰς ἀνθρώπους παραδοξοποιΐας, καὶ τὰ κατ' αὐτοῦ γε τετολμημένα τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς προλαβών, τά τε μέλλοντα συμβήσεσθαι κεκαθαρμέναις ταῖς διανοίαις παρὰ τοῦ διδάσκοντος αὐτὸν θείου Πνεύματος μαθών, ἐκστῆναι ὁ προφήτης ἐπὶ τοῖς ἀκουσθεῖσι καὶ πεφοβῆσθαι ὁμολογεῖ, φάσκων· « Κύριε, εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου, καὶ ἐφοβήθην· Κύριε, κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην. » Ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ Κύριος ἡμῶν, αὐτὸς οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐν μέσῳ δύο ζωῶν ἐγνώσθη· πληθυντικῶς ἐνταῦθα καὶ περισπωμένως τῶν ζωῶν, ἀπὸ ἑνικοῦ τοῦ τῆς ζωῆς ὀνόματος ἐξακουομένων. Οὐ γὰρ παροξυτόνως τῶν ζώων, ἀπὸ οὐδετέρου τοῦ ζώου λέγεται, ἀλλὰ ζωῶν περισπωμένως ἀπὸ πληθυντικῆς εὐθείας τῆς, *αἱ ζωαί*. Δύο οὖν, φησὶ, ζωῶν μέσον γνωσθήσῃ. Μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς, καὶ θατέρας τῆς κατὰ ἄνθρωπον· καὶ τῆς μὲν θνητῆς, τῆς δὲ ἀϊδίου· ἀμφοτέρων εἰκότως ὁ Κύριος διὰ πείρας ἐλθών, ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθῆναι λέγεται, κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀκύλαν οὐχ οὕτως, ἀλλ', « Ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ζώωσον αὐτό, » εἴρηται. Τί δὲ αὐτό, ἢ « Τὸ κάτεργόν σου ; » φησί· Καὶ ὁ Θεοδοτίων δέ φησιν· « Ἐν μέσῳ ἐτῶν ζώωσον αὐτόν. » Καὶ ὁ Σύμμαχος, « Ἐντὸς τῶν ἐνιαυτῶν ἀναζώωσον αὐτὸν, » ἐκδέδωκε. Πάντες οὖν « ζώωσον αὐτὸν » εἰπόντες, σαφῶς, ὅτι μὴ περὶ οἷον ἀλόγων τινῶν ἢ λογικῶν ζώων ὁ λόγος τυγχάνει παρέστησαν. Διὸ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα λεγομένου τοῦ, « Ἐν μέσῳ δύο ζωῶν γνωσθήσῃ, » οὐ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐξειλήφαμεν, ἀλλὰ δύο ζωὰς τοῦ προφητευομένου δηλοῦσθαι ἔφαμεν· μίαν μὲν τὴν ἐν-

[15] Habac. III, 1-6. [16] Habac. II, 3. [17] Philipp. II, 6, 7.

Digitized by Google

θεον, ἑτέραν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην. Τούτοις ὁ προφήτης ἐπιλέγει· « Ἐν τῷ ταραχθῆναι τὴν ψυχήν μου ἐν ὀργῇ, ἐλέους μνησθήσῃ· » διδάσκων, ὅτι τὸν τοῦ πάθους τοῦ προφητευομένου καιρὸν συνιδὼν τῷ πνεύματι, τεθορύβητο. Πλὴν ἀλλ' ἐν αὐτῷ τούτῳ, φησὶ, τῷ καιρῷ, ἐφ' ᾧ τὴν ψυχὴν ἐταράχθην, ὀργῆς τοῖς ἀνθρώποις οὐδεπώποτε ἄλλοτε ἐπαιωρηθείσης διὰ τὰς τολμηθείσας κατὰ τοῦ Κυρίου δυσσεβείας, ἐλέους αὐτὸς ὁ φιλανθρωπότατος Κύριος ἀντὶ ὀργῆς ἐμνήσθη, ὡσὰν ἀγαθοῦ τυγχάνων Πατρὸς Υἱός. Τὸ γοῦν πάθος αὐτοῦ τῷ παντὶ κόσμῳ σωτηρίας τῆς κατὰ Θεὸν, καὶ ἐλέους κατέστη αἴτιον. Τούτοις ἐπιλέγεται· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει. » Τὸ δὲ Θαιμὰν μεταλαμβάνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν *συντέλεια*· ὡς μηδὲν διαφέρειν, εἰ σαφῶς ἐλέγετο· Ὁ Θεὸς ἐπὶ συντελείᾳ ἥξει. Ἐπὶ γὰρ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος καὶ ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις ἐπέφηνεν ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐεργεσία. Τάχα δὲ καὶ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον ἐν τούτοις ἄφιξιν θεσπίζει· ὥστε ἀπὸ ἑτέρας ἀναγινώσκεσθαι ἀρχῆς τὰ ἀπὸ τοῦ, « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, » ὡς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἤδη ὄντος αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν κατὰ τὰ νότια μέρη τοῦ οὐρανοῦ. Μεταλαμβάνεται γὰρ Θαιμὰν εἰς τὸν *Νότον*. Διόπερ ὁ Θεοδοτίων τοῦτον ἑρμηνεύει τὸν τρόπον· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Νοτίου ἥξει. » Τὸ δὲ ἑξῆς εἰρημένον, « Καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος, » νοήσεις, παραθεὶς τὰς οὕτως ἐχούσας ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ φωνάς· « Ἑώρακα τὴν νύκτα, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ἵππον πυρρὸν, καὶ οὗτος εἱστήκει ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων. » Τοῦτον γοῦν τὸν ἐπιβεβηκότα ἐπὶ ἵππον πυρρὸν, καὶ ἑστῶτα ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων τῶν κατασκίων, αὐτὸν ἡγοῦμαι εἶναι τὸν ἐν τῇ μετὰ χεῖρας δηλούμενον προφητείᾳ, φασκούσῃ τὸν ἅγιον ἥξειν ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. Ἐν ἑκατέροις γοῦν ὄρη κατάσκια λέλεκται· καὶ ἡγοῦμαι τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ τυγχάνειν, ὃν ἐφύτευσεν ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, ἢ καὶ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ· ὄρη γὰρ κύκλῳ αὐτῆς, καὶ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Ταῦτα γοῦν διὰ τὸ πλήρη τυγχάνειν θείων δυνάμεων καὶ πνευμάτων ἁγίων, ὡσὰν σύμφυτα καὶ ἀμφιλαφῆ, κατάσκια λέγεται. Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ Ζαχαρίᾳ σαφῶς ἀνὴρ ἐποχούμενος ἵππῳ πυρρῷ θεωρεῖται αὐτῷ, τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῆς σαρκὸς, ἣν ἐπωχήσατο, δηλουμένης. Ἐνταῦθα δὲ Κύριος καὶ ἅγιος ὠνόμασται. Ὡς γὰρ ἐκ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους τὴν ἄφιξιν πεποιημένος, καὶ ὡσὰν ἐκ τῶν θειοτέρων χωρίων ἐπιφοιτήσας, λέγεται· « Ὁ Θεὸς ἀπὸ Θαιμὰν ἥξει, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ ὄρους κατασκίου, δασέος. » Εἶτα ἑξῆς ἐπιλέγει « Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, καὶ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ πλήρης ἡ γῆ, καὶ φέγγος αὐτοῦ ὡς φῶς ἔσται. » Δι' ὧν ἤ τε εἰς οὐρανοὺς ἔνδοξος αὐτοῦ βασιλεία παρίσταται, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα γενομένη τε καὶ ἐπὶ πλεῖον γενησομένη εἰς πᾶσαν τὴν γῆν τῆς περὶ αὐτοῦ διδασκαλίας αἴνεσις. Τὸ δὲ, « Κέρατα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, » τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὰ σύμβολα δηλοῖ· ὅτι ὧν κεράτων τὰς

A Septuaginta sit dictum, « in medio duarum vitarum » cognosceris, » non ex sententia eorum, qui nos antecesserunt, hoc accepimus, sed duas ejus, de quo prophetia loquitur, vitas significari diximus, unam quidem divinam, alteram vero humanam. His quæ dicta sunt, propheta deinceps adjungit : « Dum perturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ memor eris ; » sic interim docens, quod cum spiritu tempus illud providisset, quo passurus erat is de quo ipsa prophetia texitur, perturbatus sit. **280** Verumtamen in hoc ipso tempore, inquit, in quo animo perturbatus sum, propterea quod alias nusquam talis hominibus ita impenderit, propter facinora adversus Dominum perpetrata, misericordiæ ipse clementissimus Dominus non
B iræ recordatus est, utpote qui boni Patris sit Filius. Proinde extremum illius supplicium salutis secundum Deum, et misericordiæ toti mundo causa exstitit. Sequitur illud : « Deus de Thæman veniet. » Dictio autem illa Thæman, si in nostram linguam convertatur, *consummatio* est, ut nihil intersit, si clare dictum fuerit : Deus in consummatione veniet. Nam in consummatione sæculi, et in hisce extremis diebus per Salvatorem nostrum, summi Dei nobis illuxit beneficentia. Fortasse etiam secundum ejusdem, gloriosumque in his verbis adventum canit, ut altero initio facto, legenda sint verba ab illo loco : « Deus de Thæman veniet, » tanquam si in consummatione sæculi ipse venturus sit ab iis, qui ad australes cœli partes spectant.
C Accipitur enim Thæman pro eo quod est *Auster*. Quocirca Theodotion ad hunc interpretatus est modum : « Deus ab Austro veniet. » Quod autem sequitur : « Et sanctus de monte umbroso denso : » poteris intelligere, si quæ in Zacharia sic se habent, apposueris voces : « Vidi per noctem, et ecce vir ascendens super equum rufum, et hic stabat inter montes umbrosos [78]. » Hunc igitur qui ascendit super equum rufum, et insistit inter montes umbrosos, ipsum illum puto esse qui in præsenti prophetia significatur, quæ ait, « sanctum venturum de monte umbroso denso. » Certe utrobique montes
D umbrosi habentur ; et arbitror esse eos in paradiso Dei, quem plantavit in Eden ad Orientem ; aut etiam apud cœlestem Jerusalem ; montes enim in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui. Hi ergo montes, eo quod divinis potestatibus et sanctis spiritibus referti sint, quasi consiti et large his exuberantes, umbrosi dicuntur. Et in Zacharia quidem plane vir cernitur, qui equo rufo invehitur, cum sit interim Salvatoris nostri, et humana assumpta natura, et corpus quo quasi vehiculo utebatur, declaretur ; at hic Deus et sanctus nominatus est. Tanquam enim is qui a Deo ad homines descensurus esset, et tanquam de divinioribus locis profecturus, dicitur Deus de Thæman venturus, et sanctus de monte umbroso denso.

[78] Zach. I, 8.

Digitized by Google

281 Deinceps adjungit : « Cooperuit cœlos virtus ejus, et laudis ejus plena est terra, et splendor ejus ut lumen erit. » Quibus utique verbis, simul et gloriosum ejus in cœlo regnum ostenditur, et quæ posthac futura est, longiusque duratura, atque in omnem terram penetratura, doctrinæ, quæ de illo fertur, laudatio. Illud autem : « Cornua in manibus ejus, » regni ejus insignia et notas significat, quibus cornibus, invisibiles atque adversantes potestates repellens, et victas obtinens abigit. Ordine his deinceps adjungit : « Et posuit dilectionem fortem roboris sui. » Et sane vehementis affectionis ejus ac dilectionis erga homines indicium maximum fuerit, quod ante faciem ejus incesserit verbum illud, videlicet salutare atque evangelicum, quod etiam egressum percurrerit campos, adeo ut brevi tempore totum orbem terrarum ea, quæ per ipsum omnibus hominibus conciliata sit, salute impleverit, comprobata ejus prophetiæ veritate, quæ ait : « Ante faciem ejus ibit verbum, et egredietur in campos. » In secundo autem ejusdem adventu, amplius quoque ac magis proprie Verbum ejus et his quæ dicta sunt et iis quæ deinceps sequuntur, finem imponet, quibus nunc explorandis atque indagandis tempus non adest.

CAPUT XVI.

A Zacharia. — Quemadmodum Dominus omnipotens confitetur se missum, ut auferat ea, quæ vitiosa sint.

« Hæc dicit Dominus omnipotens : Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliaverunt vos : quoniam qui tangit vos, quasi is qui tangit pupillam oculi ejus : quia ecce affero manum meam super ipsos : et erunt spolia iis qui servierint eis, et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me [79]. » Ipse Dominus omnipotens in his seipsum missum esse ait, et quisnam is sit, qui miserit, docet, ubi ait : « Et cognoscetis quod Dominus omnipotens misit me. » Igitur etiam hoc loco duos perspicue habes, qui eadem utantur appellatione, unum eum, qui misit Dominum omnipotentem, alterum eum, qui mittitur, ejusdem cum eo qui misit nominis. **282** Quem porro alium dixeris cum qui mittitur, nisi eum quem ante nos pluribus appellavimus Deum Verbum, qui a Patre missum se confitetur, et qui manifeste dixit : « Post gloriam misit me, » illud interim significans, quod qui antea fuerit in gloria apud Patrem, postea missus sit ad gentes, quæ spoliaverint vos? Cum enim ad eas gentes quæ prius populo Dei adversæ inimicæque erant, missum sit Dei Verbum, has ipsas sibi ipsi subjecit, easdem per suos discipulos deprædatus, qui portio quædam erant illius populi qui ad circumcisionem pertinet, quem quondam in servitutem redegerunt gentes, quæ ipsum illum suo simulacrorum cultu deprædatæ fuerunt. Hæc igitur passuras dicit gentes quas disposuit. Sicut enim illæ populum Dei a patria pietate ac religione avertentes, spolia propriis dæmonibus factæ sunt, ita quandoque etiam ipsæ patrio simulacrorum cultu ab iis qui ipsis an-

[79] Zach. II, 8, 9

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου. — Ὡς ὁ Κύριος ὁ παντοκράτωρ ὁμολογεῖ ὑφ' ἑτέρου Κυρίου παντοκράτορος ἐπὶ καθαιρέσει τῶν φαύλων ἀπεστάλθαι.

« Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με ἐπὶ τὰ ἔθνη, τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς· διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τοῦ ὀφθαλμοῦ αὐτοῦ. Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δουλεύσασιν αὐτοῖς, καὶ γνώσεσθε, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με. » Κύριος αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ἐν τούτοις ἑαυτὸν ἀπεστάλθαι φησὶ, καὶ τὸν ἀποστείλαντα, ὅστις εἴη, διδάσκει λέγων· « Καὶ γνώσεσθε, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με. » Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα δύο σαφῶς ἔχεις, μιᾷ χρωμένους προσηγορίᾳ, τόν τε ἀποστείλαντα Κύριον παντοκράτορα, καὶ τὸν ἀποστελλόμενον, ὁμώνυμον τῷ ἀποστείλαντι. Τίνα δ' ἂν ἕτερον εἴποις τὸν ἀποστελλόμενον, ἢ τὸν διὰ πλειόνων ἡμῖν προηγορευμένον Θεὸν Λόγον, πρὸς τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι ὁμολογοῦντα, σαφῶς δὲ εἰρηκότα, « Ὀπίσω δόξης ἀπέσταλκέ με, » δηλοῦντα, ὅτι προϋπάρχων ἐν δόξῃ τῇ παρὰ τῷ Πατρὶ, μετὰ ταῦτα ἀπέσταλτο ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ σκυλεύσαντα ὑμᾶς; Ἐπὶ γὰρ τὰ πρότερον ἐχθρὰ καὶ πολέμια τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ἔθνη ἀποσταλεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ταῦθ' ὑφ' ἑαυτὸν ἠγάγετο, σκυλεύσας αὐτὰ διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, οἵτινες ἦσαν μέρος τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ὄντινα πάλαι καταδεδούλωντο τὰ ἔθνη, σκυλεύσαντα αὐτὸν τῇ οἰκείᾳ εἰδωλολατρείᾳ. Τοῦτ' οὖν φησι πείσεσθαι τὰ ἔθνη, ἅπερ διατέθεικεν. Ὡς γὰρ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, τῆς πατρῴας εὐσεβείας μεταστησάμενα, σκῦλα τοῖς ἰδίοις δαίμοσι κατεστήσατο, οὕτω ποτὲ καὶ αὐτὰ τῆς πατρικῆς εἰδωλολατρείας πρὸς τῶν πάλαι δεδουλευκότων αὐτοῖς σκυλευθήσεται, καὶ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς καθ' Ἑβραίους εὐσεβείας μεταστήσεται. Τοῦτο δὲ ἔσεσθαί φησιν ὁ

Digitized by Google

Κύριος δι' ἑαυτοῦ, ἐπὶ τῷ τοιῷδε κατορθώματι πρὸς τοῦ Πατρὸς ἀποσταλησομένου. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ νοητάς τινας καὶ ἀοράτους δυνάμεις, ἔθνη νῦν ὀνομάζεσθαι, τὰ σκυλεύσαντα, καὶ αἰχμαλωτεύσαντα τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς, ὧν ψυχῶν οὕτω φησὶ κήδεσθαι ὁ φιλάνθρωπος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡσεί τις ἰδίας ὀφθαλμοῦ κόρης. Καὶ δεῖγμα τῆς τοιᾶσδε αὐτοῦ περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κηδεμονίας, τὸ μηδ' ὑποστείλασθαι αὐτὸν, Θεοῦ Λόγον ὄντα καὶ ἐν δόξῃ τῇ παρὰ τῷ Πατρὶ τυγχάνοντα, τὴν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν τε καὶ οἰκονομίαν ἀναδέξασθαι.

A tea servierint, spoliabuntur, et sub jugum Hebraicæ religionis traducentur. Hoc autem futurum ait Dominus per seipsum, qui ad tale munus præstandum a Patre mittendus sit. Cæterum, dixerit aliquis, etiam intelligibiles quasdam et invisibiles potestates, gentes nunc nominari, quæ spoliaverint captivasque hominum animas egerint, quarum animarum talem se curam gerere ait clementissimum Dei Verbum, qualem unusquisque oculi sui pupillæ gerit, cujus sedulitatis atque amoris erga hominum genus, signum illud erit, quod cum Dei Verbum esset, et sua gloria apud Patrem frueretur, non piguerit ipsum veniendi ad homines, atque inter eos versandi curam, dispensationemque suscipere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἥξειν οὐρανόθεν, καὶ ἐν ἀνθρώποις κατασκηνώσειν, τά τε ἔθνη εἰς αὐτὸν καταφεύξεσθαι θεσπίζει, καὶ ὡς ἀπεσταλθαι ὑπό τινος κρείττονος Κυρίου παντοκράτορος ὁμολογεῖ.

B

« Τέρπου καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος, καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, καὶ γνώσῃ, ὅτι Κύριος παντοκράτωρ ἐξαπέσταλκέ με πρὸς σέ. » Ἐπεὶ πρόκειται νῦν τὸ δεύτερον αἴτιον ἐκ τῶν προφητῶν ἀποδεῖξαι, ἀνθρώποις μέλλον ἐπὶ γῆς συμπολιτεύεσθαι, οἶμαι τούτου παραστατικὸν εἶναι καὶ τὴν παροῦσαν προφητείαν, ὡς διὰ τὸ πρόδηλον μηδὲ πλείονος ἐξεργασίας δεῖσθαι. Τηρήσεις δὲ, ὅτι καὶ τὴν αἰτίαν αὖθις τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ δηλοῖ ἐν οἷς φησι· « Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν. » Ταῦτα δὲ ὁ λόγος, τὴν θυγατέρα Σιὼν εὐαγγελίζεται, οὕτω τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ προσαγορεύων, διὰ τὸ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ θυγατέρα εἶναι δοκεῖν, μητρὸς οὔσης ἐκείνης τῶν ἁγίων, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Ἢ καὶ ἄλλως θυγάτηρ Σιὼν ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ λεχθείη ἄν, ὡσὰν ἐκ τῆς προτέρας συναγωγῆς τῶν ἐκ περιτομῆς, διά τε ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν ὑποστᾶσα, οἳ καὶ γεννήματα ἐτύγχανον μητρὸς τῆς ἀπορρίψεως διὰ τὰς οἰκείας δυσσεβείας, καὶ χήρας γεγενημένης, διὰ τὸ ἀπελάσαι τὸν ἄνδρα, διὰ τῶν προφητῶν ἐπιμεμψάμενον αὐτῇ καὶ φήσαντα· « Οὐχ ὡς ἄνδρα με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγὸν τῆς παρθενίας σου· » ὃς καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς γενομένοις τὸν τρόπον τῆς μητρὸς διαβάλλων, φησί· « Ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; » Καὶ πάλιν· « Κριθῆτε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν, κριθῆτε, ὅτι αὕτη οὐ γυνή μου, κἀγὼ οὐκ ἀνὴρ αὐτῆς. » Εἰκότως δῆτα ὡσὰν τὴν μητέρα ἀπαρνησαμένου τοῦ Κυρίου, πρὸς τὴν θυγατέρα ἡ παροῦσα προφητεία εὐαγγελίζεται τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Εἴη δ' ἂν αὕτη ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ἐν χώρᾳ θυγατρὸς τῆς προτέρας, διὰ τοὺς ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, λελογισμένη.

CAPUT XVII.

Ab eodem. — Quod ipse Dominus venturus se de cœlo, et inter homines habitaturum, gentesque ad ipsum confugituras, canit : et quod missum se esse a Domino omnipotente confitetur.

C

283 « Gaude et lætare, filia Sion, quoniam ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus, et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ei in populum, et habitabo in medio tui, et cognosces quod Dominus omnipotens misit me ad te [80]. » Quia nunc propositum est Filium, auctorem rerum, apud homines in terra versaturum, ex prophetis ostendere, arbitror hujusce rei demonstrandæ efficaciam habere præsentem prophetiam, adeo quidem ut ob ipsius rei perspicuitatem, nulla ampliore explanatione sit opus : etiam illud observabis quod causam rursus sui adventus significat, ubi ait : « Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, et erunt ipsi in populum. » Hæc autem ipsi filiæ Sion nuntiat oraculum, sic interim Dei Ecclesiam appellans, propterea quod cœlesti Jerusalem filia esse videatur, quæ, ut sanctus ait Apostolus, mater sanctorum est. Aut etiam aliter filia Sion Christi Ecclesia dici potest, tanquam ea quæ ex priore eorum qui ad circumcisionem pertinent conventu, per apostolos, atque evangelistas, id quod est, acceperit, qui etiam filii erant ejus matris, quæ ob scelera sua abjecta est, quæque vidua facta est, eo quod expulerit virum, qui per prophetas de ipsa conquestus est, atque ait : « Non tanquam virum me vocasti, et Patrem et ducem virginitatis tuæ [81], » qui etiam iis qui de ipsa nati sunt, mores matris exprobrans ac vituperans, ait : « Quis est hic liber repudii matris vestræ, in quo emisi eam [82] ? » Et rursus : « Judicamini : quoniam hæc non uxor mea, et ego non vir ejus [83]. » Merito sane tanquam iis qui matrem abnegaverint filiam Domini, ipsius Domini adventum præsens prophetia nuntiat. Erit autem hæc Ecclesia de gentibus, quæ loco prioris filiæ per nostri Salvatoris apostolos, habita est.

D

[80] Zach. II, 10, 11. [81] Jer. III, 4. [82] Isa. XXX, 1. [83] Ose. II, 2.

Digitized by Google

284 CAPUT XVIII.

Ab eodem. — De Domini adventu, et de iis quæ in passione ejus eventura erant.

« Ecce dies veniunt Domini, et dividentur spolia tua in te, et congregabo omnes gentes in Jerusalem ad bellum; et capietur civitas, et diripientur domus, et mulieres fœdabuntur, et egredietur dimidium civitatis in captivitate, reliqui vero de populo meo non peribunt, et egredietur Dominus, et parabitur ad prælium in gentibus illis, sicut dies prælii ejus in die belli: et stabunt pedes ejus in die illa super monte Olivarum, qui est contra Jerusalem ab Oriente, et scindetur mons Olivarum, dimidium ejus ad Orientem, et dimidium ejus ad mare; profunditas magna vehementer, et inclinabit dimidium montis ad Boream, et dimidium ejus ad Austrum: et obturabitur vallis montium meorum, et conglutinabitur convallis montium usque Asael: et obturabitur, quemadmodum obturata est a facie terræ motus, in diebus Oziæ regis Juda. [Et adveniet Dominus Deus meus, et omnes sancti cum eo:] et erit in die illa, non erit lumen, sed frigus et glacies erit die uno: et dies ille notus Domino, et non dies, neque nox, ad vesperam erit lux. Et erit in die illa, egredietur aqua viva de Jerusalem: dimidium ejus ad mare primum, et dimidium ejus ad mare ultimum: in æstate et in vere erit sic: et erit Dominus in regem in omnem terram. In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum, circumdans omnem terram, et omnem solitudinem [84]. » Post primam obsidionem Jerusalem, extremamque illius ruinam et solitudinem, quæ sub Babyloniis accidit, postque reditum ab hostili terra ad patriam, qui sub Cyro Persarum rege contigit, cum paulo ante Jerusalem instaurata esset, renovatumque sanctuarium, et quod apud illud erat altare, sub Dario Persa præsens canit propheta, **285** et posthac alteram obsidionem Jerusalem futuram significat, quam passa est a Romanis non alias, quam post scelera, quæ ejus habitatores contra Salvatorem nostrum Jesum Christum ausi sunt. Manifestissime igitur etiam hoc in loco, Salvatoris nostri, qui Dei Verbum est, adventus, et quæ illius tempore acciderint, significantur: sunt vero hæc, partim quæ quo tempore ille passus est, gesta sunt, partim quæ illico Hebraicam nationem oppressit obsidio, et ipsius Jerusalem expugnatio, et post ipsa hæc, vocatio gentium, uniusque ac solius Dei apud omne genus hominum cognitio. Cæterum divino Spiritu afflatus propheta, cum quadam commiseratione, tanquam is qui suos ad circumcisionem pertinentes deploret, ab exclamatione contra illos suæ prophetiæ initium facit: dies igitur Domini, sicut in aliis locis, hoc quoque in loco nominat, ut sic tempus Christi, ad homines adventus significet: planeque in eodem ostendit, quemadmodum

[84] Zach. XIV, 1-9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Περὶ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, καὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος αὐτοῦ συμβησομένων.

« Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσονται τὰ σκῦλά σου ἐν σοί, καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ εἰς πόλεμον· καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσι, καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ, κατέναντι Ἰερουσαλὴμ ἐξ ἀνατολῶν, καὶ σχισθήσεται τὸ ὄρος Ἐλαιῶν, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς θάλασσαν. Χάος μέγα σφόδρα, καὶ κλινεῖ τὸ ἥμισυ τοῦ ὄρους πρὸς τὸν Βορρᾶν, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς Νότον. Καὶ ἐμφραχθήσεται ἡ κοιλὰς τῶν ὀρέων μου, καὶ ἐγκολληθήσεται ἡ φάραγξ ὀρέων ἕως Ἀσαήλ· καὶ ἐμφραχθήσεται ὃν τρόπον ἐνεφράγη ἀπὸ προσώπου τοῦ σεισμοῦ, ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα. Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐκ ἔσται φῶς, ἀλλὰ ψῦχος, καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν. Καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐχὶ νύξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλὴμ· τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Ἐν θέρει καὶ ἐν ἔαρι ἔσται οὕτως. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Μετὰ τὴν πρώτην πολιορκίαν τῆς Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν αὐτῆς, καὶ ἐρήμωσιν τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων, καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς πολεμίας γῆς ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπάνοδον, τὴν ἐπὶ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως γενομένην, ἄρτι τῆς Ἰερουσαλὴμ ἀνεγηγερμένης, ἀνανεωθέντος δὲ τοῦ ἁγιάσματος, καὶ τοῦ πρὸς αὐτῷ θυσιαστηρίου ἐπὶ Δαρείου τοῦ Πέρσου, ὁ παρὼν προφήτης θεσπίζει, τὴν μετὰ ταῦτα δευτέραν πολιορκίαν τῆς Ἰερουσαλὴμ σημαίνων, ἣν πέπονθεν ὑπὸ Ῥωμαίων οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς οἰκήτορσιν αὐτῆς τετολμημένα. Ἐναργέστατα τοιγαροῦν καὶ ἐνταῦθα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἡ παρουσία, καὶ τὰ ἐπὶ ταύτῃ συμβεβηκότα δηλοῦνται. Ταῦτα δὲ ἦν ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ πεπραγμένα, καὶ ἡ παραυτίκα τῷ Ἑβραίων ἔθνει ἐπελθοῦσα πολιορκία, καὶ τῆς Ἰερουσαλὴμ ἡ ἅλωσις, καὶ ἡ πρὸς τούτοις κλῆσις τῶν ἐθνῶν, τοῦ τε ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπίγνωσις. Ὅ γε μὴν πνευματοφόρος προφήτης περιπαθέστερον, ὡσὰν ἐπ' οἰκείοις ὀλοφυρόμενος τοῖς ἐκ περιτομῆς, ἐκ τῆς κατ' αὐτῶν ἐκφωνήσεως τὴν καταρχὴν πεποίηται τῆς προφητείας. Ἡμέρας δὴ οὖν τοῦ Κυρίου, ὡσπεροῦν καὶ ἐν ἑτέροις, κἀνταῦθα ὀνο-

Digitized by Google

μάζει, οὕτω τὸν χρόνον τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Χριστοῦ παρουσίας σημαίνων· καὶ σαφῶς δηλῶν, ὡς ἄρα ὁ Κύριος αὐτὸς, οἷα φῶς ἀληθινὸν τυγχάνων, ἰδίων ποιητής ποτε γενήσεται ἡμερῶν. Τοῖς δὲ ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἀνθρώποις ἐπιλάμψει τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, αὐτόν τε καὶ τὰς ἀκτῖνας τοῦ φωτὸς αὐτοῦ καταδεξαμένων, ὅτε, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων φωτιζομένων κατὰ τὸ, « Τέθεικά σε εἰς φῶς διαθήκης γένους, » τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀπιστίαν, τοῖς ἐσχάτοις περιπεσεῖται δεινῶν. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τό· « Ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται τοῦ Κυρίου, καὶ διαμερισθήσονται τὰ σκῦλά σου ἐν σοὶ, καὶ ἐπισυνάξω πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ εἰς πόλεμον, καὶ ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ διαρπαγήσονται αἱ οἰκίαι, καὶ αἱ γυναῖκες μολυνθήσονται, καὶ ἐξελεύσεται τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ. » Μετὰ δὲ τὴν κατὰ τῆς Ἰερουσαλὴμ πολιορκίαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπιλέγει ἑξῆς, ἀγαθὰ τοῖς πᾶσι θεσπίζων· « Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » καὶ πάλιν· « Ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τοιαῦτα πείσεσθαι ἐν ταῖς τοῦ Κυρίου ἡμέραις τῆς προῤῥήσεως ἀποφηναμένης, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε τῆς προῤῥήσεως τὸ ἀποτέλεσμα; Ἅμα γὰρ Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν παρῆν, ἠσέβουν τε εἰς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς, καὶ πάντα αὐτοῖς ἀθρόως τὰ προηγορευμένα, μετὰ πεντακοσιοστὸν ἔτος τῆς προῤῥήσεως, τέλους ἐτύγχανεν, ἐξ αὐτοῦ Πιλάτου, καὶ μέχρι τῆς κατὰ Νέρωνα καὶ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν πολιορκίας, οὐ διαλελοιπότων αὐτοὺς παντοίων καὶ ἐπαλλήλων συμφορῶν, ὡς πάρεστιν ἐκ τῆς Φλαυΐου Ἰωσήπου γραφείσης ἱστορίας ἀναλέξασθαι. Τότε μὲν οὖν εἰκὸς τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἀπολωλέναι τῇ πολιορκίᾳ, ὡς φησιν ἡ προφητεία· μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον, κατὰ Ἀδριανὸν αὐτοκράτορα, κινήσεως αὖθις Ἰουδαϊκῆς γενομένης, τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως μέρος ἥμισυ, πολιορκηθὲν αὖθις ἐξελαύνεται, ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο πάμπαν ἄβατον αὐτοῖς γενέσθαι τὸν τόπον. Εἰ δὲ λέγοι τις κατὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ ταῦτα πεπληρῶσθαι, σκεψάσθω, εἰ οἷός τέ ἐστιν ἀποδιδόναι καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προφητείας κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους· οἷον τὸ αἰχμαλωσίαν πεπονθέναι τὸν λαὸν, καὶ τὸ στῆναι τοὺς πόδας Κυρίου ἐπὶ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος, καὶ εἰ γέγονε Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ εἰ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐκύκλωσε τὴν γῆν πᾶσαν, καὶ τὴν ἔρημον, ὅτε τῆς Συρίας Ἀντίοχος ἐκράτει. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῆς προῤῥήσεως, ὁποίου τέλους ἔτυχεν, Ἀντιόχου βασιλεύοντος, πῶς τις ἀποδώσει; Καθ' ἡμᾶς δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς λέξιν μὲν ἀποδέδοται, καὶ καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ἡ πόλις αὐτῶν, αὕτη γε ἡ Ἰερουσαλὴμ, καὶ τὸ πᾶν σύστημα, καὶ πολίτευμα τῆς κατὰ τὸν νόμον Μωσέως θρησκείας καθῃρεῖτο. Αὐτίκα δὲ τὴν κατὰ διάνοιαν αἰχμαλωσίαν πρὸς τῇ σωματικῇ πεπόνθασι, τὸν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν

A ipse Dominus, tanquam lumen verum, proprio:um aliquando auctor fiet dierum, et omnibus qui in terra sunt hominibus illucescet, quo tempore et ipsum et luminis ipsius radios, universæ gentes suscipient, quæ quidem dum illuminabuntur, juxta illud: « Posui te in lumen gentium, in testamentum generis [88], » interea Judaica gens, propter infidelitatem adversus illum, in extrema incidet infortunia. Tale igitur est illud: « Ecce dies venit Domini, et dividentur spolia tua in te, et congregabo omnes gentes in Jerusalem ad bellum, et capietur civitas et diripientur domus et mulieres fœdabuntur, et egredietur dimidium civitatis in captivitate. » Post vero ipsius Jerusalem obsidionem, et eam quæ illico secuta est Judaicæ gentis servitutem, deinceps B bona omnibus adjungit communia, sic canens: « Et erit Dominus in regem in omnem terram. » Et rursus: « Erit Dominus unus, et nomen illius unum, ambiens omnem terram et solitudinem. » Sed enim cum vaticinium enuntiet, Judaicam gentem esse talia perpessuram in diebus Domini, quis non exitum vaticinii admiretur? Nam simul ac Jesus Salvator ac Dominus noster advenit, quique ad circumcisionem pertinent, nefaria adversus illum facinora perpetrarunt, omnia illis quæ prædicta fuerant, quinquagesimo ab ipsa prædictione anno, acervatim evenerunt, **286** finemque sortita sunt: cum videlicet ab ipso Pilato usque ad Neronem et Titum ac Vespasianum, qui civitatem obsederunt C nusquam illos omnis generis, et aliæ super alias ingruentes calamitates defecerint, quemadmodum facile est ex ea historia quam Flavius Josephus scripsit, colligere: tunc sane credibile est, dimidium civitatis periisse obsidione, ut ait prophetia. Haud vero ita multo post, cum Adrianus imperaret, Judaico rursus exorto tumultu, quæ reliqua fuerat pars dimidia civitatis, rursus obsessa expellitur, adeo quidem, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem, penitus instabilis omnis illis factus sit locus. Quod si quis dicat sub Antiocho Epiphane hæc completa fuisse, etiam atque etiam consideret utrum possit reliqua item quæ ex hac prophetia supersunt, ad Antiochi tempora referre, cujusmodi illud est, quod populus servitutem sit D passus, quod pedes Domini in monte Olivarum steterint, et utrum Dominus in die illa in regem fuerit in omnem terram, et utrum nomen Domini ambierit omnem terram, et solitudinem, quo tempore Syriam Antiochus obtinuit: et quæ reliqua sunt de eodem oraculo, quem tunc finem sortita sint, aliquo modo conetur ostendere. At si quis nostram rationem sequatur, vel ad verbum hæc evenisse demonstrabit, atque in alium item sensum eadem accipere poterit: nam post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, civitas illorum, ipsaque Jerusalem atque omnis conventus, institutioque civilis, quæ ad ritum religionemque Mosaicæ legis

[88] Isa. XLIX, 6.

Digitized by Google

pertinet, eversa sublataque sunt : e vestigioque eam, quæ ad intelligentiam spectat, servitutem, adjuncta etiam ea quæ corporum est, perpessi sunt, quippe qui Salvatorem ac Liberatorem humanarum animarum non susceperint, eum qui venerat, ut iis qui malorum dæmonum servi facti essent, liberationem nuntiaret, iis vero, qui mentis oculis capti, visus recuperationem. Hæc itaque cum illi ob incredulitatem suam pertulissent, alii omnes quicumque suum Liberatorem agnoverunt, domesticique illius ac familiares effecti sunt, discipuli utique et apostoli, et evangelistæ, compluresque alii, qui de circumcisione profecti in ipsum crediderunt (de quibus ait Apostolus : « Sic etiam nunc reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt [86]; » et illud : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, et quasi Gomorrha similes fuissemus [87]), » **287** illius obsidionis, quam nos ad intelligentiam referimus, immunes expertesque sunt servati, neque hujus solum, sed etiam illius, quæ ad verbum intelligitur : nam ipsi apostoli ac discipuli Salvatoris nostri, et omnes qui ex Judæis ad ipsum credentes accesserant, cum procul ab Judæa terra abessent, et reliquis essent immixti gentibus : omnem eorum, qui civitatem incolebant, perditionem atque interitum effugere, per illud tempus facile potuerunt. Quod ipsum sane etiam prophetia anticipans cecinerat, illis verbis : « Qui autem reliqui fuerint de populo meo, non peribunt [88]; » quibus deinceps adjungit : « Et egredietur Dominus, et comparabitur ad prælium in gentibus illis, quemadmodum dies prælii ejus in die belli [89]. » At vero in quibus tandem gentibus Dominus præliabitur, si non in his quæ Jerusalem obsidebunt? indicat vero ipsum oraculum, quemadmodum ipse Dominus auxilium feret obsidentibus, eritque interim in illis, et cum illis ad prælium comparabitur, quasi quidam imperator, propugnatorque illorum et adversus Jerusalem militabit. Non enim dicit oratio, Dominum contra gentes præliaturum. Quibus ergo et contra quos? Nempe contra Jerusalem, et contra ejus habitatores, de quibus sermo erat. Illud autem : « Et stabunt pedes ejus in die illa super monte Olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientem [90], » quidnam aliud significet, quam Domini Dei, ipsius, inquam, Dei Verbi, in sua Ecclesia stationem et confirmationem? quam in præsenti monte Olivarum per figuram, quæ permutatio dicitur, nominat? Ut enim vinea exstitit dilecto, et fuit vinea Domini Sabaoth figurate domus Israel, et vitis Judæa novella dilecta, sic eadem ratione dixeris, quod etiam olivetum facta sit Domino, collecta de gentibus Ecclesia ipsius, quæ sane Ecclesia cum antea esset oliva quædam agrestis, plantata fuit a Domino, qui eam post insuevit in apostolicis bonæ olivæ radicibus, post priorum ramorum excisionem, quemadmodum Apostolus do-

A τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν μὴ παραδεξάμενοι, τὸν ἐλθόντα κηρῦξαι τοῖς ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τοῖς τὰς διανοίας τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Ταῦτα δὲ πεπονθότων ἐκείνων διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, οἱ τὸν σφῶν Αυτρωτὴν ἐπιγνόντες, οἰκεῖοί τε αὐτοῦ γενόμενοι μαθηταὶ, καὶ ἀπόστολοι, καὶ εὐαγγελισταὶ, πλεῖστοί τε ἄλλοι τῶν ἐκ περιτομῆς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων (περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Οὕτω καὶ νῦν λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε· » καὶ τό· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν), » τῆς νενομημένης ἡμῖν κατὰ διάνοιαν πολιορκίας ἄπειροι διεφυλάχθησαν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς λέξιν ἀποδοθείσης. Οἱ γοῦν ἀπόστολοι καὶ μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτῶν, καὶ πάντες οἱ ἐξ Ἰουδαίων εἰς B αὐτὸν πεπιστευκότες, μακρὰν τῆς Ἰουδαίας γῆς γενόμενοι, καὶ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἐπισπαρέντες, τὸν κατὰ τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν ὄλεθρον διαδρᾶναι τότε ἠδυνήθησαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἡ προφητεία προλαβοῦσα ἐθέσπισε δι' ὧν ἔφησεν· « Οἱ δὲ κατάλοιποι τοῦ λαοῦ μου οὐ μὴ ἐξολοθρευθῶσιν· » οἷς ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἐξελεύσεται Κύριος, καὶ παρατάξεται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρα παρατάξεως αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. » Ἐν ποίοις δὲ ἔθνεσι Κύριος παρατάξεται ἢ ἐν τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκήσουσι; Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος αὐτὸν τὸν Κύριον συμμαχήσειν τοῖς πολιορκοῦσιν, ἐν αὐτοῖς ὄντα, καὶ σὺν αὐτοῖς παρατασσόμενον, ὥσπερ τινὰ στρατηγὸν καὶ ὑπέρμαχον αὐτῶν κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ στρατευομένων. Οὐ γάρ φησιν ὁ λόγος τὸν Κύριον κατὰ τῶν ἐθνῶν παρα- C τάξεσθαι. Τίσι δὲ κατὰ τίνων; κατὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν οἰκητόρων αὐτῆς, περὶ ὧν ἦν ὁ λόγος. Τὸ δὲ, « Καὶ στήσονται οἱ πόδες αὐτοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, ἐξ ἀνατολῶν, » τί ἕτερον δηλοῖ ἢ Κυρίου τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ δὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τὴν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ στάσιν τε καὶ βεβαίωσιν, ἣν ὄρος Ἐλαιῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος κατὰ τρόπον ἀλληγορίας ὀνομάζει; Ὡς γὰρ ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ, καὶ ἦν ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ ἀλληγορικῶς ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἄμπελος τοῦ Ἰούδα νεόφυτος ἠγαπημένη· οὕτω δὴ κατὰ τὴν αὐτὴν θεωρίαν εἴποις ἄν, ὅτι δὴ καὶ ἐλαιὼν ἐγενήθη τῷ δεσπότῃ ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία αὐτοῦ, ἣν πάλαι ἀγριέλαιον οὖσαν κατ- εφύτευσεν, ἐγκεντρίσας ἐπὶ τὰς ἀποστολικὰς τῆς καλ- D λιελαίου ῥίζας μετὰ τὴν τῶν προτέρων κλάδων ἐκτομὴν, ὡσπερεῖ ὁ Ἀπόστολος παιδεύει· « Καὶ κατεφύτευσέ γε αὐτὴν ὁ Κύριος ἐαυτῷ, » μονονουχὶ διὰ τῆς προφητείας λέγων· « Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου. » Ἐπεὶ γὰρ ὁ πρῶτος ἀμπελὼν, δέον ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησεν ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγὴν, εἰκότως ὡσὰν ἄκαρπον αὐτοῦ καθελὼν ὁ Θεὸς τὸν φραγμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, παραδούς τε αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς εἰς διαρπαγὴν καὶ καταπάτησιν, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, ἕτερον αὐτὸν ἑαυτῷ ἀγρὸν συνεστήσατο, τὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐλαιῶνα ὀνομαζόμενον, ἅτε τοῦ

[86] Rom. xi, 5. [87] Rom. ix, 29, [88] Zach. xiv, 2. [89] ibid. 3. [90] ibid. 4.

Digitized by Google

ἐκ Θεοῦ ἐλέους τετυχηκότα, καὶ πρὸς τοῦ Χριστοῦ καταφυτευθέντα ἀειθαλέσι φυτοῖς, τοῦτ' ἔστι ψυχαῖς ἁγίαις καὶ φωτὸς θρεπτικαῖς, οἵαις τε λέγει· « Ἐγώ τε ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ. » Τοῦτο δὲ τὸ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος κατέναντι τῆς Ἱερουσαλὴμ εἶναι λέλεκται· ἐπειδήπερ ἀντὶ τῆς παλαιᾶς ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ θρησκείας συνέστη τῷ Θεῷ μετὰ τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ καθαίρεσιν. Φήσας γοῦν ἀνωτέρω ὁ λόγος περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὡς « Ἁλώσεται ἡ πόλις, καὶ τὰ ἐχθρὰ καὶ πολέμια ἔθνη συναχθήσεται ἐπ' αὐτὴν, καὶ διαμερισθήσεται τὰ σκῦλα αὐτῆς, » εἰκότως οὐκ ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου στήσεσθαί φησι. Πῶς γὰρ καὶ οἷόν τε ἦν, ἅπαξ καθηρημένης; Μεταβάντων δὲ ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἀντικρυς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὄρος τὸ καλούμενον Ἐλαιῶν, ἐνταῦθα στήσεσθαι διδάσκει. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ τῷ θείῳ Πνεύματι προλαβὼν θεωρεῖ. Λέγει δὲ οὕν· « Καὶ ἐξῆρε τὰ χερουβὶμ, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν· καὶ ἡ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτοῖς, ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ ἀνέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ μέσου τῆς πόλεως, καὶ ἔστη ἐπὶ τοῦ ὄρους ὃ ἦν ἀπέναντι τῆς πόλεως. » Ὅπερ ἔστι καὶ ἄλλως πρὸς λέξιν ὁρᾷν πεπληρωμένον εἰσέτι καὶ σήμερον, τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἁπάντων πανταχόθεν γῆς συντρεχόντων, οὐχ ὡς πάλαι τῆς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀγλαΐας ἕνεκα, οὐδ' ὥστε προσκυνῆσαι ἐν τῷ πάλαι συνεστῶτι ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἁγιάσματι, καταλύειν δὲ ἕνεκεν ἱστορίας τε ὁμοῦ τῆς κατὰ τὴν προφητείαν ἁλώσεως καὶ ἐρημίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν τὸ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ προσκυνήσεως, ἔνθα ἡ δόξα Κυρίου μετέστη καταλείψασα τὴν προτέραν πόλιν. Ἔστησαν δὲ ἀληθῶς καὶ κατὰ τὴν πρόχειρον καὶ ῥητὴν διήγησιν οἱ πόδες τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοῦ δὴ τοῦ Λόγου, δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρωπείου σκήνους ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, πρὸς τῷ αὐτόθι δεικνυμένῳ σπηλαίῳ, εὐξαμένου τε καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας τοῦτων Ἐλαιῶν ὄρους τὰ περὶ τῆς συντελείας μυστήρια παραδεδωκότος, ἐντεῦθέν τε τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον πεποιημένου, ὡς ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς *Πράξεσι τῶν ἀποστόλων* διδάσκει, φάσκων· « Βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, οἳ καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε βλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; Οὗτος ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. » Οἷς ἐπιφέρει λέγων· « Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου Ἐλαιῶνος, ὅ ἐστι κατέναντι Ἱερουσαλήμ. » Ἔστι μὲν οὖν καὶ πρὸς λέξιν κατέναντι Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξ ἀνατολῶν αὐτῆς τὸ δηλούμενον τῶν Ἐλαιῶν ὄρος. Πλὴν ἀλλὰ κατὰ τὴν διάνοιαν ἡ ἁγία Χριστοῦ Ἐκκλησία, καὶ τὸ ὄρος ἐφ' ᾧ τεθεμελίωται, περὶ οὗ διδάσκει λέγων ὁ Σωτήρ· « Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη, » ἀντὶ

cet [91] : Et plantavit, inquit, eam Dominus sibi ipsi propemodum per prophetiam dicens : « Olivam speciosam umbrosam vocavit Dominus nomen tuum [92]. » Postquam enim prior vinea, cum deberet facere uvam, fecit spinas, neque justitiam, sed clamorem, merito tanquam ejus quæ infructuosa esset, sepem auferens ac parietem Deus, tradensque eam inimicis ad diripiendum et conculcandum, **288** sicut in Isaiæ prophetia dictum est, alium ipse sibi agrum constituit in præsenti, quod olivetum nominatur, quasi eum qui oleum et misericordiam a Deo sit consecutus, et a Christo plantis semper virentibus consitus, hoc est, sanctis lucisque altricibus animis, quibus liceat dicere : « Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei [93]. » Hic vero Olivarum mons contra Jerusalem esse dicitur, quoniam in locum veteris ac terrenæ Jerusalem, ac religionis quæ in illa servabatur, successit, et a Deo constitutus est, post ruinam Jerusalem. Cum supra igitur oraculum dixerit de Jerusalem, « quod civitas capietur, quodque hostiles atque inimicæ gentes convenient adversus eam, et spolia ejus dividentur, » merito non in Jerusalem pedes Domini staturos dicit; qui enim id fieri potuisset, cum ea semel sublata esset? Sed migrantibus ab ea in montem qui est contra Jerusalem, qui Olivarum vocatur, ibi staturos docet, quod etiam propheta Ezechiel, divino ante Spiritu edoctus, contemplatur; dicit enim : « Et elevaverunt cherubim alas suas, et rotæ, quæ eis adhærebant, et gloria Dei Israel erat super eis, et ascendit gloria Domini de medio civitatis, et stetit in monte, qui est contra civitatem [94]. » Quod quidem aliter quoque licet intueri completum ad verbum quando hodie quoque omnes, quicunque Christi religionem cum fide susceperint, ex omnibus terræ partibus concurrunt, non ut quondam festæ cujusdam lætitiæ gratia, quæ in Jerusalem celebretur, neque ut adorent in eo, quod olim in Jerusalem constitutum fuerat, sanctuario, sed ut diversentur cum ad sciscitandum de expugnatione et solitudine Jerusalem, quam prophetia prædixerat, tum ut in monte Olivarum, qui est contra Jerusalem, adorent, ubi gloria Domini commutata est, postquam delevit priorem civitatem. Vere autem et secundum expositam atque ad verbum acceptam enarrationem, pedes Domini et Salvatoris nostri, ipsius utique Dei Verbi, per id quod assumpsit humanum corpus, in monte Olivarum steterunt ad speluncam quæ ibi ostendi solet, et quo tempore oravit, et cum suis discipulis in ejus montis cacumine, mysteria de consummatione tradidit : ex eodem præterea monte in cœlum ascendit, quemadmodum Lucas in *Actis apostolorum* **289** docet, cum ait, illum [in monte Olivarum] apostolis suis et præsentibus et intuentibus, sublimem abiisse, nubeque ab oculis eorum sublatum fuisse, ipsosque intentis oculis, illo in cœlum ab-

[91] Rom. XI, 17. [92] Jer. XI, 16. [93] Psal. LI, 10. [94] Ezech. XI, 22, 23.

Digitized by Google

πρόρρησιν, καὶ κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων μαρτυρίαν. Ἔρημον δὲ ἐν τούτοις ὁ λόγος, αἰνίττεται τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, ἣν πάλαι Θεοῦ ἔρημον οὖσαν διὰ τῶν ἐν χερσὶν εὐαγγελίζεται. Καὶ ταῦτα δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις τῇ ἐρήμῳ φησὶν ὁ λόγος, δοθήσεσθαι τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου. Λίβανον δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀλληγορικῶς σύνηθές ἐστιν ἀποκαλεῖν, ὡς ἐπὶ καιροῦ διὰ τῶν ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς ἀποδείξεων παραστήσομεν. Ἐν δὴ οὖν τῇ τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ, τῇ δηλωθείσῃ ἐρήμῳ, λέγω δὴ τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ, τὴν δόξαν τοῦ Λιβάνου δοθήσεσθαι ἡ προκειμένη διδάσκει πρόρρησις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου, » ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· « Διαπρέπεια τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ Σαρών, αὐτοὶ ὄψονται δόξαν Κυρίου· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Εὐπρέπεια τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ πεδίου, αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν Κυρίου. » Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ, « Ὡραιότης, φησὶ, τοῦ Καρμήλου καὶ τοῦ Σαρών, αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν Κυρίου· » δι' ὧν αἰνίττεσθαι ἡγοῦμαι τὴν προφητείαν οὐ τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὐδὲ τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλὰ τὴν τῶν ἐθνῶν χώραν καταξιωθήσεσθαι τῆς ἐνθέου γνώσεως. Ὁ γοῦν Κάρμηλος, καὶ ὁ καλούμενος Σαρὼν τόποι τῶν ἀλλοφύλων ὑπῆρχον ἐθνῶν. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς λέξιν· καὶ κατὰ διάνοιαν δὲ εἰσέτι σήμερον οἱ πρὶν τὰς ψυχὰς πεπηρωμένοι, ὡς ξύλα, καὶ λίθους, καὶ τὴν λοιπὴν ἄψυχον ὕλην, δαίμονάς τε περιγείους, καὶ πνεύματα πονηρὰ, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων προσκυνεῖν, οἵ τε τὰ ὦτα τῆς διανοίας κεκωφωμένοι, καὶ σκάζοντες, καὶ παρειμένοι τὸν πάντα ἑαυτῶν βίον, τούτων ἁπάντων καὶ τῶν ἄλλων παθῶν τε καὶ ἀῤῥωστημάτων διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας εἰσέτι καὶ νῦν ἀπαλλάττονται, πολὺ κρείττονος ἢ κατὰ σῶμα ἰάσεως καὶ ὠφελείας ἀξιούμενοι, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίας ἐναργῆ τὴν θείαν καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δύναμιν ἐπιδεικνύμενοι.

et salute digni judicati, utrumque consecuti sint bonum, cui rei et divina prophetiæ prædictio, et ab omni mendacio alienissimum sacrorum Evangeliorum testimonium, indubitatam fidem facit. Desertam vero in his verbis oraculum significat eam quæ de gentibus collecta est, Ecclesiam, quæ cum antea sine Deo esset, per eos de quibus nunc agitur, Evangelium accipit. Præterea idem oraculum ait, huic desertæ dandam esse gloriam Libani. Libanum autem figurate Jerusalem appellari consuetum est, sicut suo tempore per eas demonstrationes, quas de divina Scriptura conficiam, probaturus sum: itaque in ipsius Dei ad homines adventu, illi desertæ, de qua dictum est, Ecclesiæ, inquam, quæ de gentibus collecta est, gloriam Libani dandam esse, propositum docet oraculum. Pro eo autem quod dictum est, « et honor Carmeli, » Aquila quidem convertit, « Splendor Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. » Symmachus vero, « Decor Carmeli et campi, ipsi videbunt gloriam Domini. » Theodotion autem: « Species, inquit, Carmeli et Saron, ipsi videbunt gloriam Domini. » Quibus verbis significare arbitror prophetiam, non ipsam Jerusalem neque Judæam, sed ipsarum gentium terram, cui divina cognitio exhibenda sit. Carmelus enim, et qui vocatur Saron, externarum gentium loca erant. Et hæc quidem ad verbum, ad sensum vero interpretantibus, dicendum erit, quod ii qui prius animis excæcati erant, adeo ut ligna et lapides et reliquam animæ expertem materiam, necnon dæmonas circum terram versantes, aliosque spiritus depravatos, loco summi Dei colerent, quique auribus intelligentiæ obsurduerant; et claudicantes solutique omni vita erant, his omnibus malis aliisque et perturbationum et ægritudinum generibus, per Salvatoris nostri Jesu Christi doctrinam etiam nunc liberantur, et multo præstantiorem quam ea est, quæ ad corpus pertinet, salutem opemque recipiunt, et Dei Verbi ad homines adventus divinam et plus quam humanam virtutem detegunt ac demonstrant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς ὁ πρῶτος καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῶν ὅλων Δημιουργὸς, ὑπὸ Κυρίου τοῦ Πατρὸς καὶ νῦν ἀπεστάλθαι ἑαυτὸν ὁμολογεῖ.

« Ἄκουέ μου, Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ, ὃν ἐγὼ καλῶ· ἐγώ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγώ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἡ χείρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡ δεξιά μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν. » Καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ νῦν Κύριος ἀπέσταλκέ με, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. » Ἔχεις κἀνταῦθα καὶ τὸν ἀποστελλόμενον, καὶ τὸν ἀποστέλλοντα, δηλαδὴ τὸν Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, συνήθως δὶς Κύριον ὀνομαζόμενον.

302 CAPUT XXII.

Ab eodem. — Quemadmodum primum sempiternumque Dei Verbum, ipse universi Opifex a Domino Patre etiam nunc se missum esse confitetur.

« Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco: ego sum primus, et ego sum in sempiternum: et manus mea fundavit terram, dextera mea firmavit cœlum [30]. » Et adjungit paulo post: « Et nunc Dominus misit me et Spiritus ejus [31]. » Habes igitur hic quoque Dominum, qui mittitur et qui mittit, Patrem videlicet ac Deum universi, qui consuevit bis Dominus nominari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπελέγχει, ὅτι δὴ ἐλθόντα αὐτὸν οὐ παραδέξονται, οὐδὲ καλοῦντι ὑπακούσονται, ὁποῖά τε πείσεται πρὸς αὐτῶν.

« Οὕτω λέγει Κύριος· Ποῖον τοῦτο τὸ βιβλίον

CAPUT XXIII.

Ab eodem. — Quemadmodum ipse Dominus Judæorum gentem redarguit, eo quod venturum ipsum suscepturi non sint, neque vocanti sibi auscultaturi, et quæ passurus sit ab eis.

« Sic dicit Dominus, Qualis est hic liber repudii·

[30] Isa. XLVIII, 13. [31] ibid. 16.

Digitized by Google

matris vestræ, quo dimisi eam? aut cui debitori vendidi vos? ecce peccatis vestris venditi estis, et iniquitatibus vestris emisi matrem vestram, quoniam veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret. Nunquid non potest manus mea liberare? aut nunquid non possum eripere [22]? » Deinde in eadem prophetia paululum progressus: « Ego vero, inquit, non contumax sum, neque contradico: tergum meum dedi in flagella, et maxillas meas in alapas: faciem vero meam non averti a probro sputorum [23]. » Ipse Dominus, cum in his verbis suum ad homines adventum fateatur, redarguit **303** populum Judæorum, quod venientem eum suscepturi non sint, neque vocanti auscultaturi, et hanc, quasi seipsum defendens, causam illorum ipsorum rejectionis docet fuisse: nam « Quoniam veni, inquit, et non erat in vobis homo, vocavique et nullus erat, qui audiret: idcirco, inquit, peccatis vestris venditi estis, » tanquam ipsi per vos ipsos meæ vocationis repudiatores exstiteritis, neque vero ipse vobis libellum repudii dederim. Hæc autem evidentissime ad eum populum qui ad circumcisionem pertinet, directa sunt, et simul ea, quæ illi contra ipsum in passione ausi sunt, significat, dicens: « Tergum meum dedi in flagella, et maxillas meas in alapas, » et quæ sequuntur. Hæc quoque per otium a nobis justa interpretatione explanabuntur.

τοῦ ἀποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; ἢ τίνι ὑπόχρεῳ πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν· διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Μὴ οὐχὶ ἰσχύει ἡ χείρ μου τοῦ ῥύσασθαι; ἢ οὐκ ἰσχύω τοῦ ἐξελέσθαι; » Εἶτ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς προφητείας ὑποβάς, « Ἐγὼ δὲ, φησὶν, οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω. Τὸ νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. » Αὐτὸς ὁ Κύριος διὰ τούτων τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρουσίαν σαφῶς ὁμολογῶν, ἀπελέγχει τὸν Ἰουδαίων λαὸν, ὅτι μὴ ἐλθόντα αὐτὸν καταδέξονται, μηδὲ καλοῦντι ὑπακούσονται. Καὶ τοῦθ' ὥσπερ ἀπολογούμενος, αἴτιον τῆς αὐτῶν ἐκείνου ἀποβολῆς γεγονέναι διδάσκει. « Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ὑμῖν ἄνθρωπος, ἐκάλεσά τε, καὶ οὐδεὶς ἦν ὁ ὑπακούων· διὰ τοῦτο, φησὶ, ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, » ἅτε αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστάται τῆς ἐμῆς κλήσεως καταστάντες, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ βιβλίον ὑμῖν ἀποστασίου δεδωκότος. Σαφῶς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν ἀποτείνεται. Ὁμοῦ δὲ τὰ περὶ τὸ πάθος τετολμημένα αὐτοῖς δηλοῖ λέγων· « Τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Καὶ ταῦτα ἐπὶ σχολῆς τῆς προσηκούσης τεύξεται ἑρμηνείας.

CAPUT XXIV.

Ab eodem. — Quemadmodum ipse qui in prophetis olim canebat Dominus, venturus ad homines, et ipsis oculis inspiciendus, et a genitibus cognoscendus, exspectaretur.

« Hæc dicit Dominus: Propter vos nomen meum blasphematur in gentibus, idcirco cognoscet populus meus in die illa, quod ego sum, ipse qui loquor, adsum, ut formositas in montibus, ut pedes evangelizantis auditum pacis, ut qui nuntiat bona, quoniam auditam faciet salutem tuam dicens: Sion, rex tuus erit Deus. Vox custodientium te exaltata est, et cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt, quando miserebitur Dominus Sion: erumpant lætitiam simul deserta Jerusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, et liberavit Jerusalem, et revelabit brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, et videbunt omnia extrema terræ salutem a Deo nostro [24]. » His ipsis deinceps adnexa est sub uno et eodem contextu, de passione Christi prophetia, quam item per otium expositurus sum. Cum vero unus et idem sit Dominus, qui ait in particula ante hanc proxime exposita, ad ipsum Judaicum populum: **304** « Peccatis vestris venditi estis, et iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram, quoniam veni, et non erat homo; vocavi, et non erat qui audiret [25]; » in his de quibus nunc agitur verbis, ad eosdem ait: « Propter vos nomen meum blasphe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — *Ὡς αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς προφήταις πάλαι θεσπίζων Κύριος ἤξειν εἰς ἀνθρώπους, καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς θεαθήσεσθαι, καὶ τοῖς ἔθνεσι γνωσθήσεσθαι μελλήσει.*

« Τάδε λέγει Κύριος· Δι' ὑμᾶς διὰ παντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὅτι ἐγώ εἰμι, αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι, ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά· ὅτι ἀκουστὴν ποιήσει τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεός. Φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται, ὅτι ὀφθαλμοῖς πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται, ἡνίκα ἂν ἐλεήσῃ Κύριος τὴν Σιών. Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα τὰ ἔρημα Ἱερουσαλὴμ, ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐρρύσατο Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀποκαλύψει τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Τούτοις ἑξῆς ἐπισυνῆπται ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰρμὸν ἡ περὶ τοῦ πάθους Χριστοῦ προφητεία, ἣν καὶ ἐπὶ σχολῆς ἐκθήσομαι. Εἷς δὲ ὢν καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ὁ φήσας ἐν τῇ πρὸ ταύτης περικοπῇ πρὸς τὸν Ἰουδαίων λαόν· « Ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν· διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων· » διὰ τῶν ἐν χερσὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς φησι· « Διὰ ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν

[22] Isa. L, 1. [23] ibid. 5-6. [24] Isa. LII, 5-10. [25] Isa. XXX, 1-2.

Digitized by Google

τοῖς ἔθνεσιν. » Εἶθ' ὡς ἔχων ἕτερον παρ' αὐτοὺς λαὸν, ἐπιφέρει· « Διὰ τοῦτο γνώσεται ὁ λαός μου τὸ ὄνομά μου· » διδάσκει τε, ὅτι μὴ ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας Κύριος ἐπιδημήσει ποτὲ τῷ βίῳ, λέγων· « Ἐγώ εἰμι, αὐτὸς ὁ λαλῶν, πάρειμι. » Τὸ δὲ, « Ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθὰ, ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων· Σιὼν, βασιλεύσει σου ὁ Θεὸς, » σαφέστερον οἱ λοιποὶ ἐκδεδώκασιν ἑρμηνευταί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπὼν, « Τί ὡραιώθησαν ἐπὶ τὰ ὄρη πόδες εὐαγγελιζομένου, ἀκουτίζοντος εἰρήνην, εὐαγγελιζομένου ἀγαθὸν, ἀκουτίζοντος σωτηρίαν, λέγοντος τῇ Σιών· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεός σου; » καὶ ὁ Σύμμαχος φήσας· « Τί εὐπρεπεῖς ἐπὶ τῶν ὀρέων πόδες εὐαγγελιζομένου, ἀκουστὴν ποιοῦντος εἰρήνην, εὐαγγελιζομένου ἀγαθὰ, ἀκουστὴν ποιοῦντος σωτηρίαν, λέγοντος τῇ Σιών· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεός σου; » ἀντὶ δὲ τῶν, « Φωνὴ τῶν φυλασσόντων σε ὑψώθη, καὶ τῇ φωνῇ ἅμα εὐφρανθήσονται· ὅτι ὀφθαλμοῖς πρὸς ὀφθαλμοὺς ὄψονται· » ὁ μὲν Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε· « Φωνὴ τῶν σκοπῶν σου ἐπῆραν φωνὴν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἰνέσουσιν· ὀφθαλμοφανῶς γὰρ ὄψονται. » Λέγοιντο δ' ἂν ἐν τούτοις σκοποὶ οἱ ἱεροὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι, οἳ καὶ, ὀφθαλμοφανῶς ἰδόντες τὸν προφητευόμενον, ὕψωσαν αὐτῶν τὴν φωνὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κηρύξαντες. Σιὼν δὲ καὶ Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐν τοῖς τόποις εὐαγγελιζομένην οἶδεν ἐπουράνιος ὁ Ἀπόστολος, δι' ὧν φησιν· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει. » Λέγοιτο δ' ἂν Σιὼν καὶ ἡ εἰς πάντα τὸν ἐπὶ γῆς τόπον διὰ Χριστὸν συστᾶσα Ἐκκλησία, ὡς καὶ Ἱερουσαλὴμ πᾶν τὸ θεοσεβὲς τόπισμα, ὃ καὶ παρὰ μόνοις Ἰουδαίοις τοῖς πάλαι τὸ πρὶν συνεστὸς εἰς ἐρημίαν διὰ τὰς δυσσεβείας αὐτῶν περιτέτραπται· εἶτ' αὖ πάλιν τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνανεώσεως ἔτυχε διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας· Διὸ φησὶν ἡ προφητεία· « Ῥηξάτω εὐφροσύνην ἅμα τὰ ἔρημα Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἠλέησε Κύριος αὐτὴν, καὶ ἐρρύσατο Ἱερουσαλήμ. » Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις τὴν παντὸς ἁγίου καὶ θεοφιλοῦς ψυχὴν, καθὸ μὲν ἐπῆρται τῷ βίῳ, τὸ πολίτευμα ἔχουσα ἐν οὐρανοῖς, σκοποῦσα τὰ ὑπερκόσμια, Σιὼν ὀνομάζων (ἑρμηνεύεται γὰρ *σκοπευτήριον*)· καθὸ δὲ ἐν εὐσταθείᾳ καὶ γαλήνῃ παθῶν καθέστηκεν, Ἱερουσαλὴμ αὐτὴν ἀποκαλῶν· *ὅρασιν* γὰρ *εἰρήνης* μεταληφθὲν τοὔνομα σημαίνει. Τούτοις ἀκολούθως ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ Θεοῦ κλῆσις ἐναργέστατα δηλοῦται διὰ τοῦ, « Καὶ ἀποκαλύψει Κύριος ὁ Θεὸς τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν· καὶ ὄψονται πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Βραχίονα δὲ τοῦ Θεοῦ μὴ ἄλλον εἶναι τοῦ Λόγου, καὶ τῆς Σοφίας, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, ὅς ἐστιν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, νόμιζε. Τοῦτο γοῦν ἐκ πολλῶν παραστῆσαι ῥᾴδιον. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν *Ἐξόδῳ* τὸν Ἰσραὴλ βραχίονι Θεοῦ ῥυσθέντα τῆς ὑπ' Αἰγυ-

matur in gentibus. » Deinde quasi habens alium præter illos populum, adjungit : « Idcirco cognoscet populus meus nomen meum. » Deinde docet quod non alius, sed ipse qui in prophetis loquebatur Dominus, versabitur olim in hac vita, his verbis : « Ego sum, ipse qui loquor, adsum. » Illud autem : « Ut formositas in montibus, ut pedes evangelizantis auditum pacis, ut qui nuntiat bona, auditam faciam salutem tuam, dicens : Sion, rex tuus erit Deus, » manifestius reliqui converterunt interpretes : Aquila quidem in hunc modum : « Quid speciosi facti sunt super montes, pedes evangelizantis? ejus qui audire facit pacem? ejus qui nuntiat bonum, qui audire facit salutem, dicentis ipsi Sion : Regnavit Deus tuus? » Symmachus vero : « Cur decentes in montibus pedes evangelizantis? auditam facientis pacem, evangelizantis bona, auditam facientis salutem? dicentis ipsi Sion : Regnavit Deus tuus? » pro eo vero quod est : « Vox custodientium te exaltata est, et cum voce simul lætabuntur, quoniam oculis ad oculos videbunt, » Symmachus quidem sic interpretatus est : « Vox speculatorum tuorum extulerunt vocem, in id ipsum laudabunt, palam enim oculis videbunt. » Dici porro in his speculatores videntur, sacrosancti Salvatoris nostri apostoli, qui palam oculis intuiti eum, de quo prophetæ loquebantur, extulerunt vocem suam in totum terrarum orbem, illum ipsum prædicantes. Ipsam vero Sion ac Jerusalem quæ in locis evangelizatur, in cœlo agnovit ipse Apostolus, illis verbis : « Superior autem Jerusalem libera est, quæ est mater nostra[26], » et : « Accessistis ad Sion montem et ad civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem, et multorum millium angelorum frequentiam[27]. » Dici vero Sion poterit etiam ea, quæ in omnem terræ locum, per Christum constituta est Ecclesia, quemadmodum Jerusalem omne pium ac religiosum civile institutum, quod cum apud solos veteres Judæos olim exsisteret, in solitudinem propter ipsorum impietates conversum est, deinde rursus renovationem in melius consecutum est, per Christi Salvatoris nostri adventum. **305** Quapropter ait prophetia : « Erumpant lætitiam simul deserta Jerusalem, quoniam miseratus est Dominus ipsam, et liberavit Jerusalem. » Cæterum, nusquam sane aberres, si uniuscujusque viri sancti Deoque amici animam, quatenus quidem supra hanc vitam elata est, quippe cum in cœlo suum jus civitatis habeat, contempleturque ea quæ ipso mundo sunt superiora, Sion nomines (nam ex interpretatione *speculatorium* significat); quatenus autem in bono statu et quiete perturbationum constituta est, Jerusalem eamdem appelles. Illud enim nomen conversum, *visionem pacis* significat. Ordine posthac Dei ad veram religionem vocatio gentium, evidentissime declaratur illis verbis : « Et revelabit Dominus Deus brachium sanctum suum, in conspectu omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutem a Deo nostro. » Porro bra-

[26] Galat. IV, 26. [27] Hebr. XII, 22.

Digitized by Google

chium Dei neutiquam aliud esse arbitreris quam Verbum et Sapientiam, et ipsum Dominum, qui est Christus Dei. Hoc enim ex multis ostendere facile est. Habes præterea in *Exodo*, Israel ab Ægyptiaca servitute liberatum brachio Dei. Ipsum igitur illud brachium Dei, quod veteri populo salutem manifestissime attulit, omnibus gentibus aperiendum ac detegendum, tanquam id quod prius occultum esset, præsens prophetia significat. Salutem vero quam superius indicavit cum dixit : « Auditam faciam salutem tuam, » cito apud Hebræos ipso Jesus nomine appellari.

A πτίοις δουλείας. Αὐτὸν δὴ ἐκεῖνον τὸν βραχίονα τοῦ Θεοῦ τὸν ἀναφανέντα σωτῆρα τοῦ πάλαι λαοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀποκαλυφθῆσεσθαι, ὡς ἂν τὸ πρὶν ἐπικεκρυμμένον, ἡ παροῦσα σημαίνει προφητεία. Τὴν δὲ σωτηρίαν, ἣν φησιν « ὄψεσθαι πάντα τὰ ἄκρα τῆς γῆς, » καὶ ἣν ἀνώτερον ἐδήλου λέγων, ὅτι « Ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, » ἴσθι τῇ Ἑβραίων φωνῇ τῷ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματι προσαγορεύεσθαι.

CAPUT XXV.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ab eodem. — Quod rursus Dominus, ipsum plane Dei Verbum, venturus et gentes congregaturus caneretur.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Ὡς αὖθις Κύριος, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐρχόμενος, καὶ τὰ ἔθνη συνάξειν θεσπίζεται.

« Ecce Dominus ut ignis veniet, et sicut tempestas currus ejus [28], » et quæ sequuntur. « Dixit Dominus: Et ego opera eorum et cogitationem eorum scio, et ego venio congregare omnes gentes et linguas, et venient et videbunt gloriam meam, et relinquam eis signum, et emittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes, **306** in Tharsis, et Phud, et Lud, et Mosoch, et Thobel, et in Græciam, et ad insulas remotas, ad eos qui non audierunt nomen meum, neque viderunt meam gloriam, et nuntiabunt mea opera in gentibus [29]. » Planissime etiam in his Domini adventus ad homines indicatur; et quoniam hic dictum est, illum ut ignem venturum, merito Salvator noster ait : « Ignem veni mittere in terram, et quid volo si jam accensus est [30]? » Currus vero ejus, stipantes ipsum divinas potestates inservientesque ipsi sanctos angelos, commode dixeris, de quibus illud dictum est : « Et accesserunt angeli et ministrabant ei [31], » sanctos item ejusdem apostolos ac discipulos, quibus invectum divina atque invisibili virtute Dei Verbum, omnem permeavit terrarum orbem. Potest etiam aliter dici ad verbum : Ignem et currus una cum ejus adventu denuntiari, propter eam, quæ Jerusalem oppressit, obsidionem post Salvatoris nostri adventum : post quem haud multo, templum quidem ipsum igne incensum est, et extremam pertulit vastationem. Urbs vero circumdata est curribus et exercitibus bellicis; post quem casum etiam ea quæ de cunctis gentibus prædicta fuerant, huic prophetiæ consentaneum finem sortita sunt. Cæterum, quis non admiretur audiens Dominum per prophetam dicentem : « Venio congregare omnes gentes et linguas, » cum videat in omni, quæcunque ab hominibus habitatur, terra, per Salvatoris nostri Jesu Christi adventum ac vocationem, conventus gentium in Christi nomine celebrari, linguasque omnium nationum omni genere sermonis unum Deum ac Dominum invocantes? Denique post omnia hæc quis inspiciens omnes, quicunque in Christi fidem venerunt, salutari signo pro annuli nota utentes, non merito obstupescat, si audiat tanto ante ipsum

B « Ἰδοὺ Κύριος ὡς πῦρ ἥξει, καὶ ὡς καταιγὶς τὰ ἅρματα αὐτοῦ· » καὶ ἑξῆς· « Εἶπε Κύριος· Κἀγὼ τὰ ἔργα αὐτῶν καὶ τὸν λογισμὸν αὐτῶν ἐπίσταμαι, καὶ ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς γλώσσας, καὶ ἥξουσι, καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου. Καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον, καὶ ἐξαποστελῶ ἐξ αὐτῶν σεσωσμένους εἰς τὰ ἔθνη, εἰς Θαρσὶς, καὶ Φοὺδ, καὶ Λοὺδ, καὶ Μοσὸχ, καὶ Θοβὲλ, εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ εἰς τὰς νήσους τὰς πόρρω, οἳ οὐκ ἠκουσάν μου τὸ ὄνομα, οὔθ' ἑωράκασί μου τὴν δόξαν, καὶ εὐαγγελοῦσί μου τὰ ἔργα ἐν τοῖς ἔθνεσιν. » Ἄντικρυς καὶ ἐν τούτοις ἡ τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους παρουσία δηλοῦται. Καὶ ἐπειδήπερ εἴρηται, ὡς πῦρ ἥξειν, εἰκότως φησὶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν· « Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; » Ἅρματα δὲ C αὐτοῦ τὰς δορυφορούσας αὐτὸν θείας δυνάμεις, καὶ τοὺς ἐξυπηρετουμένους αὐτῷ ἱεροὺς ἀγγέλους, εἴποις ἄν, περὶ ὧν εἴρηται· « Καὶ προσῆλθον ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· καὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους αὐτοῦ καὶ μαθητάς, οἷς ἐποχούμενος ἐνθέῳ καὶ ἀοράτῳ δυνάμει ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν πᾶσαν διέδραμεν οἰκουμένην. Λέγοιτο δ' ἂν καὶ ἄλλως πρὸς λέξιν· Πῦρ καὶ ἅρματα καταγγέλλεσθαι σὺν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ διὰ τὴν καταλαβοῦσαν πολιορκίαν τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τὴν εἰς ἡμᾶς ἄφιξιν, μεθ' ἣν οὐκ εἰς μακρὰν ὁ μὲν νεὼς αὐτὸς ἐπυρπολεῖτο, καὶ τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινεν ἐρημίαν, ἡ δὲ πόλις ἐκυκλώθη ὑπὸ ἁρμάτων καὶ στρατοπέδων πολεμικῶν, μεθ' ἃ καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προηγγελμένα συμφώνως τῇ προφητείᾳ τέλους D ἔτυχε. Τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειεν ἀκούων τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· « Ἔρχομαι συναγαγεῖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰς γλώσσας, » ὁρῶν καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων γῆς διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας τε καὶ κλήσεως τὰς τῶν ἐθνῶν συναγωγὰς ἐπ' ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ συγκροτουμένας; τάς τε γλώσσας ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐν παντοίαις διαλέκτοις ἀνθρώπων τὸν ἕνα Θεὸν, καὶ Κύριον ἐπικαλουμένας; καὶ ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τίς θεώμενος τῷ σωτηριώδει σημείῳ πάντας τοὺς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότας, σφραγῖδι χρωμένους, οὐκ ἂν εὐλόγως καταπλαγείη ἀκούων πρόπαλαι τοῦ Κυρίου εἰρηκότος· « Καὶ ἥξουσι καὶ ὄψονται τὴν δόξαν μου,

[28] Isa. LXVI, 15. [29] ibid. 18, 19. [30] Luc. XII, 49. [31] Matth. IV, 11.

Digitized by Google

καὶ καταλείψω ἐπ' αὐτῶν σημεῖον; » Ἐν μέρει μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν τῶν θείων χρησμῶν τὰ ἀποτελέσματα· γένοιτο δ' ἂν ἐντελῆ ταῦτα καὶ κατὰ τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, ὅτε πάντα τὰ ἔθνη ὄψονται τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐρχόμενόν τε αὐτὸν ἐξ οὐρανῶν μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Ἀναχθείη δ' ἂν εἰς ἐκεῖνο καιροῦ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ προῤῥήσει δηλουμένων, ὡσπεροῦν συστήσομεν κατὰ τὴν οἰκείαν ὑπόθεσιν. Τοσούτων ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος συνειλεγμένων περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους θεσπιζομένης ἔσεσθαι παρουσίας Θεοῦ, ἐξῆς ἂν εἴη ἐπισυνάψαι ὁποῖός τις ὁ τρόπος τῆς προτέρας αὐτοῦ εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον παρόδου γενήσεσθαι προανεφωνεῖτο.

A Dominum dixisse : « Et venient et videbunt gloriam meam, et relinquam in eis signum? » Jam inde igitur saltem in parte, secundum priorem Salvatoris nostri ad homines adventum, ipsis oculis intuemur divinorum oraculorum eventa. Cæterum eadem hæc plenius absolventur in secundo et glorioso ejusdem adventu, quando omnes gentes videbunt gloriam ejus, venientemque ipsum de cœlo cum **307** potestate et gloria multa. Referri vero ad illud tempus etiam reliqua poterunt quæ in ipso oraculo prædicta sunt, quemadmodum quidem nos proprio atque huic rei dicato opere ostensuri sumus. Cum igitur ad hunc usque locum hæc tam multa collegerimus, de eo, qui olim canebatur futurus Dei ad homines adventu, sequitur ut his adjungamus quisnam modus in iisdem oraculis prædiceretur futurus prioris ejusdem ad humanam vitam accessus.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER SEPTIMUS.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΒΔΟΜΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Α'. *Τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.*

α'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
β'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
γ'. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

Β'. *Ποῦ γῆς ὁ Χριστὸς γεννηθήσεσθαι προεφητεύετο.*

δ'. Ἀπὸ τοῦ Μιχαΐα.
ε'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρλα'.

Γ'. Ἀφ' οἵου γένους προελεύσεσθαι ἐδοᾶτο.

ς'. Ἀπὸ τῆς β' τῶν Παραλειπομένων.
ζ'. Ἀπὸ ψαλμοῦ οα'.
η'. Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.
θ'. Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.
ι'. Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.

B **308** *HÆC INSUNT IN SEPTIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

I. *Quisnam modus accessus Dei ad homines, ex subnotatis Scripturæ locis.*

1. *Ab Isaia.*
2. *Ab eodem.*
3. *Ab eodem.*

II. *Ubi terrarum Christus oriturus prædiceretur a prophetis.*

4. *A Michæa.*
5. *A psalmo* CXXXI.

III. *De quo genere progressurus caneretur.*

6. *De II* Paralipomenon.
7. *A psalmo* LXXI.
8. *Ab Isaia.*
9. *Ab Jeremia.*
10. *A Genesi.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Θεὸν εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι, καὶ σὺν ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς πολιτεύσεσθαι, δύο τε ταῦτα μέγιστα τεκμή-

PROŒMIUM.

Cum proximo libro Deum ad homines venturum, et cum hominibus in terra versaturum, duoque

Digitized by Google

hæc maxima signa illius adventus futura : gentium per totum orbem ad accipiendam veram Dei notitiam, vocationem, et Judaicæ gentis propter incredulitatem in illum, ruinam ac solitudinem, ex propheticis vocibus didicerimus, ibidemque inspexerimus, **309** quem tandem exitum invenerint ea quæ prædicta fuerant, ipse deinceps ordine, in hoc septimo *Evangelicæ Demonstrationis* volumine, modum contemplari conabimur, secundum quem ait se ad homines commigrasse. Jam inde igitur videamus, quisnam modus Dei ad homines migrationis caneretur futurus, et ubinam gentium oriturus prædiceretur, et de quo genere profecturus sanctorum hominum vocibus ferretur.

CAPUT I.

Ab Isaia. — Quisnam modus accessus Domini ad homines.

Prædictio Judæorum incredulitatis erga Christum, et signum eis a Domino datum. Fuit autem illud : Virgo generans Deum ; sub cujus generatione universalis Judæorum nationis purgatio canebatur ; et sicut externi et hostes regionem illorum occupabunt, et quemadmodum quæ ante desertum fuit, agriculturam sortita divinam, fecunda erit. Ecclesia ex gentibus collecta hunc ostendente modum quemadmodum divinus evangelista Joannes, plus quam humana voce de Salvatore ac Domino nostro, de ipso, inquam, Dei Verbo disserens, sacramque illius Scripturam narrationemque aggrediens, una cum ipsa de illa theologia ejusdem ad homines accessum, per assumptum corpus exponit, sic dicens : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [32]. » Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt : atque his deinceps adjungens : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [33]. » Ita divino Spiritu afflatus propheta, cum Deum de Virgine genitum esset nuntiaturus, visionem antea quamdam illius gloriæ contemplatur, talemque theologiam describit : « Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solio excelso et sublimi, et plena erat domus gloria ejus, et seraphim stabant circum eum, sex alæ uni, et sex alæ alteri, et duabus quidem tegebant faciem, duabus autem velabant pedes, et duabus volabant, et **310** clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus [34]. » Et deinceps adjungit : « Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc. Et dixi : Ecce ego, mitte me. Et dixit ad me : Vade, et dic populo huic : Auditu audietis, et non intelligetis : et intuentes intuebimini, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos,

[32] Joan. I, 1. [33] ibid. 14. [34] Isa. VI, 1-3.

A ρια τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἔσεσθαι· κλῆσιν ἐπ' ἀναλήψει τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν, ἀπόπτωσίν τε καὶ ἐρημίαν διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀπιστίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι διὰ τῶν προφητικῶν φωνῶν μεμαθηκότες, ἐπισκεψάμενοί τε κατὰ τὸ αὐτὸ ὁποίου τέλους ἔτυχε τὰ προηγορευμένα, ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐν ἑδόμῳ τούτῳ συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως* τὸν τρόπον ἐπιθεωρῆσαι πειρασόμεθα, καθ' ὃν φησιν αὐτὸν τὴν εἰς ἀνθρώπους ποιήσασθαι πάροδον. Φέρε οὖν ἐντεῦθεν ἤδη σκοπήσωμεν, ὁποῖός τις ὁ τρόπος ἔσεσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας ἐθεσπίζετο, καὶ ποῦ γῆς γεννηθήσεσθαι προεκηρύττετο, ἀπὸ ποίου τε γένους προελεύσεσθαι ἐδοᾶτο.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.— Τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ Κυρίου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας.

Πρόῤῥησις τῆς εἰς Χριστὸν ἀπιστίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ σημεῖον αὐτοῖς ἀπὸ Κυρίου διδόμενον. Ἦν δὲ τοῦτο· Παρθένος Θεὸν γεννῶσα, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει καθαίρεσις παντελὴς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐθεσπίζετο, καὶ ὡς ἀλλόφυλοι καὶ πολέμιοι τὴν χώραν αὐτῶν καθέξουσι, καὶ ὡς ἡ πρὶν ἔρημος τῆς ἐνθέου τυχοῦσα γεωργίας, εὐφορήσει· τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τοῦτον δηλουμένης τὸν τρόπον· ὥσπερ ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, μεῖζονι ἢ κατὰ ἄνθρωπον μεγαλοφωνίᾳ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν θεολογῶν, αὐτὸν δὴ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, τῆς γε ἱερᾶς C Γραφῆς αὐτοῦ ἀπαρχόμενος, ὁμοῦ τῇ θεολογίᾳ καὶ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ εἰς ἀνθρώπους παρίστησιν ἐπιδημίαν· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » φήσας· τούτοις ἑξῆς ἐπάγων· « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ θεσπέσιος προφήτης Θεοῦ ἐκ Παρθένου γεγεννημένον μέλλων ἀνακηρύττειν, τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ θεοπτείαν προθεωρεῖ, ὧδε τὴν θεολογίαν ὑπογράφων· « Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί· καὶ ταῖς μὲν δυσὶν ἐκάλυπτον τὸ πρόσωπον, ταῖς δὲ δυσὶ κατεκάλυπτον τοὺς πόδας· D ταῖς δὲ δυσὶν ἐπέταντο. Καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς Κυρίου λέγοντος· Τίνα ἀποστελῶ, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε πρός μέ· Πορεύθητι, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Καὶ εἶπα· Ἕως πότε, Κύριε,

Digitized by Google

Καὶ εἶπεν· « Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις, παρὰ τὸ μὴ κατοικεῖσθαι, καὶ οἶκοι παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους. » Ποῖον δὲ θεμιτὸν φάσκειν τὸν προφήτην ἑωρακέναι Κύριον; ἢ ὃν τοῖς περὶ τὸν Ἀβραὰμ προπάτορσιν ὤφθαί τε καὶ ὡμιληκέναι ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἀπεδείξαμεν; Τοῦτον γὰρ ὁμοῦ Θεὸν καὶ Κύριον, καὶ δὴ ἄγγελον εἶναι, καὶ ἀρχιστράτηγον δυνάμεως Κυρίου προμεμαθήκαμεν. Μέλλων τοιγαροῦν τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον ὁ παρὼν λόγος θεσπίζειν, τὴν ἔνθεον αὐτοῦ προθεωρεῖ βασιλείαν, δι' ἧς φησιν ἑωρακέναι αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου. Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ θρόνος αὐτοῦ ἐκεῖνος ὁ καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ ψαλμῷ δεδηλωμένος, κατὰ τό· « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, » ἐφ' ὃν καὶ ὁ ἀνωτάτω τῶν ὅλων ποιητὴς Θεὸς Πατήρ τε αὐτοῦ ὡς ἂν μονογενεῖ καὶ ἀγαπητῷ καθέζεσθαι παρεκελεύετο, λέγων· « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. » Συνίστησι δὲ ταύτην ἡμῶν τὴν εἰς τοὺς τόπους ἑρμηνείαν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὃς, παραθέμενος τὰς προκειμένας τοῦ Ἡσαΐου φωνὰς, ἐν αἷς εἴρητο· « Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, » ἐπιφέρει περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων· « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐμαρτύρησε περὶ αὐτοῦ. » Ἰδὼν δὴ οὖν ὁ προφήτης τὴν ἐπὶ τοῦ πατρικοῦ θρόνου τῆς ἐνθέου δόξης τε καὶ βασιλείας ἵδρυσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τῷ τε ἁγίῳ ἐπιθειάσας Πνεύματι, καὶ μέλλων ἐξῆς τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν ὑπογράφειν, προμαρτύρεται τὴν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν μέλλουσαν ἔσεσθαι γνῶσίν τε καὶ δοξολογίαν, τὰ σεραφὶμ εἰσάγων κυκλοῦντα αὐτὸν καὶ φάσκοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Τίνα δ' ἂν εἴη τὰ σεραφὶμ, τὰ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ δορυφοροῦντα, ἢ τάχα ἴσως ἀγγέλων καὶ θείων δυνάμεων χοροὶ, ἢ καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων; ἑρμηνεύεται γὰρ τὰ σεραφὶμ *ἀρχὴ στόματος αὐτῶν*. Τοιοῦτοι δὲ οἱ προφῆται καὶ ἀπόστολοι, ὧν διὰ τοῦ στόματος ἡ ἀπαρχὴ γέγονε τοῦ σωτηρίου κηρύγματος· διὸ ταύτης ἔτυχον τῆς προσηγορίας, ὧν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αἱ δυνάμεις, πτέρυγες ὠνομασμέναι, τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ ὕστατα τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γνώσεως ἐπικρύπτουσιν, ὡς ἄῤῥητα καὶ ἀκατάληπτα ὄντα τὴν φύσιν, τὰ δὲ μέσα τῆς περὶ αὐτοῦ οἰκονομίας ἐκφαίνουσιν, ὅτι δὴ μόνα γνωστὰ ταῦτα ἀνθρώπων φύσει, τῶν ἐπέκεινα καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἐν ἀπορῥήτοις σεσιγημένων. Καὶ δυνάμεις δὲ θεῖαι καὶ οὐράνιοι εἶεν ἄν, διὰ τὸ σεραφὶμ ἑρμηνεύεσθαι *ἐμπρησμοί*· διὸ εἴρηται· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Κεκράγασι δὲ οὗτοι καὶ βοῶσιν ἕτερος τῷ ἑτέρῳ κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, τὴν ἁγιότητα τοῦ θεολογουμένου παριστῶντες, καὶ τότε πάντων παραδοξότατον, θεολογοῦντες. Ὅτι μὴ μόνος καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ πάντα πλήρη τυγχάνει τῆς δοξολογίας αὐτοῦ,

et dixi : Quousque, Domine? Et dixit : Donec desertæ sint civitates, eo quod non sit qui inhabitet : et domus, eo quod non sint homines [35]. » At enim quem tandem Dominum fas est dicere visum fuisse a prophetâ præter eum, quem et Abrahæ, et reliquis Abrahæ similibus priscis patribus visum fuisse, et cum iisdem locutum esse, in prioribus libris ostendimus? Hunc enim pariter et Deum et Dominum, et item angelum esse, et primum imperatorem copiarum Domini, antea didicimus. Cum ergo præsens oraculum esset illius ad homines commigrationem prædicturum, divinum antea illius regnum contemplatur, ubi ait se vidisse illum sedentem in solio excelso, et sublimi. Hoc autem illius solium illud esse existimandum est, quod in Psalmo de dilecto ostensum est, in illis verbis : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi [36], » super quam supremus et universi conditor Deus, et ipsius Pater, ipsum tanquam unicum ac dilectum sedere jubebat, dicens : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [37]. » Confirmat vero hanc nostram in hos locos interpretationem, Joannes evangelista, qui postquam citavit proxime expositas Isaiæ voces, in quibus dictum est : « Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, » adjungit de Christo, et dicit : « Hæc dicit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et testificatus est de eo [38]. » Cum ergo vidisset propheta Salvatoris nostri super paterna divinæ majestatis ac regni sede collocationem, divinoque ipse esset Spiritu instinctus, essetque deinceps ejusdem ad homines accessum, ortumque de Virgine descripturus, prius testificatur eam, **311** quæ in omnem terram perventura erat, cognitionem, et gloriæ prædicationem, ipsa seraphim inducens, quæ circum illum starent, ac dicerent : « Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus. » Sed quænam existimanda sunt hæc seraphim, Christum Dei stipantia? Num forsitan angelorum ac divinarum potestatum chori, an vero prophetarum atque apostolorum? nam seraphim si interpreteris, *initium oris ipsorum* audias. Tales vero et prophetæ et apostoli, per quorum os, instar primitiarum, initium salutaris prædicationis factum est, ex quo appellationem hanc sortiti sunt, sicut etiam sancti Spiritus potestates, quæ alæ nominatæ sunt, primas quidem atque extremas de Deo Verbo notitiæ partes occultant, tanquam eas quæ suapte natura neque dici neque comprehendi possint; quæ vero ipsius de illo dispensationis mediæ sunt, eas ostendunt, propterea quod solæ hæc naturæ hominum cognoscibilia, cum ea quæ supra hæc et post hæc reliqua sunt, in arcanis habita sileantur. Præterea divinæ ac cœlestes potestates, poterunt item vocabulo seraphim intelligi, quatenus alia quadam ratione, seraphim ex inter-

[35] Isa. VI, 8-11. [36] Psal. XLIV, 7. [37] Psal. CIX, 1, 2. [38] Joan. XII, 40, 41.

Digitized by Google

pretatione, incendia significant, ex quo illud dictum est : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam [59]. » Clamant porro hi et vociferantur alter ad alterum pro suis quisque viribus, sanctitatem ejus, de quo ut de Deo loquitur propheta, commendantes, et quod omnium admiratione dignissimum est, theologice declarantes, quod non modo cœlum, et quæ in cœlo sunt, universa plena sunt majestate et gloria ejus, sed etiam omnis terra ejusdem facultatis ac virtutis est particeps, propter ejus, qui canitur de cœlo ad homines, descensum, de quo deinceps longius progressum oraculum vaticinatur, nec non et ortum de Virgine, et per hunc latius in omnem terram disseminatam gloriæ ejus celebrationem, denuntiat. Dominus autem Sabaoth ex interpretatione, est *Dominus exercituum :* is autem erit primus imperator exercituum Domini, quem in tertio ac vicesimo psalmo Dominum Sabaoth, divinæ rursus potestates appellant, ubi ejusdem de terra ad cœlum ascensum divinant, et canunt verbis illis : « Tollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus exercituum, ipse est rex gloriæ [60]. » **312** Hebraicus enim contextus hoc loco rursus Dominum Sabaoth illum vocat : et quoniam ipse est Rex gloriæ, et propter ejus adventum, futurum erat ut omnis terra impleretur gloria ejus, merito quod futurum erat, et in propheta, et in psalmo dictum est. In propheta quidem illis verbis : « Plena est omnis terra gloria ejus ; » in psalmo autem initio statim ubi ait : « Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum, et omnes qui habitant in eo [61]. » His autem vaticinio comprehensis, deinceps progressus propheta testificatur quod licet omnis terra futura sit plena gloria ejus, attamen illum Judaica gens acceptura non sit. Itaque ait : Et dixit Dominus (ille videlicet qui visus fuerat Dominus Sabaoth),Quem mittam, et quis vadet ad populum hunc? Et dixi, Ecce ego sum, mitte me. Et dixit : Vade, et dic populo huic, auditu audietis et non intelligetis, et intuentes intuebimini, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant oculis suis, et auribus suis audiant, et corde intelligant, et convertantur et sanem eos. » Quibus verbis manifestissime canit futuram adversum se accusationem Judæorum, et quod intuebuntur quidem ipsum, non tamen animadvertent quis sit, quodque loquentem inter ipsos et docentem audient, non tamen etiam intelligent quisnam is sit qui cum ipsis loquatur, neque item quænam ea sint novæ doctrinæ præcepta quæ ipse illis tradet. Comprobat vero hujus oraculi eventum evangelista Joannes, qui de Salvatore nostro sic ait : « Cum autem tam multa signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Isaiæ prophetæ

[59] Hebr. I, 7. [60] Psal. XXIII, 7,8. [61] ibid. 1.

ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ γῆ τῆς αὐτῆς μετέσχε δυνάμεως, διὰ τὴν ἐξ οὐρανῶν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ θεσπιζομένην κάθοδον, ἣν προϊὼν ἐξῆς ὁ λόγος προφητεύει, τὴν ἐκ Παρθένου γένεσιν καὶ τὴν διὰ ταύτης εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐφαπλωθεῖσαν δοξολογίαν αὐτοῦ κηρύττων. Κύριος δὲ Σαβαὼθ ἑρμηνεύεται *Κύριος τῶν δυνάμεων* · αὐτὸς δ' ἂν εἴη ὁ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου, ὃν καὶ ἐν κγ' ψαλμῷ Κύριον Σαβαὼθ αἱ θεῖαι πάλιν ἀποκαλοῦσι δυνάμεις, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ θεσπίζουσαι, δι' ὧν φασιν· « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῆς δυνάμεως, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Τὸ γοῦν Ἑβραϊκὸν πάλιν ἐνταῦθα Κύριον Σαβαὼθ αὐτὸν καλεῖ · καὶ ἐπειδήπερ αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, διά τε τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ ἔμελλε πᾶσα ἡ γῆ πληροῦσθαι τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰκότως τὸ μέλλον ἔσεσθαι ἔν τε τῷ προφήτῃ λέλεκται, καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ· ἐν μὲν τῷ προφήτῃ διὰ τοῦ, « Πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ · » ἐν δὲ τῷ ψαλμῷ διὰ τῆς ἀρχῆς φασκούσης· « Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. » Τούτων τεθεσπισμένων, ἐξῆς ὑποδὰς ὁ προφήτης μαρτύρεται, ὅτι δὴ, εἰ καὶ πλήρης ἔσται πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, ἀλλά γε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος οὐ προσήσεται· διό φησι· « Καὶ εἶπε Κύριος, αὐτὸς δηλαδὴ ὁ τεθεωρημένος Κύριος Σαβαώθ· Τίνα ἀποστείλω ; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον ; Καὶ εἶπα· Ἰδού εἰμι ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε· Πορεύθητι, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε · καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. » Δι' ὧν ἀντικρυς θεσπίζει τὴν ἐσομένην εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, καὶ ὡς ὄψονται μὲν αὐτὸν, οὐ μὴν προσέξουσι, τίς εἴη · λέγοντός τε ἐν αὐτοῖς καὶ διδάσκοντος ἀκούσονται, οὐ μὴν καὶ συνήσουσιν οὔθ' ὅστις ὢν αὐτοῖς διαλέξοιτο, οὔθ' ἅπερ αὐτοῖς τῆς καινῆς διδασκαλίας παραδώσει μαθήματα. Μαρτυρεῖ δὲ τοῖς τῶν λόγων ἀποτελέσμασιν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγων· « Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας· Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐμαρτύρησε περὶ αὐτοῦ. » Ἀναμφιλόγως οὖν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀνήνεγκε τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ

Digitized by Google

θεοφάνειαν ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰουδαίων λαὸν οὐ παραδεδεγμένον τὸν ἑωραμένον τῷ προφήτῃ Κύριον, κατὰ τὴν περὶ αὐτοῦ πρόρρησιν. Τῷ γοῦν προφήτῃ ἑωρακότι τὸν Κύριον Σαβαὼθ φησιν ὁ χρησμὸς εἰπεῖν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ ὄψονταί ποτε τὸν αὐτὸν, ἀλλ' οὐ συνήσουσιν ὅστις εἴη, καὶ ἀκούσονται αὐτοῦ λέγοντος ἐν αὐτοῖς καὶ διδάσκοντος, ἀλλ' οὐ νοήσουσι, διὰ τὸ πεπωρῶσθαι αὐτῶν τὴν καρδίαν. Ταῦτ' οὖν ὁ Ἡσαΐας δι' ὧν παρεθέμεθα λέξεων θεσπίσας, ἐν ἱστορίας ἀφηγήσει πολεμίων ἔφοδον κατὰ τοῦ Ἄχαζ, ὃς ἐπεῖχε τότε τὰ τῆς βασιλείας τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, ὑπογράφει, καὶ τὴν τῶν μὲν αἰσθητῶν πολεμίων καθαίρεσιν αὐτίκα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν γενήσεσθαι σημαίνει· ὧν δὲ σύμβολα ἔφερε νοητῶν καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, δαιμόνων τινῶν, καὶ ἀφανῶν δυνάμεων, περὶ ὧν ἀρχόμενοι τῆς ὅλης πραγματείας διεληλύθαμεν, ὡς οὐ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἐπὶ πᾶν εἶδος κακίας, καὶ ἐπὶ αὐτήν γε τὴν ἄθεον εἰδωλολατρείαν καταβεβληκότων, οὐκ ἄλλως τὴν ἧτταν ἔσεσθαι δηλοῖ ἢ διὰ μόνης τῆς θεσπιζομένης εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἐξ ἀπειρογάμου Παρθένου σκῆνος ἀνθρώπειον ἀναληψομένου. Τίς δὲ αὐτῷ ἡ τούτου χρεία ἦν, καιρὸς ἂν εἴη διαλαβεῖν.

A impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ne videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam ejus, et testificatus est de eo [42]. » Ergo absque controversia visionem illam Dei ad Christum retulit evangelista Joannes, et ad Judaicum populum, qui visum a prophcta Dominum, quemadmodum ab illo ipso prædictum est, non suscepit. **313** Nam cum Dominum Sabaoth propheta vidisset, refert oraculum, quemadmodum ipsi præceperit, ut ad Judæos diceret : quod ipsi illum quidem aliquando videbunt, sed non intelligent quis sit, et B audient illum loquentem inter ipsos et docentem, sed non percipient, propterea quod induratum erit cor eorum. Cum hæc igitur Isaias his quæ apposuimus, verbis canat, in historiæ modum hostium adversus Achaz impetum, qui tunc Judaici populi regnum obtinuerat, describit, et a visibilibus quidem hostibus ruinam brevi, neque haud multo post futuram significat. Quorum vero signa quædam duntaxat attulit (hi porro sunt intelligibiles atque invisibiles quidam hostes, dæmones utique ac sub visum non cadentes potestates, de quibus initio totius operis disseruimus, quod non solam Judaicam gentem, sed omne prorsus humanum genus, in omne malitiæ genus, ac denique in ipsum omni religioni contrarium simulacrorum cultum compulerint), hos non aliter vinci posse demonstrat, quam per unum, qui canitur Dei Verbi ad homines accessum, quod quidem Dei Verbum esset ex innupta Virgine humanum corpus assumpturum. Sed hujus illi quisnam usus fuerit, jam tempus esse videtur, ut latius inquiramus.

Τὰ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας.

Ἐπειδὴ « δι' ἀνθρώπου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, χρῆν δήπου διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου τὴν κατὰ τοῦ θανάτου βραβευθῆναι νίκην, καὶ τὸ σῶμα τοῦ θανάτου σῶμα ζωῆς ἀναδειχθῆναι, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν βασιλείαν ἐν τῷ θνητῷ σώματι τὸ πρὶν ἐνεργοῦσαν καταλυθῆναι, μηκέτι ἁμαρτίας αὐτοῦ, ἀλλὰ δικαιοσύνης κρατούσης· καὶ ἐπειδὴ διὰ τῶν τῆς σαρκὸς ἁμαρτημάτων πάλαι πρότερον ἡ πτῶσις ἐγίνετο πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰκότως πάλιν δι' ἀναμαρτήτου, καὶ πάσης ἀχράντου κακίας τὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνηγείρετο τρόπαια. Τίνων δὲ ἐχθρῶν ἢ τῶν πάλαι διὰ τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν καταπαλαιόντων τὸ ἀνθρώπειον γένος; καὶ ἄλλως δὲ ἐχρῆν, ἀνθρώποις Θεοῦ Λόγον ὁμιλεῖν μέλλοντα, καὶ σαρκὸς ἀκοαῖς τὰ τῆς εὐσεβείας μαθήματα παραδώσοντα, τερατείας τε καὶ παραδοξοποιίας ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς, Θεοῦ τε δύναμιν ἐναργῆ παραστήσοντα, μὴ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ συνήθους ἡμῖν ὀργάνου τοῦτο πρᾶξαι· ὅτι οὐδὲ πλέον οὐδὲν σωμάτων ὁρᾷν ἀνθρώπων δυνατὸν ἦν ὀφθαλμοῖς, οὐδ' ἀκούειν ἀκοὴν πλέον τι τοῦ διὰ γλώττης προφερομένου ἦχου. Ἵν' οὖν καὶ διὰ σωμάτων αἰσθήσεως τῆς τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων ἐννοίας ἐπιλαβώμεθα, τὸν ἡμῖν συγγενῆ καὶ γνώριμον λόγον αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος ἀνελάμβανε, καὶ πάντα γε δι' αὐτοῦ τὰ σωτήρια τοῖς αὐτηκόοις καὶ αὐτόπταις

Quæ spectant ad Salvatoris nostri adventum.

C Quia « per hominem mors intravit in mundum, ait Apostolus [43], » idcirco adversus mortem victoriam obtineri per eumdem hominem oportuit, et quod mortis fuerat corpus, vitæ corpus declarari, et peccati regnum, quod prius in corpore mortali vim suam exercebat, deleri usque adeo, ut non amplius illi peccatum, sed justitia dominaretur, et quoniam ex peccatis corporis, antea cunctis hominibus ruina facta est, merito rursus per omnis peccati expers corpus, omnique prorsus malitia intactum, tropæa adversus hostes erigenda fuerunt. Sed quos tandem hostes, nisi eos qui olim per corporeas voluptates humanum genus prosternebant? præterea cum Dei Verbum esset cum hominibus D collocuturum, et corporeis auribus præcepta de pietate traditurum, prodigiaque et miracula oculis hominum, **314** Deique virtutem evidenter atque aperte demonstraturum, non aliter quam per consuetum, nobisque familiare instrumentum, hoc facere ipsum oportuit, quoniam nihil quidem amplius, quam quæ corpora sunt, mortalibus oculis ut cerneremus, fieri poterat, neque ut auribus perciperemus, quam sonum, qui lingua proferri consuevit. Ut igitur corporeis quoque sensibus intelligibilium incorporearumque rerum notiones capere-

[42] Joan. XII, 37-41. [43] Rom. V, 12.

Digitized by Google

mus, eum qui nobis et cognatus et familiaris esset, ipse Deus Verbum assumpsit, omniaque per illum quæcunque salutaria essent, iis, qui ipsi audiebant, ipsique fidebant, tam quæ in divinis ipsius verbis, quam quæ in factis consisterent, exposuit. Atque hæc omnia administravit, nusquam ut nos simili ratione corporis necessitatibus illigatus, neque ipse quidquam aut deterius aut amplius sua ipsius divinitate perpetiens, neque vero ut anima hominis, ita ipse tali corpore impeditus, ut divina interim munera obire non posset, aut ubique adesse, qui Dei Verbum est, omniaque implet, per omnia penetrat, neque item aut sordibus ullis, aut corruptione, aut fœditate, ex eo corpore quod assumpsit inquinatus, propterea quod cum ipse natura sit expers et corporis, et carnis, et omnis materiæ, tanquam Dei Verbum, divina quadam virtute rationibusque ineffabilibus, omnem sustinuit dispensationem, quæ sua essent impertiens, non autem contra sibi vindicans, aut usurpans quæ aliena. Ergo cur ita hanc illius in corpore dispensationem formidare opus est, quando neque fœdatus est is qui fœdari non potest, neque ex carne assumpta inquinatus, qui non potest inquinari, neque vero propria corporis natura corruptus, cum ipsum sit Dei Verbum ab omni patiendi natura prorsus alienum? Quandone solis quidem radii dum cadavera et omnis generis corpora attingunt, quidquam omnino pati dicuntur? ab ipso autem divino Verbo etiam contra, quod corruptibile erat in melius commutatum est, sanctumque atque immortale, quemadmodum ipsius voluntas fuit, effectum est: quinetiam divinis sui Patris consiliis, atque actionibus, ipse interim inserviebat. Totum igitur hoc hominum amantissimus Deus Deique Verbum pro cunctorum hominum medela et salute, vocibus interim prophetarum consentanea gerens effecit, qui quidem prophetæ tanto ante a priscis usque temporibus, admirabilem ipsius de Virgine ortum testificati fuerant. Porro autem admodum necessario huic Christi ortui de Virgine, propheta anteponit id quod reddat attentum, **315** inclamans ad eos qui ipsa hæc audiant, illud: « Si non credideritis, non intelligetis; » cui deinceps adjungit ea quæ in hunc modum se habent: « Si non credideritis, non intelligetis. » — « Et adjecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum aut in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite jam, domus David: Num parum vobis est, hominibus exhibere certamen? et cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: ecce Virgo in utero capiet, et pariet filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel. Butyrum et mel comedet, priusquam cognoscat ipse, aut eligat mala, ut seligat bonum: quia prius quam cognoscat puer bonum aut malum, non est obediens malitiæ, ut seligat bonum. Et comprehendetur terra, quam tu times a

A τῶν ἐνθέων αὐτοῦ λόγων τε καὶ ἔργων προεβάλλετο. Καὶ ταῦτ' ἔπραττε ταῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις ὁμοίως ἡμῖν οὐδαμῶς καταδεσμούμενος, οὐδέ τι χεῖρον ἢ μεῖζον αὐτὸς ἑαυτοῦ τῆς θεότητος ὑπομένων, οὐδ' οὕτως ὥσθ' οἷα ἀνθρώπου ψυχὴ, τῷ σώματι παρεῖναι Θεοῦ Λόγον ὄντα, καὶ τὰ πάντα πληροῦντα, καὶ διὰ πάντων ἥκοντα· ἀλλ' οὐδὲ ῥύπον, ἢ φθορὰν, ἢ μίασμα, ἐξ ἧς ἀνέλῃφε σαρκὸς ἐπενηνεγμένος, ὅτι δὴ ἀσώματος ὢν τὴν φύσιν, καὶ ἄῦλος καὶ ἄσαρκος, οἷα Θεοῦ Λόγος, ἐνθέῳ δυνάμει καὶ λόγοις ἡμῖν ἀῤῥήτοις πᾶσαν ὑπῆει τὴν οἰκονομίαν, τῶν οἰκείων μεταδιδοὺς, ἀλλ' οὐκ ἀντεπαγόμενος τῶν ἀλλοτρίων. Οὐκοῦν τί φοβεῖσθαι χρὴ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, ἐπεὶ μὴ ἐμολύνετο ὁ ἀμόλυντος, μηδὲ ἐκ τῆς σαρκὸς ὁ ἀμίαντος ἐμιαίνετο, μηδὲ συνεφθείρετο τῇ τοῦ σώματος οἰκείᾳ
B φύσει ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος; ἐπεὶ μηδὲ ἡλίου πάθοιεν ἄν τι ἀκτῖνες νεκρῶν καὶ παντοίων σωμάτων ἐπαφώμεναι. Τῷ δὲ θείῳ Λόγῳ τοὔμπαλιν τὸ φθαρτὸν μετεσκευάζετο, καὶ ἀγιόν τε καὶ ἀθάνατον, ἃ τε καὶ ἦν αὐτῷ βουλητὸν, ἀπετελεῖτο. Ναὶ μὴν καὶ ταῖς ἐνθέοις τοῦ Πνεύματος βουλαῖς τε καὶ πράξεσι διηκονεῖτο. Τοῦτο οὖν ὅλον τῷ φιλανθρωποτάτῳ Θεῷ τε καὶ Θεοῦ Λόγῳ ὑπὲρ τῆς πάντων ἀνθρώπων θεραπείας τε καὶ σωτηρίας ταῖς τῶν προφητῶν ἀκολούθως ἐνηργεῖτο φωναῖς, ἄνωθεν ἐκ παλαιῶν χρόνων τὴν θαυμασίαν ἐκ Παρθένου γέννησιν αὐτοῦ προμαρτυρομέναις. Σφόδρα δὲ ἀναγκαίως ὁ προφήτης προτάττει τῆς ἐκ Παρθένου γενέσεως τοῦ Χριστοῦ τὸ ἐπιστρεφὲς,
C ἐπιφωνῶν ἀντικρυς τοῖς τούτων ἀκροωμένοις τὸ, « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε· » ᾧ ἐπιφέρει ἐξῆς τὰ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. » « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἄχαζ, λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἄχαζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ μὴ πειράσω Κύριον. Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυΐδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀνθρώποις παρέχειν ἀγῶνα; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γα-
D στρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Βούτυρον καὶ μέλι φάγεται, πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἢ προελέσθαι πονηρὰ, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν· διότι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Καὶ καταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ φοβῇ, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων. » Καὶ τὰ μὲν τῆς προφητείας ὧδέ πη εἶχεν· ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον τῷ τοῦ λόγου προοιμίῳ μαρτυρομένῳ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν, οὐδὲ μὴ συνῶσι. Καὶ ἀναγκαίως χρῆν ἐπισημήνασθαι, δεικνύντας, ὅτι μὴ μόνον συνέσεως, ἀλλὰ καὶ πίστεως δεῖ τοῖς ἐντευξομένοις, καὶ οὐ μόνον πίστεως, ἀλλὰ καὶ συνέσεως. Ὅθεν οἱ ἐκ περιτομῆς μὴ πιστεύσαντες εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, εἰσέτι καὶ νῦν τούτων ἀκροώμενοι, οὕπω καὶ εἰς δεῦρο συνῆκαν τὸν προφητευόμενον, ὥστε ἐπ' αὐτοῖς πρώτοις ἐπαληθεῦσαι τὴν πρόῤῥησιν· ἀκοῇ γὰρ τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητειῶν διὰ πάσης ἡμέρας ἀκούοντες, ὠσὶ διανοίας οὐκ ἀκούουσιν. Τῆς τε ἀγνοίας αὐτῶν αἴτιον οὐδὲν ἕτερον ἢ

Digitized by Google

ἀπιστία τυγχάνει, καὶ τοῦτο τῆς προῤῥήσεως ἀψευδῶς περὶ αὐτῶν καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀποφηναμένης. « Ἐὰν γὰρ, » φησὶ, « μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. » Ἀλλ' εἰ φαῖεν μὴ Παρθένον, νεᾶνιν δὲ ὠνομάσθαι ἐν τῇ Γραφῇ (οὕτω γάρ φασι φέρεσθαι παρ' αὐτοῖς), καὶ ποῖον ἂν γένοιτο, φήσομεν, σημεῖον ἐπαγγελίας Θεοῦ ἄξιον, εἰ συνήθως τίκτειν, οἷα καὶ πᾶσαι γυναῖκες, ἐξ ὁμιλίας ἀνδρὸς ἐν γαστρὶ λαβοῦσα νεᾶνίς τις ἔμελλε; Πῶς δὲ καὶ Θεὸς ἦν ὁ ἐξ αὐτῆς γεννώμενος; καὶ οὐχ ἁπλῶς Θεός, ἀλλ' *ὁ μεθ' ἡμῶν;* τοῦτο γὰρ σημαίνειν βούλεται τὸ Ἐμμανουήλ, ὅπερ φησὶ δεῖν ὀνομάζειν τὸν γεννώμενον. « Ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος, φησὶν, ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· » ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.* Ποῖος δὲ καὶ ἀγὼν Θεῷ, ἢ ποῖος ἂν εἴη κόπος, καὶ μόχθος ἐπὶ συνήθει τρόπῳ γυναικὸς τικτούσης; Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, ὑφ' Ἑβδομήκοντα ἀνδρῶν ἄνωθεν μὲν Ἑβραίων τὸ γένος, ἐπ' ἀκριβείᾳ δὲ τῆς πατρίου παιδείας δεδοκιμασμένων ἡρμηνευμένοις, ὧδέ πως φέρεται· « Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, ὃς κεκλήσεται *ὁ μεθ' ἡμῶν Θεός.* » Τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφην, δηλοῦν βούλεται τὸ Ἐμμανουὴλ ὄνομα. Ἐν δὲ τοῖς αὐτῶν Ἰουδαίων ἀντιγράφοις, κατὰ τὴν Ἀκύλου μεταβολὴν φερομένοις (προσήλυτος δὲ ὁ Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος), ὅμως δ' οὖν καὶ κατ' αὐτὸν τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον· « Ἀκούσατε δὴ, οἶκος Δαυΐδ· μήτι ὀλίγον ἀπὸ ὑμῶν μοχθοῦν ἄνδρας, ὅτι μοχθοῦτέ γε καὶ τὸν Κύριον Θεόν μου; Διὰ τοῦτο δώσει αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει, καὶ τίκτει υἱὸν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Παρὰ δὲ τῷ Συμμάχῳ ταῦθ' οὕτως ἔχει· (λέγεται δὲ ὁ Σύμμαχος Ἐβιωναῖος εἶναι· αἵρεσις δὲ ἦν οὕτω καλουμένων τινῶν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν πιστεύειν λεγομένων, ἐξ ὧν ὁ Σύμμαχος ἦν,) παρ' ᾧ καὶ αὐτῷ ταῦτα οὕτως ἔχει· « Ἀκούσατε, οἶκος Δαυΐδ· Μὴ οὐκ αὐταρκες ὑμῖν κοπτοῦν ἀνθρώπους, ὅτι κοπτοῦτε τὸν Θεόν μου; Διὰ τοῦτο δώσει αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις συλλαμβάνει, καὶ τίκτει υἱὸν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. » Ἐπειδὴ γὰρ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τὸ σκληρὸν τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς εὐσέβειαν δυσένδοτον, ἰδρῶτα καὶ κόπον, μόχθον τε οὐ τὸν τυχόντα, καὶ ἀγῶνα παρεῖχε τοῖς πάλαι θεοφιλέσι προφήταις, τούτου χάριν, « Οὐκ αὐταρκες ὑμῖν, » φησὶ, « τοὺς προφήτας τοῦ Θεοῦ μοχθοῦν, καὶ ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν Θεόν μου κοπτοῦτε, καὶ ἀγῶνα παρέχετε καί γε τῷ Θεῷ μου; » Οὕτω γὰρ καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκεν. Ὁ γοῦν προφήτης ἰδίως ἑαυτοῦ Θεὸν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν πρὸς οὓς ὁ λόγος, τὸν κοπούμενον καὶ ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἀποδυόμενον προσεῖπεν, οὐκ ἂν φήσας, Θεόν μου τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐν Ἰουδαίοις, παρ' οἷς ἐκ πατέρων τὸ περὶ τὸν τῶν πάντων δημιουργὸν Θεὸν σέβας ἐφυλάττετο. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ ἀγὼν καὶ μόχθος,

facie duorum regum[43]. » Et quæ quidem ad prophetiam pertinent, in hunc modum se habent. Diligentius vero attendere par est ipsius oraculi exordium, quod legentes admonet, si non crediderint, ne intellecturos quidem esse; et sane adnotare necesse fuit, atque ostendere, quod non solum intellectu, sed etiam fide iis qui lecturi sunt, opus sit, et vicissim, non solum fide sed etiam intellectu. Ex quo Judæi qui in Christum Dei non crediderunt etiam nunc hæc audientes, nondum tamen quis sit, de quo propheta loquitur intellexerunt, ut in ipsis primis veritatem suam probaverit vaticinium : auditu enim tota die prophetias de Christo audientes, auribus intelligentiæ non audiunt. Atque ipsorum ignorantiæ alia nulla est causa quam incredulitas, cum ipsum hoc absque mendacio et de ipsis, et ad ipsos vaticinium, plane enuntiaverit : « Si enim non credideritis, inquit, ne intelligetis quidem. » Quod si dixerint non Virginem, sed puellam apud Scripturam nominatam esse (sic enim aiunt apud ipsos haberi), cujusmodi tandem signum hoc futurum dicemus, quod divina promissione sit dignum, si usitate, quemadmodum cæteræ omnes mulieres, ubi ex viri conjunctione prægnans evaserit, puella quæpiam fuit paritura? Quomodo præterea Deus erit qui ex illa nascatur, neque simpliciter Deus, sed *nobiscum Deus?* hoc enim significat vox Emmanuel, quo nomine ait esse vocandum illum qui nascetur : « Ecce enim, inquit, Virgo in utero capiet, **316** et pariet filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel, » quod est, si quis interpretetur, *nobiscum Deus.* Cujusmodi autem certamen Deo, aut quis tandem labor, quæve difficultas objecta, si de more paritura fuit mulier? In nostris enim exemplaribus, quæ quicunque interpretati sunt, ii et genere ab Hebræis oriundi fuerunt, et patriæ ipsorum linguæ peritissimi, et in ea eruditione probatissimi, sic habetur : « Num parum vobis est, certamen exhibere hominibus? et cur Domino exhibetis certamen? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo in utero capiet, et pariet filium, qui vocatur *nobiscum Deus.* » Hoc enim sibi vult, quemadmodum dixi, ipsa vox Emmanuel. In ipsis autem Judæorum exemplaribus, quæ secundum Aquilæ conversionem feruntur (adventitius autem Aquila fuit, non natura Judæus), sed tamen etiam secundum hunc, hoc sane scriptum est modo : « Nunquid parum est a vobis fatigari viros? quod laborem exhibetis etiam Deo meo? Propter hoc dabit ipse vobis signum : Ecce puella in utero concipit, et parit filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel. » Apud Symmachum vero hæc ita se habent (porro Symmachus dicitur Ebionæus fuisse : secta autem hæc fuit Judæorum, qui eo nomine vocabantur, et in Christum credere dicebantur, ex quibus Symmachus fuit); apud ipsum hunc igitur hæc ita se habent : « Audite, domus David, nunquid

[43] Isa. VII, 10-16.

Digitized by Google

non satis vobis est fatigare homines, quod fatigatis Deum meum? propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum : Ecce puella concipit et parit filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel. » Quibus enim Judaicæ gentis mores asperrimi, et a pietate admodum abhorrentes, sudorem laboremque, ac fatigationem non vulgarem, atque certamen, antiquis illis Deo amicis prophetis exhibebant, idcirco, « non satis est, inquit, vobis, Dei prophetas affligere, hominibusque exhibere certamen, nisi jam etiam Deum meum fatigetis, eique exhibeatis certamen? » nec Deo simpliciter, sed Deo meo? Sic enim Theodotion quoque convertit. Propheta igitur suum peculiariter Deum, et non eorum ad quos sermo dirigebatur, eum qui vexaretur, et in certamen daretur, appellavit, qui quidem nunquam Deum meum dixisset eum qui apud Judæos supremus habetur, apud quos, quem a patribus rerum omnium conditoris Dei **317** cultum ipsi acceperant, is diligentissime servabatur, sed quod tandem esse potest certamen, quis labor, quæ fatigatio ejus Dei, de quo propheta loquitur, nisi illud ad hominum generationem accedere, et tum secundum nos, tum secundum Septuaginta interpretationem de Virgine nasci: secundum vero eam quæ apud juniores fertur Judæos, de puella? Cæterum apud Mosem quoque invenies eam, quæ absque controversia sit virgo, puellam appellari: siquidem eam quæ alii desponsata sit, alia vero repudiata, hac appellatione vocavit. Is præterea qui de tali femina sit edendus nomine Emmanuel, majore fertur potentia, quam omnium aliorum hominum, quippe qui eligat bonum prius quam cognoverit mala, et malitiæ non obtemperet boni eligendi gratia, eo magis quod hæc præstet non in virili jam, sed in puerili adhuc ætate constitutus; ex quo illud dictum est: Prius quam noverit puer bonum aut malum, non paret malitiæ, ut eligat bonum. » Quibus verbis prorsus quod ille de quo agitur nullam malitiam attigerit, demonstratur. Sed excellentiorem quoque denominationem, quam hominis ulla esse possit appellatio, nanciscitur is qui nobiscum est Deus: quare signum item quod de illo datur, profunditatem simul habere dicitur, et simul altitudinem: profunditatem quidem propter descensum ad homines, aut etiam usque ad mortem accessum: altitudinem vero propter divinitatis a profunditate restitutionem, aut etiam propter divinæ ejus substantiæ, quæ omni natura prior est, theologiam. Quis vero alius sit nobiscum Deus, quam is quem superioribus libris Deum Dominumque ostendimus? quique item Abrahæ quondam non alia quam hominis forma visus est? Quod si Judæi hæc ad Ezechiam referant filium Achaz, et dicant hunc esse qui patri suo futurus oraculo promittatur, videant quomodo nobiscum Deus fuerit Ezechias, aut quodnam signum sua majestate dignum, Deus in illo ostenderit: sed neque certamen ullum, neque labor in illius ortu Deo exhibitus est: præterea plane a prophetia excluditur,

A ἢ ὁ κόπος τοῦ προφητευομένου Θεοῦ, ἢ τὸ εἰς ἀνθρώπων γένεσιν ἐλθεῖν; κατὰ μὲν ἡμᾶς καὶ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν, ἐκ Παρθένου γεννώμενον, κατὰ δὲ τὴν νῦν παρὰ Ἰουδαίοις φερομένην, ἐκ νεάνιδος. Εὔροις δ' ἂν παρὰ Μωσεῖ καὶ τὴν ὁμολογουμένως Παρθένον νεᾶνιν προσηγορευμένην. Τὴν γοῦν ἑτέρῳ μεμνηστευμένην, ὑφ' ἑτέρου δὲ ἐκβεβιασμένην τούτῳ κέκληκε τῷ προσρήματι. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ τῆς δηλουμένης τεχθησόμενος Ἐμμανουὴλ μείζονα ἢ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ἐπιφέρεται δύναμιν, ἐκλεγόμενος τὸ ἀγαθὸν πρὶν ἢ γνῶναι πονηρὰ, καὶ ἀπειθῶν πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· καὶ ταῦτα οὐκ ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ παιδίου. Διὸ εἴρηται· « Πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ, τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ

B ἀγαθόν· » δι' ὧν παντελῶς τὸ τῆς κακίας ἄπειρον τοῦ δηλουμένου παρίσταται. Ἀλλὰ καὶ κρείττονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐπάγεται τὴν ἐπωνυμίαν ὁ μεθ' ἡμῶν ὑπάρχων Θεός· διὸ καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ σημεῖον βάθος ἐλέγετο περιέχειν, ὁμοῦ δὲ καὶ ὕψος· βάθος μὲν διὰ τὴν εἰς ἀνθρώπους κάθοδον, ἢ καὶ τὴν μέχρι θανάτου παρουσίαν, ὕψος δὲ διὰ τὴν ἔνθεον ἐκ τοῦ βάθους ἀποκατάστασιν, ἢ διὰ τὴν τῆς ἐνθέου προϋπάρξεως αὐτοῦ θεολογίαν. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς ἢ ὁ διὰ τῶν πρόσθεν ἀποδεδειγμένος Θεὸς Κύριος; ὁ καὶ τῷ Ἀβραὰμ οὐκ ἄλλως ἢ δι' ἀνθρώπου μορφῆς τεθεαμένος; Εἰ δ' ἀναφέροιεν ἐπὶ τὸν Ἐζεκίαν οἱ ἐκ περιτομῆς ταῦτα, τὸν τοῦ Ἄχαζ παῖδα, τοῦτον εἶναι φάσκοντες τὸν τῷ πατρὶ προσημαινόμενον, ἀλλ' οὔτε

C ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς Ἐζεκίας ἦν, οὔτε σημεῖον θεοπρεπὲς πέπραχταί τι ἐπ' αὐτῷ· ἀλλ' οὐδὲ ἀγὼν ἢ μόχθος τῷ Θεῷ ἦν περὶ τὴν ἐκείνου γένεσιν· καὶ ἄλλως παρὰ ταῦτα δείκνυται ὁ Ἐζεκίας ἀποκλειόμενος τῶν χρόνων τῆς προφητείας. Ταῦτα μὲν γὰρ βασιλεύοντος αὐτοῦ δὴ τοῦ πατρὸς Ἄχαζ περὶ μελλόντων ἐθεσπίζετο· ὁ δὲ Ἐζεκίας πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Ἄχαζ συνίσταται γεγεννημένος. Εἰ δὲ μὴ ἐπὶ τοῦτον ἀναχθείη τὰ τῆς προκειμένης προῤῥήσεως, πολλοῦ δεῖ ἐφ' ἕτερον τῶν παρὰ Ἰουδαίοις μετὰ τοὺς τῆς προφητείας χρόνους γενομένων. Ἐπί γε μὴν τῆς τοῦ ἀληθοῦς Ἐμμανουὴλ, τοῦτ' ἔστι τοῦ γεγονότος μεθ' ἡμῶν Θεοῦ γενέσεως, καὶ ἐπὶ μόνης τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας· τῶν γὰρ δυεῖν βασιλέων καθῃρημένων,

D κατελείφθη ἔρημος ἡ τῶν Ἰουδαίων γῆ, ὥσπερ ἔσεσθαί φησιν ὁ χρησμὸς εἰπών· « Καταλειφθήσεται ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων· » ὃ καὶ αὐτὸ ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν οὕτως ἂν ἀποδοθείη. Κατὰ γὰρ βασιλέα Ἄχαζ, καὶ Ἡσαΐαν υἱὸν Ἀμὼς, καὶ τοὺς τῆς προφητείας χρόνους, βασιλεὺς Συρίας ὁ ἐν Δαμασκῷ, καὶ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ὁ ἐν Σαμαρείᾳ, οὐχ ὁ ἐν Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ὁ τοῦ πλήθους τῶν Ἰουδαίων τῶν ἀποστάντων τοῦ θείου νόμου, συνθήκας πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, τοὺς ὑπὸ τοῖς διαδόχοις τοῦ Δαυὶδ βασιλευομένους ἐπολιόρκουν. Τούτων οὖν ἀμφοῖν τὴν καθαίρεσιν ἡ προφητεία θεσπίζουσα, αὐτοὺς μὲν τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίους τε καὶ ἀλλοφύλους, κατὰ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ δεξιὰς ἀλλήλοις δεδωκότας, αὐτίκα μάλα διαλυθήσεσθαι καὶ ἀποχωρήσειν τοῦ πολέμου

Digitized by Google

φησί· τὴν γε μὴν βασιλείαν αὐτῶν καὶ τὴν διαδοχὴν εἰς τὸ παντελὲς καταλυθήσεσθαι, καὶ ἀποσβεσθήσεσθαι ἐπὶ τῆς τοῦ προφητευομένου, μεθ' ἡμῶν Θεοῦ, γενέσεως. Ἐπίστησον τοίνυν πότε ἡ Δαμασκηνῶν ὁμοῦ καὶ Ἰουδαίων κατελύθη βασιλεία, καὶ κατὰ ποίους χρόνους κατελείφθη ἡ γῆ τῶν Ἰουδαίων ἀβασίλευτος, καὶ αὐτή γε ἡ πρὶν πολλὰ δυναμένη Δαμασκηνῶν χώρα, μεγάλῃ χειρὶ τὸ παλαιὸν τῆς Συρίας ἁπάσης βασιλεύουσα. Ἐπὶ γὰρ τῆς τούτων καθαιρέσεως τὸν Ἐμμανουὴλ πάντως που γεννηθήσεσθαι εἰκὸς, καὶ τὸν προφητευόμενον ἐληλυθέναι. Εἰ μὲν οὖν τῶν δηλουμένων παρῆν ὁρᾷν συνεστώσας τὰς βασιλείας, οὐδὲν χρῆν περαιτέρω ζητεῖν, μόνον δὲ ἔτι καὶ νῦν εἰς μέλλοντα χρόνον ἀναρτᾷν τὰς ἐλπίδας· εἰ δὲ ἔργῳ προφανὴς ἡ καθαίρεσις τῶν εἰρημένων, ὡς μήτε ἐν Δαμασκῷ, μήτε ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς φαίνεσθαι βασιλέα, πρόδηλον ὡς τέλους ἔτυχε τὸ λόγιον φῆσαν· « Καὶ καταλειφθήσεται ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων, ὧν σὺ φοβῇ, ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· » τῶν βασιλέων, ἀντὶ τῶν βασιλειῶν ὠνομασμένων. Ὁ γοῦν Σύμμαχός φησιν· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἀφ' ἧς σὺ ἐγκακεῖς, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς· » καὶ ὁ Ἀκύλας· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ χθὼν, ἣν σὺ σιχαίνεις, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς. » Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ἐγκαταλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ βδελύσσῃ, ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων αὐτῆς. » Ὁρᾷς ὅπως τὴν γῆν καταλειφθήσεσθαι ἀβασίλευτον θεσπίζει; Ποίαν δὲ γῆν, ἢ τὴν τῶν Δαμασκηνῶν, καὶ τὴν τοῦ Ἰσραήλ; τούτων γὰρ ἦσαν οἱ δύο βασιλεῖς, οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος· ὧν ὁ Ἄχαζ τὴν γῆν ἐσίχαινεν, ἢ ἐδδελύσσετο, ἀποκάμνων ἢ ἐγκακῶν ἀπ' αὐτῆς. Πότ' οὖν τοῦτο γέγονε; τούτων γὰρ συμπερασθέντων, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὸ προλεγόμενον μέρος τῆς προφητείας εἰς ἔργον κεχωρηκέναι· τοῦτο δὲ ἦν τὸ τὴν Παρθένον τεκεῖν τὸν μεθ' ἡμῶν Θεόν. Καὶ δὴ πρόδηλον τοῖς τὰς ἱστορίας ἐξετάζουσιν, ὡς μέχρι μὲν τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐπὶ τῆς Δαμασκοῦ συνειστήκει τὸ ἐκ προγόνων διαδοχῆς βασίλειον. Μέμνηται γοῦν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Ἀρέτα τοῦ βασιλέως Δαμασκηνῶν· καὶ τοῦ Ἰουδαίων δὲ ἔθνους ἡ ἄτακτος, καὶ οὐ κατὰ νόμον εἰσέτι τότε διέμενε βασιλεία. Οὐ γὰρ ἀπὸ γένους Δαυὶδ ἔφερον τὴν τῆς ἀρχῆς διαδοχὴν Ἡρῴδης καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενόμενοι. Μετὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους τοῦ ἐκ τῆς Παρθένου παιδὸς κήρυγμα, καταλέλειπται αὐτίκα ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου τοῖν δυεῖν βασιλέων. Ἐξ ἐκείνου γὰρ τῆς Ῥωμαίων μοναρχίας τῶν ἐθνῶν ἐπικρατησάσης, ἐλέλυτο μὲν καὶ πᾶσα ἡ κατὰ τοὺς τόπους ἐθναρχία τε καὶ πολιαρχία· τέλος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ τῆς ἐν χερσὶν ἐλάμβανε προφητείας. Ῥητὰ μὲν οὖν τάδε· πρὸς δὲ διάνοιαν ὁ τῆς προφητείας λόγος ἁπάσης ψυχῆς τὸ εὐσταθὲς καὶ γαληναῖον, καὶ εἰρηναῖον σημαίνει τῆς τὸν γεννηθέντα Θεὸν αὐτὸν δὴ τὸν Ἐμμανουὴλ παραδεξαμένης. Ἑνὸς γὰρ Χριστοῦ καὶ τοῦ καταγγελθέντος πρὸς αὐτοῦ λόγου τῆς τῶν ἀνθρώπων

A ratione temporum Ezechias. Hæc enim ipso jam tum patre Achaz regnante futura canebantur. Ezechiam vero antequam regnum acceperit Achaz, genitum esse constat. Quod si ad hunc ea quæ ad propositum oraculum pertinent, minime referri possunt, multo minus ad alium quempiam eorum, qui apud Judæos post prophetiæ tempora exstiterint, præterquam ad ortum ejus, qui verus est Emmanuel, **318** hoc est ejus qui exstiterit vere nobiscum Deus, et ad unum Salvatoris nostri Dei Verbi ad homines accessum: duobus enim sublatis regibus, deserta et sola relicta est Judæorum terra, sicut oraculum ait futurum, dicens: « Relinquetur terra a facie duorum regum; » quod quidem ipsum etiam plane ad verbum sic demonstrabitur. Tem-
B poribus enim regis Achaz, et Isaiæ filii Amos, quibus prophetia illa edita est, rex Syriæ qui Damasci, et rex Israel non is qui in Jerusalem, sed is qui Samariæ regnabat, et multitudini Judæorum, qui a divina lege defecerant, imperabat, fœdere inter se icto, eos quibus Davidis successores imperabant, obsidere cœperunt. Hosce igitur ambos cum prophetia tollendos atque evertendos canat, ipsos quidem illius temporis Judæos et externos, qui adversus populum Dei sibi dextras inter se dederant, e vestigio dissolvendos, et discessuros a bello prædicit; regnum tamen illud ac successionem eorum prorsus dissolutum exstinctumque iri, sub illius, de quo prophetia loquitur, nobiscum
C Dei, ortum. Attende igitur diligenter quo tempore Damascenorum simul ac Judæorum dissolutum est regnum, et quando tandem relicta est terra Judæorum sine rege, necnon ipsa quæ prius multum poterat, magna manu quondam Syriæ universæ imperitans, Damascenorum regio. Namque sub horum eversionem atque interitum, ipsum Emmanuel prorsus oriturum fuisse par est, et eum de quo prophetia loquitur venturum. Si igitur horum ipsorum, de quibus dictum est, regna, adhuc stare intueri liceret, nihil amplius quærere opus esset, sed etiam nunc in futurum tempus spem omnem intendere. Sin autem reipsa constat ea de quibus dictum est, eversa sublataque esse, usque adeo ut neque in Damasco, neque in Judæa, nostris tempo-
D ribus regem intueri liceat, quid amplius dubitandum est, oraculum suum finem accepisse, quod ait? « Et relinquetur terra a facie duorum regum, quos tu times a facie ipsorum; » quibus in verbis reges pro regnis nominati sunt. Siquidem Symmachus ita ait: « Relinquetur terra, a qua tu mala pateris, a facie duorum regum ipsius. » Aquila vero: « Relinquetur terra, quam tu fastidis, a facie duorum regum ipsius. » Theodotion quoque eodem interpretatus est modo· **319** « Relinquetur, inquit, terra quam tu abominaris a facie duorum regum ipsius. » Cernis vaticinetur terram relinquendam esse sine rege Sed quam tandem terram, nisi Damascenorum atque Israel? Horum enim duo reges erant, de qui-

Digitized by Google

bus hic sermo est. Quorum terram Achaz fastidiebat sive abominabatur laborans, sive mala patiens ab ea. Quando igitur, quæso, hoc factum est? His enim confectis, necesse est prorsus eam prophetiæ partem, de qua hic dictum est, ad exitum pervenisse, hoc est Virginem, nobiscum Deum, peperisse. Et sane constat apud eos qui non indiligenter historias exploraverint, quemadmodum usque ad tempora Salvatoris nostri Jesu Christi, reges Damasci a majoribus suis acceptum imperium tenuerint. Nam sanctus quoque Apostolus Aretæ Damascenorum regis meminit, et Judaicæ gentis ad illud usque tempus, quamvis inordinatum et præter leges, regnum manebat. Non enim a genere David aut Herodes, aut qui post Herodem, Salvatoris nostri temporibus exstiterunt, regni successorem ferebant. At vero post ejus advintum, postque de Virgine nati evangelicam in omnes homines prædicationem, terra continuo a facie duorum regum relicta est. Nam ex illo cum Romani omnium gentium imperium obtinuissent, solutus quidem est omnis per singula loca, tam gentium quam civitatum principatus, finemque una cum multis aliis, etiam ea quæ ad præsentem prophetiam pertinent, sortita sunt. Et hæc quidem ad verbum interpretantibus dicta sint. Ad sensum vero in hunc modum dicatur: hujus prophetiæ verba omnis animæ quæ Deum hunc natum, ipsum, inquam, Emmanuel susceperit, stabiles, tranquillos, pacificos significare mores. Uno enim Christo, et eo quod ab ipso nuntiatum est verbo, humanæ animæ imperium obtinente, priores ejus hostes, duo impietatis modi fugati sunt: unus is, qui et simulacrorum cultum, et in multimodis opinionibus diversitatem hominibus suggerebat: alter is, qui in moribus perversitatem propagabat. Nam ii, qui dicti sunt corporales reges, horum notas et signa gestabant, e quibus unus Damascenis imperans, erroris, quo in simulacris colendis gentes tenebantur, erat imago: alter vero eorum, qui ab Jerusalem defecerant, qui videlicet a Dei legitima adoratione deciderant, figurate personam gerere videbatur. **320** Quod vero hæc ad sensum ex figura accipere oporteat, poterit quispiam etiam ex iis quæ sequuntur addiscere, ubi in diebus Emmanuel muscas quasdam atque apes, Judaicam gentem invasuras oraculum canit, alias quidem ab Ægypto, alias autem ab Assyriis, caput ac pedes et barbam Dominum abrasurum, hominem vero juvencam boum et duas oves nutriturum, et alia quædam sub unum atque idem tempus futura, quæ nullo modo ad verbum intelligi possunt, sed ad sensum duntaxat accipienda sunt; et hæc quidem in hunc modum se habent. Quod autem ea quæ sic scripta sunt, Salvatoris nostri Jesu Christi modum nascendi significaverint, ipse evangelista hoc pacto testificatur scribens: « Jesu Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Joseph autem vir ejus, cum esset justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparet ei dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea genitum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis ipsorum. Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabis nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, *nobiscum Deus* [a]. » Sic sane secundum nos ea, quæ ad divinam prædictionem pertinent, ex ipso rerum eventu comprobantur: quippe, cum alia ratione, nunquam præ se veritatem prophetia latura esse videatur.

A ψυχῆς βασιλεύοντος, οἱ πρὶν ἀποπεφεύγασι πολέμιοι, δύο τρόποι δυσσεβείας, ὅ τε τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὴν ἐν πολυτρόποις δόγμασιν ἑτεροδοξίαν ὑποβάλλων ἀνθρώποις, καὶ ὁ τὴν ἐν ἤθεσι διαστροφὴν ἐνεργῶν. Τούτων δὲ οὗν ἔφερον οἱ πάλαι δηλούμενοι σωματικοὶ βασιλεῖς τὰ σύμβολα· ὧν ὁ μὲν Δαμασκηνῶν τῆς τῶν ἐθνῶν περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης εἰκὼν ἦν, ὁ δ' ἕτερος τῶν ἀποστάντων τῆς Ἱερουσαλὴμ, δηλαδὴ τῶν ἀποπεπτωκότων τῆς κατὰ τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ λατρείας. Ὅτι δὲ ταῦτα κατὰ διάνοιαν τροπικῶς ἀποδέχεσθαι προσήκει, μάθοι ἄν τις καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς ἐπιλεγομένων, δι' ὧν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἐμμανουὴλ μυίας τινὰς καὶ μελίτσας ἐπελεύσεσθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει καὶ ὁ λόγος θεσπίζει, τὰς μὲν ἀπ' Αἰγύπτου, τὰς δὲ ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, τὴν κεφαλὴν, B καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὸν πώγωνα ἀποξυρήσειν· ἄνθρωπον δὲ δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα θρέψειν, καὶ ἄλλα τινὰ καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἔσεσθαι οὐδαμῶς πρὸς λέξιν νοούμενα, κατὰ μόνην δὲ διάνοιαν θεωρούμενα. Ταῦτα μὲν οὖν τοιαῦτα· ὅπως δὲ ἡ παροῦσα γραφὴ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως προεσήμαινε τὸν τρόπον, μαρτυρήσει ὧδέ πως ὁ εὐαγγελιστὴς γράφων· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν· Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων παραδειγματίσαι αὐτὴν, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, C ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται αὐτῷ λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. » Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, *μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. » Οὕτω δὴ καθ' ἡμᾶς τὰ τῆς θείας προγνώσεως ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως πιστοῦται, ἄλλως οὐκ ἂν τῆς προφητείας ἀληθοῦς ἀποφανθησομένης.

[a] Matth. I, 18-23.

Digitized by Google

Ἐξῆς δὲ τούτων τίνα καὶ ὁπόσα λέγεται ἔσεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, δῆλον δὲ, ὅτι ἐν τῷ χρόνῳ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Ἐμμανουὴλ, φέρε, κατανοήσωμεν· « Συριεῖ, » φησὶ, « Κύριος μυίαις, αἳ κυριεύουσι μέρους ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἡ ἐστιν ἐν χώρᾳ Ἀσσυρίων, καὶ ἐλεύσονται, καὶ ἀναπαύσονται ἐν ταῖς φάραγξι τῆς χώρας, καὶ ἐν ταῖς τρώγλαις τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς πᾶσαν ῥαγάδα, καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ξυρήσει Κύριος ἐν τῷ ξυρῷ τῷ μεγάλῳ, τῷ μεμισθωμένῳ πέραν τοῦ ποταμοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τῶν ποδῶν, καὶ τὸν πώγωνα ἀφελεῖ. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, θρέψει ἄνθρωπος δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα, καὶ ἔσται ἀπὸ τοῦ πλείστου ποιεῖν γάλα· φάγεται βούτυρον, ὅτι βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, πᾶς τόπος, οὗ ἂν ὦσι χίλιαι ἄμπελοι χιλίων σίκλων, εἰς χέρσον ἔσονται καὶ εἰς ἄκανθαν, μετὰ βέλους καὶ τοξεύματος εἰσελεύσονται ἐκεῖ, ὅτι χέρσος καὶ ἄκανθα ἔσται πᾶσα ἡ γῆ, καὶ πᾶν ὄρος ἀροτριώμενον ἀροτριαθήσεται. Οὐ μὴ ἐπέλθῃ ἐκεῖ φόβος· ἔσται γὰρ ἀπὸ τῆς χέρσου σου καὶ ἀκάνθης εἰς βόσκημα προβάτου, καὶ καταπάτημα βοός. » Τοσαῦτα ἔσεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἐμμανουὴλ ἡ παροῦσα προφητεία περιέχει· ἅπερ ὁποίας ἔχεται θεωρίας ὥρα διελθεῖν, τὴν διάνοιαν ἐπιτεμνομένους. « Συριεῖ, » φησὶ, « Κύριος μυίαις ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, αἳ κυριεύουσι μέρους ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἡ ἐστιν ἐν χώρᾳ Ἀσσυρίων· » ταῖς μὲν προτέραις εἰδωλολατρῶν ἀνδρῶν ψυχαῖς ἢ καὶ δυνάμεσιν, ὡς οἶμαι, ἀκαθάρτοις καὶ ἀηδέσι μυίαις ὀνομαζομέναις, καὶ μυίαις Αἰγυπτιακαῖς, θυσίαις καὶ αἵμασιν εἰδώλων χαιρούσαις· τῇ δὲ μελίσσῃ ζώῳ κέντρον ἐπιφερομένῳ, βασιλεύειν τε καὶ βασιλεύεσθαι, καὶ πολεμεῖν ἐπισταμένῳ, ἀμύνεσθαί τε καὶ τιτρώσκειν εἰδότι τοὺς ἀνθισταμένους. Ταύτας οὖν ὁμοῦ συνελθούσας, τὰς μὲν ἐκ τῆς τῶν εἰδωλολατρῶν χώρας, τὰς δὲ ἀπὸ τῆς τῶν κατευθυνόντων γῆς (*κατευθύνοντες* γὰρ οἱ Ἀσσύριοι ἑρμηνεύονται), κελεύσει ὥσπερ σύρισμά τι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης ἐπικρατήσειν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν αὐτῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἐμμανουὴλ, φησί. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ἔθνη ἀλλόφυλα καὶ στρατιωτικὰ οἰκήσειν τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν· ὅπερ καὶ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν λευκοτέροις ὀνόμασιν ἐθέσπιζεν, εἰπών, « Καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν· » ὃ καὶ τέλους ἔτυχε, μετ' οὐ πολὺν χρόνον τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φωνῶν, Ῥωμαίων τὴν πόλιν ἑλόντων, ἀλλοφύλους τε ἄνδρας αὐτόθι κατοικισάντων καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου καταστησάντων. Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς Κύριος ξυρήσειν λέγεται ἐν τῷ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων ξυρῷ, ἤτοι τῇ κολαστικῇ δυνάμει τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὸν πώγωνα, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ αὖθις τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τοῦτ' ἔστι τὸν κόσμον αὐτῶν καὶ τὴν δόξαν περιελεῖν διὰ τῆς τῶν καθόλου ἐπικρατούντων ἀρχῆς. Ῥωμαίους δὲ εἶναι τούτους αἰνίττεται. Διὰ γὰρ τοῦ τῶν Ἀσσυρίων

A Post hæc autem, quænam et quot futura esse dicantur, vel bona, vel mala in die illa, hoc est, quo tempore adveniet Emmanuel, hinc jam consideremus : « Sibilabit, inquit, Dominus muscis, quæ dominantur in parte fluminis Ægypti, et api quæ est in terra Assyriorum, et venient, et quiescent in convallibus regionis, et in foraminibus petrarum, et in speluncis, et in omni scissura, et in omni ligno. In die illa radet Dominus in novacula magna, quæ mercede conducta est, ultra fluvium regis Assyriorum, **321** caput et pilos pedum, et barbam auferet, et erit in die illa, nutriet homo juvencam boum et duas oves, et erit ex eo quod plurimum faciet lac, comedet butyrum : quoniam butyrum et mel comedet omnis qui relictus fuerit in terra,
B et erit in die illa, omnis locus ubicunque fuerint mille vites pro mille siclis, in terram incultam erunt, et in spinam, cum sagitta et arcu ingredientur illuc, quoniam terra inculta et spina erit omnis terra, et omnis mons qui aratur, arabitur. Non accedet illuc terror, erit enim a terra inculta et spina in pascua ovis, et in conculcationem bovis [48]. » Hæc tam multa futura in die Emmanuel, præsens prophetia complexa est, quæ quali contemplatione scrutanda sint, jam experiri tempus est, ipsam interim sententiam dividentes : « Sibilabit, inquit, Dominus muscis in die illa, quæ dominantur in parte fluminis Ægypti, et api quæ est in terra Assyriorum, » ubi virorum prius simulacra adorantium animas,
C aut etiam quasdam et immundas et infestas potestates, muscas arbitror nominari, et muscas Ægyptiacas, quæ sacrificiis et cruoribus simulacrorum gaudent. Apis vero est animal aculeo armatum, et quod regnandi, ac sub rege degendi, bellandique scientiam habet, et ulcisci ac vulnerare adversantes idoneum est. Hasce igitur in locum unum convenientes, alias quidem de regione eorum qui simulacra adorant, alias vero de terra gubernantium (Assyrii enim ex interpretatione nominis *gubernantes* intelliguntur), jussu et quasi sibilatione Domini et Dei rerum omnium; Judææ universæ imperaturas, propter ipsius in Christum incredulitatem ait, in die Emmanuel. His autem verbis
D significat gentes externas et militares, habitaturas Jerusalem et Judæam terram. Quod quidem ipsum evidentioribus verbis Salvator noster cecinit, ubi ait : « Et Jerusalem conculcabitur a gentibus, » quod oraculum haud ita multo post illas Salvatoris nostri voces exitum invenit, Romanis ipsam urbem expugnantibus, illicque diversi generis viros collocantibus et in loco statuentibus. Rursus idem Dominus abrasurus dicitur in regis Assyriorum novacula, hoc est, castigatoria vi principis sæculi hujus, caput et pedes et barbam, non alterius cujuspiam quam rursus Judaicæ gentis, hoc est, **322** ornamentum et gloriam ablaturus per eorum, qui universo imperant, principatum. Hos autem non alios quam Romanos esse innuit. Nomine enim As-

[48] Isa. VII, 18-25.

Digitized by Google

syriorum, quodcunque per singula tempora gentibus impositum est regnum, significari arbitror, propterea quod ex Hebraica lingua interpretantibus Assyrii *gubernantes* significant. Itaque nunc gubernantes Romani sunt. Nam revera Deus universi, Romanorum novacula, hoc est, civili ac bellica vi omnem Judaicæ gentis gloriam, in qua prius superbiebat, omnemque ipsorum fortitudinem, quæ per barbam et pilos pedum significatur, abstulit. Neque enim alio unquam tempore prius quam post Salvatoris nostri, hoc est, post ipsius Emmanuel ortum, omne illis ornamentum abstulit Deus per principatum Romanorum. Sed pro « rege Assyriorum » Aquila quidem, « in regno Assyriorum, » Theodotion autem, « in rege Assyriorum » convertit, itemque Symmachus; qui quidem sic ostendunt quod non regis Assyriorum caput abradendum esse minetur oraculum, sed regis ejus novacula, atque in eo ipso rege Assyriorum, iis quæ in hac prophetia continentur afficiendam esse Judaicam gentem. Hæc autem etiam ipso eventu comprobantur. Per otium vero unusquisque alia complura, si observaverit, apud prophetas inveniet, quasi de persona Assyriorum dicta, quæ nullo modo accommodari Assyriis possunt, sed regno quod per singula tempora universis gentibus dominetur. Etenim jam etiam Persas apud Hebræos invenimus Assyrios nominari. Quocirca nunc quoque putavimus principatum Romanorum hoc oraculo significari. Gubernare enim ipsum hunc, et eumdem gubernari a Deo, post Salvatoris nostri adventum cernimus. Nemo tamen suspicetur omnia nos dicere, quæcunque in divinis libris de Assyriis leguntur, ad Romanos esse referenda (fatuum enim id atque impudentiæ obnoxium), sed quasdam esse propheticas voces, testimoniis, quæ de Christo feruntur, implicitas, quas dicimus de Romanis per Assyriorum appellationem accipiendas ex nominis interpretatione, quod semper regnum illud, quod per singula tempora gentibus impositum est, repræsentat, quemadmodum suo tempore demonstrabimus. Atque ego quidem, dum hujus expositionis rationem mecum inquiro, arbitror ob nihil aliud **323** oracula prophetica non commemorare nominatim Romanos, quam quod Romanis regnantibus, Salvatoris nostri doctrina in omnes homines suum lumen erat missura, et Scripturæ propheticæ in ipsa Romanorum urbe et in omnibus gentibus Romano imperio subjectis publicandæ. Ne igitur iis qui imperium obtinebant ulla oriretur offensio, si de ipsis apertissime scriptum esset, sermonis adhibita est in oraculis obscuritas, cum quidem in aliis pluribus, tum vero in Danielis visionibus : quemadmodum in hac quoque, quæ nunc in manibus est, prophetia, quæ cum Assyrios appellet, gubernantes intelligit. Horum ergo novacula, universum Judaicæ gentis ornamentum, post ipsius Emmanuel ortum abradendum, hoc est abolendum, canit. Præterea in ea die de qua dictum est, ipsius, inquam, Emma-

A ὀνόματος ἡγοῦμαι τὴν καθ' ἕκαστον χρόνον ἐπικρατοῦσαν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν σημαίνεσθαι, διὰ τὸ *κατευθύνοντας* ἀπὸ τῆς Ἑβραίων φωνῆς ἑρμηνεύεσθαι τοὺς Ἀσσυρίους· ὥστε εἶναι Ῥωμαίους τοὺς νῦν κατευθύνοντας. Ἐπεὶ καὶ ἀληθῶς τῷ Ῥωμαίων ξυρῷ, ἤτοι τῇ πολιτικῇ καὶ πολεμικῇ δυνάμει, πᾶσαν τὴν δόξαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐν ᾗ τὸ πρὶν ἐκόμα, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἀνδρείαν διὰ τοῦ πώγωνος καὶ τῶν τριχῶν καὶ τῶν ποδῶν σημαινομένην, περιεῖλεν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Οὐδὲ ἄλλοτε γοῦν πω πρότερον ἐξ αἰῶνος ἢ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοῦ δὴ τοῦ Ἐμμανουὴλ γένεσιν, περιεῖλεν αὐτῶν ὁ Θεὸς πάντα τὸν κόσμον, διὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ἀντὶ δὲ, τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, ὁ μὲν Ἀκύλας, « ἐν βασιλείᾳ Ἀσσυρίων, » ὁ δὲ Θεοδοτίων, « ἐν τῷ βασιλεῖ

B τῶν Ἀσσυρίων, » ἐκδέδωκεν· ὁμοίως δὲ καὶ Σύμμαχος· σαφὲς ποιοῦντες, ὅτι μὴ τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων τὴν κεφαλὴν ξυρήσειν ὁ λόγος ἀπειλεῖ, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτοῦ ξυρῷ, καὶ ἐν αὐτῷ τε τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων τὰ προφητευόμενα διαθήσειν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος. Τούτοις οὖν καὶ ἡ ἔκβασις ἐπιμαρτυρεῖ τῶν λόγων. Ἐπὶ σχολῆς δέ τις καὶ πλεῖστα ἕτερα, ὥσπερ εἰς Ἀσσυρίων πρόσωπον ἐν ταῖς προφητείαις εἰρημένα εὕροι ἂν ἐπιτηρήσας, οὐδαμῶς μὲν τοῖς Ἀσσυρίοις ἐφαρμόσαι δυνάμενα, τῇ δὲ ἐπικρατούσῃ καθόλου τῶν κατὰ χρόνους ἐθνῶν βασιλείᾳ. Ἤδη γοῦν καὶ Πέρσας εὕρομεν παρὰ Ἑβραίοις Ἀσσυρίους ὠνομασμένους. Διὸ καὶ νῦν ὑπειλήφαμεν αἰνίττεσθαι τὸν λόγον τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν· κατευθύνουσαν γὰρ

C καὶ κατευθυνομένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μετὰ τὴν Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν ὁρῶμεν. Μηδεὶς δὲ ὑπολαμβανέτω πάντα ἡμᾶς λέγειν τὰ περὶ Ἀσσυρίων ἐν ταῖς θείαις φερόμενα Γραφαῖς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνάγεσθαι (ἠλίθιον γὰρ καὶ ἀναιδὲς τοῦτο), ἀλλά τινας εἶναι προφητικὰς φωνὰς ταῖς περὶ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίαις συμπεριπεπλεγμένας, ἃς φαμεν περὶ Ῥωμαίων αἰνίττεσθαι διὰ τῆς τῶν Ἀσσυρίων προσηγορίας, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας αἰεὶ συνισταμένης τῆς κατὰ χρόνους ἐπικρατούσης τῶν ἐθνῶν βασιλείας, ὡς ἐπὶ καιροῦ τοῦ προσήκοντος παραστήσομεν. Καὶ ἔγωγε τὸν λογισμὸν τῆς αὐτῆς ἀποδόσεως πρὸς ἐμαυτὸν διερευνώμενος, οἶμαι δι' οὐδὲν ἕτερον μὴ ὀνομαστὶ τῶν Ῥωμαίων μνημονεῦσαι τὰ προφητικὰ λόγια ἢ διὰ τὸ μέλλειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων βασι-

D λείας τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαλάμπειν εἰς πάντας ἀνθρώπους διδασκαλίαν, καὶ τὰς προφητικὰς Γραφὰς ἐπ' αὐτῆς τε τῆς Ῥωμαίων πόλεως, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνεσι δημοσιεύεσθαι. Ἵν' οὖν τοῖς τῆς ἀρχῆς κρατοῦσι δυσαρέστησις μηδεμία γένηται ἐκ τῆς προδήλου περὶ αὐτῶν ἀναγραφῆς, δι' αἰνιγμάτων ὁ λόγος ἐπεκρύφατο, ἔν τε ἑτέροις πλείοσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς τοῦ Δανιὴλ θεωρίαις, ὡσπερεῖν καὶ ἐν τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ, ἐν ᾗ κατευθύνοντας αὐτοὺς ὀνομάζει προσειπὼν Ἀσσυρίους. Τῷ τούτων τοιγαροῦν ξυρῷ τὸν σύμπαντα κόσμον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μετὰ τὴν τοῦ Ἐμμανουὴλ γένεσιν ἀφανισθήσεσθαι θεσπίζει. Ἔτι δὲ, ἐν τῇ δηλουμένῃ ἡμέρᾳ, (δῆλον δὲ ὅτι τῇ τοῦ Ἐμμανουὴλ, τοῦτ' ἔστι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπι-

Digitized by Google

τανείας,) « Θρέψει, » φησὶν, « ἄνθρωπος δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα· καὶ ἔσται, ἀπὸ τοῦ πλείστου ποιεῖν γάλα, βούτυρον καὶ μέλι φάγεται πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς. » Δι' ὧν φαίη ἄν τις ἤτοι λιμὸν αἰνίττεσθαι, καὶ πτωχείαν ὑπερβάλλουσαν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, μὴ εὐπορουῦντος μὲν τῆς ἀπὸ σίτου κατὰ φύσιν τροφῆς, μηδὲ γῆν ἀροῦντος, καὶ σπείροντος, καὶ θερίζοντος, μηδὲ ποίμνας προβάτων, μηδὲ βοῶν ἀγέλας κεκτημένου, ἐχομένου δὲ δύο προβάτων καὶ δαμάλεως μιᾶς, τὸ τούτων γάλα ποριζομένου. Ἢ ἄλλως τροπολογῶν, τὸν μὲν καταλειφθέντα ἐπὶ τῆς γῆς αἰνίττεσθαι φαίη ἂν τὸν τῶν ἐκ περιτομῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν πεπιστευκότων ἀποστόλων τε καὶ εὐαγγελιστῶν χορόν· ὧν ἕκαστος, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γεγονὼς, καὶ διὰ τοῦτο ὁ καταλειφθεὶς ἐπὶ τῆς γῆς ὠνομασμένος, θρέψειν λέγεται δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα, τρία καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν τάγματα, ἓν μὲν τὸ τῶν ἡγουμένων, δύο δὲ τὰ τῶν ὑποβεβηκότων, τοῦ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ λαοῦ εἰς δύο τάγματα διῃρημένου, τίς τε τὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῶν μηδέπω τῆς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἠξιωμένων, οἷς καί φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. » Τοὺς δὲ ἐν ἤδη τελειοτέρᾳ καθεστῶτας ἕξει, δάμαλιν βοῶν εἰκότως ἀποκαλεῖ, γεννήματα τελειοτέρων βοῶν τυγχάνοντας, οἷος αὐτὸς ἦν ὁ Ἀπόστολος, περὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν παραπλησίως αὐτῷ καμνόντων λέγων· « Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; » ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; Εἴη δὲ ἂν καὶ πᾶν τὸ τάγμα τῶν τῆς Ἐκκλησίας προεστώτων, ἀροῦν τε καὶ γεωργεῖν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐγκεχειρισμένων, δάμαλις ὠνομασμένη βοῶν, γεννήματα τυγχάνουσα τῶν ἀποστολικῶν τρόπων τε καὶ μαθημάτων, οἳ καὶ εἰς τοσοῦτον ἀρετῆς ἐπιδώσειν λέγονται, ὡς ἐκ πολυγονίας τοσοῦτον προβάλλεσθαι γόνιμον καὶ λογικὸν ταῖς εἰσαγωγικαῖς διδασκαλίαις γάλα, ὡς καὶ ἑτέρους μυρίους τρέφεσθαι ἐξ αὐτῶν. Τούτων δὲ περὶ τῶν καταλειφθέντων ἐπὶ τῆς γῆς γενησομένων, ἕτερόν τι συμβήσεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, (δῆλον δὲ ὅτι ἐν τῷ χρόνῳ τῆς τοῦ Ἐμμανουὴλ παρουσίας,) προαναφωνεῖ. Τί δὲ τοῦτο; « Πᾶς τόπος, » φησὶ, « τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ἐφ' οὗ ἦσαν χίλιαι ἄμπελοι χιλίων σίκλων, εἰς χέρσον ἔσονται καὶ εἰς ἄκανθαν. Μετὰ γὰρ βέλους καὶ τοξεύματος εἰσελεύσονται ἐκεῖ (δῆλον δ' ὅτι οἱ πολέμιοι), ὅτι χέρσος καὶ ἄκανθα ἔσται πᾶσα ἡ γῆ. » Καὶ θέα γε ὅσα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἐμμανουὴλ, λέγω δὲ ἐν τῷ τῆς ἀνατολῆς καιρῷ λογικοῦ φωτὸς, τοῦ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐπιλάμψαντος, περὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἔσεσθαι ὁ λόγος θεσπίζει, δυνάμεις τε ἀκαθάρτους, καὶ πολεμικὰς τὰς πάλαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐνεργούσας ἔν τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων· ἃς τοῦ Κυρίου συρίσαντος, καὶ ὥσπερεὶ παρορμήσαντος, καὶ παρακελευσαμένου αὐταῖς, τῇ χώρᾳ φησὶν αὐτῶν ἐπελεύσεσθαι, διὰ τὸ τοιούτων ἀξίαν γεγονέναι· καὶ ἀναπαύσεσθαι τὰς εἰρημένας δυνάμεις φησὶν ἐν φάραγξι, καὶ ἐν τρώγλαις πετρῶν, εἴς τε τὰ σπήλαια, καὶ εἰς πᾶσαν βαγάδα αὐτῶν,

nuel, quæ est dies adventus Christi, « Nutriet, » inquit, « homo juvencam boum, et duas oves, et erit, ex eo quod plurimum faciet lac, butyrum et mel comedet, omnis qui relictus fuerit in terra. » In quibus verbis sane dixerit aliquis, Judaici populi famem paupertatemque immensam significari, quippe qui neque triticeo naturalique cibo sit abundaturus, ex eo quod neque terram arabit, neque seminabit, neque metet, neque greges ovium, neque boum armenta possessurus, sed habiturus duas oves et juvencam unam, quibus lac sibiipsi suppeditet : aut aliter, figurate loquens, eum qui in terra relictus sit, significare dixerit ex Judæis qui in Salvatorem ac Dominum nostrum crediderint, apostolorum atque evangelistarum chorum, e quibus unusquisque, cum secundum electionem gratiæ relictus sit, et ob id, relictus in terra nominatus, juvencam boum et duas oves dicitur nutriturus, ternos videlicet per singulas Ecclesias ordines, unum quidem eorum qui præsint, duos autem eorum qui subjecti sint, cum Ecclesiæ Christi populus in duos ordines sit divisus, in eorum qui credunt, et eorum qui nondum ad lavacri regenerationem assumpti sint, ad quos etiam divinus Apostolus ait : « Lac vobis potum dedi, non escam [46]. » Eos vero qui jam tum in habitu perfectiore constiterint, juvencam boum merito appellat, quippe qui perfectiorum boum fetus sint, cujusmodi ipse fuit Apostolus, qui de seipso atque iis qui simili modo ut ipse laborant, ita ait : « Nunquid de bobus cura est Deo? 324 an propter nos omnino dicit [47]? » erit autem omnis quoque ordo eorum qui Ecclesiæ præsunt, quibusque arandi et colendi animas hominum cura mandata est, juvencæ boum nomine significatus, quippe qui apostolicorum rituum ac præceptorum fetus exsistat, quique etiam in virtute usque adeo incrementum accepturus dicitur, ut ex fetus multiplicitate, tantum genitalis rationalisque lactis introductoriis doctrinis sit suffecturus, ut ex eo innumerabiles alii nutriendi sint. Porro cum hæc iis qui in terra relicti fuerint, futura tum essent, aliud quiddam in die illa, tempore videlicet adventus Emmanuel, eventurum prædicit. Quod autem hoc? « Omnis, » inquit, « locus Judaici populi, in quo erant mille vites pro mille siclis, in terram incultam erit, et in spinam. Nam cum sagitta et arcu ingredientur illuc (constat vero hoc dici de hostibus), quoniam terra inculta et spina erit omnis terra. » Et sane specta quam multa in die Emmanuel, dico autem quo tempore rationale lumen est oriturum, quod per Salvatorem nostrum in omnes homines emicabit, Judaicæ genti eventura oraculum canat. Immundas enim atque hostiles potestates, quæ quondam inter gentes efficaciam suam exercebant et in Ægypto, et in regione Assyriorum, Domino sibilante et quasi impellente atque adhortante eas, regionem ipsorum invasuras ait, propterea quod ta-

[46] I Cor. III, 2. [47] I Cor. IX, 9.

Digitized by Google

libus digna evaserit, easdemque potestates quietu- A κατὰ μὲν διάνοιαν, ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ ἐν
ras in convallibus et foraminibus petrarum, et in ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσι, τοῖς τε λογισμοῖς καὶ
speluncis, et in omni scissura ipsorum : ad sensum ταῖς διερρωγυίαις αὐτῶν διανοίαις· κατὰ δὲ τὴν πρό-
quidem in animis ipsorum, et in ipsis corporis sen- χειρον λέξιν, καθ' ὅλης αὐτῶν τῆς χώρας. Ὃ καὶ τίς
sibus, et cogitationibus, et discissis ipsorum men- οὐκ ἂν ἀποθαυμάσειεν, ὀφθαλμοῖς ὁρῶν τοὺς πολε-
tibus ; ad verbum autem (quod quidem in promptu μίους αὐτῶν πάντα τόπον τῆς Ἰουδαίας κατειληφότας, καὶ τούς γε ἀλλοφύλους καὶ εἰδωλολάτρας ἀν-
est), per totam ipsorum regionem. Quod ipsum θρώπους ἐν πάσαις αὐτῶν πόλεσί τε καὶ χώραις ἀνα-
sane quis non admiretur, cum oculis cernat inimi- πεπαυμένους ; Οὐ ταῦτα δὲ ἄρα μόνα διαθήσειν φησὶν
cos ipsorum omnem Judææ locum occupasse, et αὐτοὺς ὁ λόγος, ἀλλὰ ξυρῷ τοῦ νενοημένου ἡμῖν βασι-
externos simulacrorumque cultores homines in cun- λέως Ἀσσυρίων τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ τὰς τρίχας
ctis ipsorum civitatibus et regionibus quievisse? τῶν ποδῶν, καὶ τὸν πώγωνα, πάντα δηλαδὴ τὸν πά-
Non igitur his solis eos esse afficiendos ait ora- λαι περικείμενον αὐτοῖς κόσμον ξυρήσειν. Κατὰ δὲ
culum, sed etiam novacula ejus Assyriorum regis, τὴν αὐτὴν ἡμέραν, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀπει-
quem nos intelligimus, et caput eorum, et pilos pe- λεῖ ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ τοῦ κατὰ Θεὸν πλούτου κατα-
dum, et barbam, omnem videlicet, quo ipsi quon- B στήσεσθαι αὐτοὺς, ὡς μὴ ἄρτων λογικῶν εὐπορεῖν,
dam affecti erant, ornatum abradendum. Sub eam- μήτε στερεᾶς καὶ πνευματικῆς τροφῆς, ἀγαπᾷν δὲ
dem vero diem hanc et sub idem tempus ad extre- γάλακτι τρέφεσθαι, τῷ νηπιώδει καὶ εἰσαγωγικῷ
mam ipsos divitiarum Dei penuriam minatur esse λόγῳ. Ἔτι πρὸς τούτοις καὶ τὰς ἀμπέλους αὐτῶν εἰς
redigendos, usque adeo ut et pane rationali, **325** χέρσον ἔσεσθαι. « Ἐπειδὴ γὰρ, » ὡς ὁ αὐτὸς προφή-
et solido spiritualique cibo sint carituri, satisque της φησὶν, « ἔμεινεν ὁ γεωργὸς ἅμα καὶ δεσπότης
habituri, si lacte, hoc est puerili introductorioque αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν τὸν ἀμπελῶνα· » ὁ δὲ
sermone, nutriantur. Ad hæc, vites ipsorum in ter- ἐποίησεν ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν·
ram incultam fore. « Postquam enim, » ut ipse pro- (διὸ καὶ ἀφαιρῶν τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ καθαιρῶν
pheta ait, « agricola idem et eorum Dominus exspe- τὸν τοῖχον εἰς χέρσον, καταστήσειν τὸν ἀμπελῶνα
ctavit, dum vinea uvam ferret, » eaque protulit spi- μαρτύρεται, καὶ τοῖς ἐχθροῖς παραδώσειν αὐτὸν, οὓς
nas, et vociferationem quamdam, non autem justi- μετὰ βέλους καὶ τοξεύματος εἰσελεύσεσθαί φησιν
tiam (quocirca etiam sepem ejus auferens, et ἐκεῖ τοὺς τὴν ἐξουσίαν εἰληφότας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τοῦ
parietem evertens, ad terram incultam vineam re- παραδόντος αὐτοῖς οὐκ ἀκρίτως, ἀλλ' εὖ μάλα ἐν
dacturum se affirmat, et eam inimicis traditurum, δίκῃ, ὅτι δὴ χέρσος καὶ ἄκανθα αὐτῶν γέγονε πᾶσα ἡ
quos cum sagitta et arcu illuc ait ingressuros, ubi C γῆ·) διὰ τοῦτο γοῦν ἐπείπερ εἰς χέρσον καὶ ἄκανθαν
a Deo, qui eos non injuria, sed jure optimo tradi- αὐτοὶ ἑαυτοὺς κατέστησαν, « Εἰσελεύσονται, » φησὶν,
derit, acceperint potestatem, eo quod terra inculta « ἐκεῖ μετὰ βέλους καὶ τοξεύματος, οἱ τὴν κατ' αὐ-
et spina omnis ipsorum terra facta sit, propterea, τῶν ἐξουσίαν εἰληφότες. »
inquam, quod ad terram incultam et spinam ipsi se-
ipsos redegerunt), « Ingredientur, » inquit, « illuc cum sagitta et arcu, qui contra ipsos potestatem acceperint. »

Cæterum noli, quæso, mirari, si hæc quoque Μὴ θαύμαζε δ' εἰ καὶ ταῦτα συνεσκιασμένως καὶ
adumbrate et per figuras obscurissimas reddita δι' αἰνιγμάτων ἀποδέδοται. Λέλεκται γοῦν ἤδη πρότε-
sunt. Jam enim prius dispensationis hujusmodi ρον ἡ αἰτία τῆς τοιαύτης οἰκονομίας τοῦ λόγου, βου-
causa dicta est, quod utique oraculum voluerit ex- ληθέντος ἐπικρύψασθαι τὸν ἔσχατον τοῦ Ἰουδαίων
tremum Judaicæ gentis occultare interitum, ut apud ἔθνους ὄλεθρον, ὡς ἂν φυλάττοιτο παρ' αὐτοῖς ἡ
eam Scriptura ad nostrum ipsarum gentium profe- Γραφὴ εἰς ἡμῶν τῶν ἐθνῶν βελτίωσίν τε καὶ ὠφέ-
ctum utilitatemque servaretur. Nam si ipsis quidem λειαν. Εἰ γοῦν ἀναφανδὸν αὐτοῖς μὲν ὄλεθρον, τοῖς
palam interitum, gentibus autem bona prophetiæ δὲ ἔθνεσιν ἀγαθὰ προεκήρυττον αἱ προφητεῖαι, οὐδεὶς
pollicitæ essent, ac prædixissent, nemo apud Ju- ἂν περὶ αὐτὰς ἐσπούδασε τῶν ἐκ περιτομῆς, ἀλλὰ
dæos earum studiosus fuisset, sed eas tanquam ipsis D ὡς αὐτοῖς ἐναντίας οὔσας καὶ ἐχθρὰς διέφθειραν ἂν
contrarias atque inimicas delevissent, atque ita αὐτὰς, καὶ οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν παρῆν ταῖς τῶν
nobis, qui de gentibus profecti sumus, neutiquam προφητῶν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ περὶ ἡμῶν
licuisset prophetarum de Salvatore nostro et de no- αὐτῶν μαρτυρίαις χρήσασθαι. Ἀλλὰ γὰρ τοσούτων
bis ipsis testimoniis uti. Cæterum cum tam multa ἐν τῇ τοῦ Ἐμμανουὴλ ἡμέρᾳ περὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος
in die Emmanuel Judaicæ genti, secundum alteram γενησομένων, κατὰ τὴν ἑτέραν ἑρμηνείαν, σπάνιός
interpretationem, eventura essent, eorum qui ex τις ἔσεσθαι λέγεται ὁ καταλειφθεὶς ἐξ αὐτῶν, περὶ
ipsis relinquendi sint paucitas quædam futura dici- οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χά-
tur, de qua ait Apostolus : « Reliquiæ secundum ριτος γέγονεν· ὃς δὴ θρέψει δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο
electionem gratiæ factæ sunt [48] : » Ex hac autem πρόβατα, καὶ ἀπὸ τοῦ πλείστου ποιεῖν γάλα, βούτυ-
paucitate qui fuerit, « nutriet, inquit, juvencam ρον καὶ μέλι φάγεται. » Τοιοῦτος δὲ ἡμῖν ἀπεδείχθη
bovem, et duas oves, » et ex eo quod plurimum « fa- κατὰ τὴν δευτέραν ἀπόδοσιν πᾶς ὁ ἀποστολικὸς τῶν
ciet lac, butyrum et mel comedet. » Talis autem μαθητῶν χορὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

[48] Rom. xi, 5.

Digitized by Google

A niam omnem vestem congregatam dolo, et indumentum, cum consiliatione soluturi sunt, et volent si fuerint igne combusti : quoniam puerulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ipsius, et vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps pacis, pater futuri sæculi. Adducam enim pacem super principes, et sanitatem ei, magnum imperium ejus, et pacis ejus non est finis, super solium David et regnum ejus ut dirigat illud, et suscipiat in judicio et justitia ex hoc tempore et usque in sæculum : zelus Domini Sabaoth faciet hæc [61]. » Jam nunc tertio puerum hunc prophetia commemorat, quæ eamdem rem varlis modis significat. Quoniam B igitur nunc propositum nobis est, adventus Dei ad homines modum ostendere, vide, quæso, hic quam multis modis demonstretur. Primo quidem dictus est Emmanuel, Deus qui de Virgine nasceretur. Secundo, ex prophetica muliere et Spiritu sancto puerulus, qui non alius est quam is de quo jam diximus. Tertio is, de quo nunc agimus, qui cum prioribus unus est atque idem. Huic igitur esse nomen dicitur, ut legitur apud Septuaginta, « magni consilii angelus : » et, ut quidam codices habent, « admirabilis consiliarius, Deus fortis, potentiam habens, princeps pacis, pater **337** futuri sæculi. » Ut vero est in Hebraico, sicut Aquila testificatur : « Quoniam puerulus natus est C nobis, filius datus est nobis, et facta est mensura super humerum ejus, et vocatum est nomen ejus, Admirabilis consiliarius, fortis, potens, pater, etiam princeps pacis, et pacis ejus non est finis. » Sicut autem Symmachus : « Adolescentulus enim datus est nobis, filius datus est nobis, et erit disciplina ejus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus Admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis, et pacis ejus non est finis. » Ergo non simpliciter angelus secundum ipsos LXX, sed « magni consilii angelus, et admirabilis consiliarius, et Deus fortis, et potentiam habens, et princeps pacis, et pater futuri sæculi » oriturus aliquando, et puerulus futurus, iis verbis canebatur. Habes etiam in iis quæ prius dicta sunt, Dei D Verbum, et Deum, et Dominum diversis modis appellatum, et pariter eumdem angelum patris nominatum, et primum imperatorem copiarum Domini. Sed quis tandem hic sit ? Secundum Aquilam quidem et secundum ea quæ etiam nunc apud Hebræos feruntur testimonia, qui inter homines nascetur, et « puerulus » exsistet, « admirabilisque consiliarius, et fortis, et potens, et pater etiam et princeps pacis, » cujus pacis nunquam ait futurum finem. Secundum Symmachum autem « Admirabilitas, consiliarius, fortis, potens, pater sæculi, princeps pacis, et pacis infinitæ atque interminatæ. » At, sicut Theodotion voluit, « admirabiliter consulens,

[61] Isa. IX, 5-7.

(1) *Οὔ ποτε*. Lege οὔ pro οὐ, et accipe ποτέ sensu οὔποτε, vel puta excidisse voculam ἧς ante οὔποτε. Edit.

Digitized by Google

fortis, potens, pater, princeps pacis, ad multiplicandam disciplinam, cujus pacis non est finis. » Cæterum, quæ sequuntur tibi ipsi contemplanda relinquo, hoc unum duntaxat adnotasse contentus, quod ipse hic, qui dicitur « pater sæculi, et infinitæ pacis princeps, magnique consilii angelus, » oriturus aliquando et puerulus futurus prophetia declaratur, et in ortu suo inter homines volet olim esse igne combustos eos qui in ea salute gentium, cujus ipse auctor erit, odiosi futuri sunt, sive ii mali quidam dæmones, sive etiam impii homines intelligantur, de quibus ait : « Quod omnem vestem collectam dolo, et vestimentum, cum conciliatione solvent. » Sed qui tandem hi fuerint, nisi de quibus alibi ex ipsius Salvatoris nostri persona dictum est : « Partiti sunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem [63], » et quicunque ejusdem impietatis ac sceleris participes fuerunt? **338** Qui quidem dum seipsos ad extremum condemnatos videbunt, optabunt se ante talem impietatem igne fuisse combustos, potius quam magni consilii angelum a seipsis violatum fuisse. Tu vero tecum ipse considera num omnem humanam naturam transiliat, quod illius pax nullum finem habitura esse dicatur, et quod pater sæculi nominetur; præterea quod non simpliciter angelus vocetur, sed « magni consilii angelus, et Deus fortis, » et quæcunque una cum his adnumerata sunt. Item ait per illum regnum David esse dirigendum, quod ipsum sane hoc intelliges modo. Plurima quidem ea sunt quæ ipsi David promisit Deus, in quibus etiam illa : « Et ponam in mari manum ejus, et in fluminibus dexteram ejus, ipse invocabit me, pater meus es tu, Deus meus, et susceptor salutis meæ, et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ, in æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi, et ponam in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli [64]. » Et rursus : « Semel juravi in sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum [65]. » Cum in Psalmis Deus ipsi David tam multa promiserit, contraria tamen iis quæ promissa sunt, illius successoribus evenisse constat propter ipsorum impietates. Etenim cum ex semine David reges usque ad Jechoniam et usque ad Babylonicam templi obsidionem permanserint, ubi hoc ipsum accidit, tum vero dissolutum est regnum, adeo quidem, ut ex illo tempore non amplius sedes David, neque de semine ejus quisquam apud Judaicam gentem regnaverit, et hanc quidem earum rerum, quæ, ut proxime posita psalmi particula demonstrat, ipsi David promissæ sunt, jacturam, Spiritus divinus in hunc modum canit : « Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum, evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctua-

τοσοῦτον ἐπισημηνάμενος, ὡς ἄρα αὐτὸς οὗτος ὁ λεγόμενος « πατὴρ αἰῶνος, καὶ ἀπείρου εἰρήνης ἄρχων, μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελος » γεννηθήσεσθαι, καὶ παιδίον ἔσεσθαι προφητεύεται, ἐπί τε τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ γενέσει πυρικαύστους ἐθελήσειν ἔσεσθαι τοὺς ἐπὶ τῇ δι' αὐτοῦ γενομένῃ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν διαφθονουμένους, εἴτε δαίμονας πονηροὺς, εἴτε καὶ ἀσεβεῖς ἄνδρας, περὶ ὧν φησιν· « Ὅτι πᾶσαν στολὴν ἐπασυνηγμένην δόλῳ, καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσι. » Τίνες δὲ ἄρα ἦσαν οὗτοι, ἢ περὶ ὧν ἀλλαχοῦ ἐξ αὐτοῦ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἴρηται; « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, » οἵ τε τῆς τούτων μέτοχοι δυσσεβείας, οἳ καὶ θελήσουσι, τὴν σφῶν αὐτῶν κρίσιν ὕστερόν ποτε ὀψόμενοι, εἰ πρὸ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐγεγόνεισαν πυρίκαυστοι, πρὶν ἢ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον πρὸς αὐτῶν ἀσεβηθῆναι. Καὶ σὺ δὲ παρὰ σαυτῷ σκέψαι εἰ μὴ ὑπερβαίνει πᾶσαν φύσιν ἀνθρώπων τὸ μὴ τέλος ἔχειν τὴν εἰρήνην αὐτοῦ λέγεσθαι, καὶ τὸ πατέρα ὀνομάζεσθαι αἰῶνος· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ καλεῖσθαι αὐτὸν οὐχ ἁπλῶς ἄγγελον, ἀλλὰ « τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, καὶ Θεὸν ἰσχυρὸν, » καὶ ὅσα τούτοις συγκαταλέλεκται. Ἔτι δέ φησι δι' αὐτοῦ κατορθωθήσεσθαι τὴν τοῦ Δαβὶδ βασιλείαν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῦτον νοήσεις τὸν τρόπον. Πλεῖσται ὅσαι τῷ Δαβὶδ γεγόνασιν ἐπαγγελίαι, ἐν αἷς εἴρηται· « Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου, καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » Καὶ αὖθις· « Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. » Τοσαῦτα ἐν τοῖς Ψαλμοῖς τοῦ Θεοῦ τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένου, τἀναντία συνέβη ταῖς ἐπαγγελίαις ἐπελθεῖν διὰ τὰς τῶν διαδόχων αὐτοῦ δυσσεβείας. Ἡ γοῦν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ βασιλεία, διαρκέσασα μέχρις Ἰεχονίου καὶ τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίοις τοῦ ἱεροῦ πολιορκίας, λέλυτο, ὡς ἐξ ἐκείνου μηκέτι τὸν θρόνον Δαβὶδ, μηδὲ τοὺς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. Καὶ ταύτην γε τὴν γενομένην διάπτωσιν τῆς πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας κατὰ τὴν προειρημένην τοῦ ψαλμοῦ παράθεσιν τὸ θεῖον ὧδέ πως Πνεῦμα θεσπίζει· « Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου· κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ· » καὶ μετ' ὀλίγα· « Τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξας, ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, κατέχεας αὐτοῦ αἰσχύνην. » Ἃ καὶ ἐναργῶς ἀρξάμενα συντελεῖσθαι ἀπὸ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ μέχρι τῆς Ῥωμαίων καὶ Τιβερίου παρεξετάθη βασιλείας. Οὐδεὶς γοῦν ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ διαδοχῆς ἐν τοῖς μεταξὺ

[63] Psal. xxi, 18 ; Matth. xxvii, 35. [64] Psal. lxxxviii, 26-30. [65] ibid. 36-38.

Digitized by Google

χρόνοις φαίνεται ἐπὶ τὸν βασιλικὸν τοῦ Ἑβραίων ἔθνους καθεσθεὶς θρόνον μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Τοῦ δὲ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γενομένου Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀνακηρυχθέντος, ὥσπερ ἀπὸ γῆς καὶ πτώματος ἀνανεωθεὶς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ θρόνος Δαβὶδ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνθέου βασιλείας ἀνώρθωται, καὶ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰσέτι γε, ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, τὴν πᾶσαν καταλάμπων οἰκουμένην ταῖς ἀκτῖσι τοῦ φωτὸς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, ἀκολούθως τῇ τε ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μαρτυρίᾳ, καὶ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου, περὶ τοῦ γεννηθησομένου παιδίου λέγοντος, ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, δηλαδὴ τὸν αἰώνιον καὶ διαρκῆ, τὸν δὴ καὶ ἐπηγγελμένον τῷ Δαβὶδ καθεσθήσεσθαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτὴν καὶ ἀντιλαβέσθαι ἐν κρίματι καὶ δικαιοσύνῃ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. Ὅπως δὲ ταῦτα ἐπληροῦτο, διδάσκαλος γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως Γαβριὴλ ὁ ἄγγελος ἐν τῷ πρὸς τὴν Παρθένον χρηματισμῷ φάσκων· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ταύτην ἐν τῷ προειρημένῳ ψαλμῷ καὶ ὁ προφήτης προσδοκῶν τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν, τήν τε ὑπέρθεσιν αὐτῆς, καὶ ἀναβολὴν ὥσπερ αἰτίαν συνορῶν τῆς τοῦ θρόνου Δαβὶδ ἀποπτώσεως, ἀποδυσπετεῖ λέγων· « Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. » Εὔχεται δὲ ὥσπερ δυσωπῶν τὸ Θεῖον, ἧ τάχος πληρωθῆναι τὰ τῆς ἐπαγγελίας, φάσκων· « Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » ἃ δὴ σαφέστατα καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα πληρωθήσεσθαι ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλου θεσπίζει· Ἐφ' ᾧ θελήσουσι, φησὶν, οἱ προαποδοθέντες εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι· « διότι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. » Τίσι δὲ ἡμῖν ἢ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι τοῖς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν, οἷς αἴτιος γεγένηται φωτὸς καὶ εὐφροσύνης, καινοῦ τε καὶ νέου ποτοῦ, τῆς καινῆς Διαθήκης μυστηρίου, κατὰ τὴν φήσασαν προφητείαν, « Τοῦτο πρῶτον, πίε, ταχὺ ποίει, χώρα Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς ἴδετε μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς; » Εἶεν δ' ἂν ἐν τούτοις δηλούμενοι οἵ τε ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες, καὶ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, οὓς ἀπὸ γῆς Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ ἀνακαλεσάμενος, ἐξελέξατο κήρυκας τοῦ Εὐαγγελίου. Τούτοις μὲν οὖν ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος υἱὸς ἐδόθη, σωτηρίας αἴτιος· τοῖς δὲ εἰς αὐτὸν ἠπιστηκόσι, πυρὸς δηλαδὴ καὶ καύσεως. Ὅλης δὲ

rium ejus, destruxisti omnes sepes ejus [66]. » Et post pauca : « Sedem ejus in terram collisisti, minuisti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione [67]. » Quæ omnia cum jam perfici inceperint, ab eo tempore quo populus in Babylonem captivus ductus est, usque ad Romanorum et Tiberii imperium prolata provectaque sunt. **339** Nullus enim ex genere David hoc toto intermedio tempore in Hebraicæ gentis regia sede videtur sedisse, usque ad Christi adventum. Ubi vero Dominus et Salvator noster Jesus Christus, qui de semine David ortus est, in totum orbem rex denuntiatus est, tanquam ea quæ de terra et ruina instaurata sit, ipsa illa sedes David per divinum Salvatoris nostri regnum erecta est, et permanebit in æternum, veluti sol in conspectu Dei, illius lucis radiis, quam doctrina illius præ se fert, totum orbem terrarum illustrans; quod quidem et psalmi proximo testimonio consentaneum est, et huic prophetæ, de quo nunc agimus, qui de puero orituro ait, ipsum in sede David, æterna videlicet ac permanente, quæ etiam ipsi David promissa est, sessurum in regno ipsius, ut dirigat illud et suscipiat in judicio et justitia ab hoc ipso tempore usque in sæculum. Porro autem quomodo hæc ipsa completa sint, satis abunde docere nos potest angelus Gabriel, in ea allocutione qua ad Virginem usus est sic dicens : « Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum, hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis [68], » ipsum hunc in psalmo superiore etiam propheta exspectans Christi ortum, et moram ejus, dilationemque quasi ruinæ sedis David causam inspiciens, tædio ingenti afficitur, et ait : « Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum. » Deinde quasi timens ac suspicans, Deum ipsum orat, ut quam celerrime ea quæ promissa sunt exhibeantur, dicens : « Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua [69]? » quæ quidem ipsa, ipsa, inquam, hæc planissime complenda esse in ortu magni consilii angeli vaticinatur : in quo volent, inquit, ii de quibus antea dictum est, si fuissent igne combusti. Quoniam puerulus natus est nobis, et filius datus est nobis, magni consilii angelus. Quibus autem nobis, nisi iis qui in ipsum credidimus, qui in Galilæa gentium sumus, quibus auctor factus est luminis et lætitiæ, et recentis novique potus, Novi Testamenti mysterii, ut ipsa quoque prophetia ait, **340** « Primum bibe, cito fac, regio Zabulon, et terra Nephthalim, et reliqui maritimam incolentes ultra Jordanem, Galilæa gentium : populus sedens in tenebris, videte lucem magnam, et sedentibus in tenebris et umbra mortis, lux orta est eis [70] » ? Sunt vero ii qui in his verbis

[66] Psal. LXXXVIII, 39-41. [67] ibid. 45, 46. [68] Luc. I, 30-33. [69] Psal. LXXXVIII, 50. [70] Isa. IX, 1, 2.

Digitized by Google

significantur et quicunque ex gentibus in Christum Dei crediderunt, et Salvatoris nostri discipuli atque apostoli, quos de terra Zabulon et Nephthalim evocatos, præcones Evangelii sui elegit. Hisce enim magni consilii angelus filius datus est auctor salutis. Iis vero qui in ipsum non crediderint, ignis videlicet atque incendii. Universæ autem hujusce dispensationis causam fuisse ait zelum Domini, sic dicens : « Zelus Domini Sabaoth faciet hæc [71]. » Sed quis tandem hic sit zelus nisi is cujus meminit Moses, ubi ait ; « Ipsi mihi zelum injecerunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt me in simulacris suis ; et ego zelum injiciam eis in ea quæ non est gens, in gente stulta irritabo illos [72]. » Sed quoniam favente Deo jam nunc ea quæ ad ejus adventum ad homines pertinent, de quo apud prophetas agitur, necnon ejusdem adventus modus, ex propheticis testimoniis demonstrata sunt, tempus jam esse videtur ut inspiciamus, ubi terrarum oriturus, et ex quo genere venturus, item ex qua Hebræorum tribu profecturus nuntiaretur; quæ quidem ipsa si placet, obsecro, scrutemur.

A ταύτης τῆς οἰκονομίας ὑπόθεσιν γεγονέναι φησὶ τὸν ζῆλον Κυρίου, λέγων· « Ὁ ζῆλος Κυρίου Σαβαὼθ ποιήσει ταῦτα. » Ποῖος δὲ ζῆλος; ἢ οὗ μέμνηται Μωσῆς, λέγων· « Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. » Ἀλλ' ἐπεὶ σὺν Θεῷ τὰ περὶ τῆς τοῦ προφητευομένου εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ διὰ τῶν προφητικῶν ἀποδέδεικται μαρτυριῶν, καιρὸς ἂν εἴη συνιδεῖν, ποῦ γῆς γεννηθήσεσθαι, καὶ ὅθεν γένους ἥξειν, ἐξ ὁποίας τε Ἑβραίων προελεύσεσθαι φυλῆς ἐκηρύττετο· ἃ καὶ αὐτὰ, φέρε, ἐρευνήσωμεν.

CAPUT II.

A Michæa. — De loco ubi esset oriturus is Deus, quem prophetæ nuntiarunt : et quemadmodum de Bethlehem regione Palæstinæ procedet a sæculo præexsistens piorum gentis princeps, et quemadmodum ille Dominus ducturus divinatur eos qui ab ultimis usque terræ finibus in eum crediderint.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἀπὸ τοῦ Μιχαία.— Περὶ τοῦ τόπου τῆς γενέσεως τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ· καὶ ὡς ἐκ Βηθλεὲμ, χωρίου τῆς Παλαιστίνης, ἐξ αἰῶνός τις προϋπάρχων, ἡγούμενος τοῦ τῶν θεοσεβῶν γένους πρυελεύσεται, καὶ ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ποιμαινεῖν θεσπίζεται τοὺς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας.

« Et tu, Bethlehem, domus Ephrata, minima es ut sis in millibus Juda ; ex te mihi egredietur qui præsit, ut sit princeps **341** in Israel, et exitus ejus ab initio ex diebus sæculi. Idcirco dabit eos usque ad tempus parientis ; pariet, et reliqui fratrum ipsorum convertentur ad filios Israel, et consistet, et videbit, et pascet gregem suum in robore Dominus, et in gloria nominis Domini Dei ipsorum exsistent, quoniam nunc C magnificabuntur usque ad extrema terræ, et erit hæc pax [73]. » Quod quidem ipse Emmanuel, qui ex interpretatione est *nobiscum Deus*, de Virgine nascatur, et quod puer fiat magni consilii angelus, planissime ex iis quæ ante proposita sunt, demonstratum est. Cæterum, oportebat etiam locum, in quo ille oriturus esset, significari. Divinitus ergo prædicitur de Bethlehem quidam egressurus princeps in Israel, exitus ab initio ex diebus sæculi habens. Hoc autem ipsum nunquam humanæ naturæ accommodari poterit, sed soli Emmanuel et magni consilii angelo. Quod enim ab æterno exsistat, cui tandem sit accommodandum nisi soli Deo? Igitur de Bethlehem (est autem hic Judææ locus, non D procul ab ipsa Jerusalem situs) dicitur quidam ab æterno exsistens progressurus. Nullum vero nisi unum David invenimus gloria præditum ac celebrem, qui inde sit exortus, et post ipsum David, alterum duntaxat, nostrum utique Salvatorem Jesum, qui Christus est Dei : præter hos autem nullum alium prorsus. At vero ipse quidem David hujusce prophetiæ tempora antecessit, et plurimis

« Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, τοῦ εἶναι ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ· καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι· διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη. » Ἐμμανουὴλ μεθερμηνευόμενος *μεθ' ἡμῶν Θεὸς*, ἐκ τῆς Παρθένου γεννώμενος, καὶ παιδίον γινόμενος ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, σαφῶς ἐδείχθη διὰ τῶν προεκτεθειμένων. Ἀλλ' ἐχρῆν καὶ τὸν τῆς γενέσεως αὐτοῦ σημανθῆναι τόπον. Προφητεύεται δῆτα ἐκ Βηθλεέμ τις ἐξελεύσεσθαι ἄρχων ἐν τῷ Ἰσραὴλ, τὰς ἐξόδους ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος ἔχων. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἐφαρμόσειεν ἀνθρώπου φύσει, εἰ μὴ μόνῳ τῷ Ἐμμανουὴλ, καὶ τῷ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλῳ. Τὸ γὰρ ἐξ αἰῶνος ὑφεστάναι, τίνι ἄρα ἐφαρμόττοι ἂν ἢ μόνῳ Θεῷ; Ἐκ τοίνυν τῆς Βηθλεὲμ (χωρίον δέ ἐστι τῆς Ἰουδαίας, οὐ πόρρω τῆς Ἱερουσαλὴμ διεστὼς) λέγεταί τις ἐξ αἰῶνος ὑπάρχων προελεύσεσθαι. Οὐδ' (1) ἕτερον δὲ ἐνθένδε ἢ μόνον τὸν Δαβὶδ εὕρομεν ἐπίδοξον γεγενημένον, καὶ ἔπειτα μετ' ἐκεῖνον τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· ἕτερον δὲ παρὰ τούτους οὐδένα. Ἀλλ' ὁ μὲν Δαβὶδ, τοὺς χρόνους τῆς προφητείας προειληφὼς, τετελευτήκει πλείστοις πρότερον ἔτεσι τῆς προῤῥήσεως· ἀλλ' οὐδὲ δὲ (2) ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος οὗτος τὰς ἐξόδους πεποίητο.

[71] Isa. xxxvii, 32. [72] Deut. xxxii, 21. [73] Mich. v, 2-5.

(1) *Οὐδ'*. Lege οὐχ. Edit.

(2) *Οὐδὲ δέ*. Lege, ut sæpe, pro οὐδὲ, οὐ, et huic conjunge δέ sequens, ut sit οὐδέ solum. Edit.

Digitized by Google

Οὐκοῦν λείπεται ἐπὶ τὸν μετὰ ταῦτα ἐκ Βηθλεὲμ γενόμενον τὸν ἀληθῶς Ἐμμανουὴλ, τὸν πρὸ πάσης κτίσεως προόντα Θεὸν Λόγον καὶ μεθ' ἡμῶν Θεὸν λεγόμενον, συμπληροῦσθαι τὰ γεγραμμένα· ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν Βηθλεὲμ γένεσις αὐτοῦ ἀντικρυς Θεοῦ παρουσίαν ἐδήλου διὰ τῶν κατ' αὐτὴν παραδόξων. Γράφει γοῦν ὁ Λουκᾶς τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· « Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου τοῦ ἀπογράψασθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβὶδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ οὔσῃ ἐγκύῳ. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς εἶναι ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. Καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν, καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ, διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Καὶ ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν· καὶ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη αὐτοῖς, καὶ δόξα Θεοῦ περιέλαμψεν αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἄγγελος· Μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον Σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος, ἐν πόλει Δαβίδ. Καὶ τοῦτο ὑμῖν τὸ σημεῖον· εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον ἐν φάτνῃ. Καὶ ἐξαίφνης ἐγένετο σὺν τῷ ἀγγέλῳ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου αἰνούντων τὸν Θεὸν, καὶ λεγόντων· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι, οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ, καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γενόμενον, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν. Καὶ ἦλθον σπεύσαντες, καὶ εὗρον τὴν Μαριὰμ καὶ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ βρέφος κείμενον ἐν τῇ φάτνῃ. Ἰδόντες δὲ ἐγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου· καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων ὑπὸ τῶν ποιμένων πρὸς αὐτούς. » Ταῦτα μὲν ὁ Λουκᾶς. Καὶ ὁ Ματθαῖος δὲ τὰ περὶ τὴν γένεσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἱστορῶν, τοῦτον γράφει τὸν τρόπον· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ Μάγοι παρεγένοντο ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ, λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης ἐταράχθη, καὶ πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ. Καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου· Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ, οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. Ἐκ σοῦ

[71] Luc. II, 1-18.

ante hoc oraculum annis mortuus est; præterea ne a diebus quidem sæculi exitus suos fecit David. Superest igitur ut in eo, qui posthac de Bethlehem proficiscitur, re vera Emmanuel, quippe omnia quæ creata sunt antecedit, et Deus Verbum, et nobiscum Deus appellatur, quæ hic scripta sunt compleantur : quoniam ipse quoque illius in Bethlehem ortus, planissime Dei adventum significavit, ex iis admirabilibus rebus, quæ apud ipsam illam Bethlehem evenerunt. Siquidem Lucas in hunc modum enarrans describit : « Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis : hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem et Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi 342 uxore prægnante. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit, et reclinavit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum : et angelus Domini stetit super eos, et gloria Dei circumfulsit illos, et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus : Nolite timere, ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quoniam natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David : et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum, et positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum et dicentium : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Et factum est, ut discesserunt ab iis in cœlum angeli, pastores dixerunt ad se invicem, transeamus usque Bethlehem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis : et venerunt festinantes, et invenerunt Mariam et Joseph, et infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc : et omnes qui audierunt mirati sunt de iis quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos [71]. » Hæc quidem Lucas. Matthæus autem ubi ea quæ ad ortum Salvatoris nostri exponit, scribit in hunc modum : « Cum autem natus esset Jesus in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt in Jerusalem, dicentes : Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus ut adoremus eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo : et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Judææ. Sic enim scriptum est per prophetam : Et tu, Bethlehem domus Ephratha, nequaquam

Digitized by Google

minima es in principibus Juda. Ex te enim exibit dux, qui pascet populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, et mittens eos in Bethlehem, **343** dixit : Ite et interrogate diligenter de puero, et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego veniens adorem eum. Qui cum audiissent regem, abierunt, et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, donec veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde, et intrantes domum viderunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum, et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum et thus et myrrham ; et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam [75]. » Hæc autem universa exposui, ut demonstrarem ea quæ in ortu Salvatoris nostri in Bethlehem gesta sunt, certissima præbere argumenta, illum esse de quo loquitur prophetia. Atque hodie quoque, qui locum illum incolunt, tanquam a patribus ipsorum accepta memoria, iis, qui visendi loci gratia Bethlehem petere consueverunt, testimonium suum afferunt, veritati fidem facientes, agrumque demonstrantes, ubi Virgo enixa infantem deposuit : qua de re ipsa prophetia sic ait : « Idcirco dabis eos usque ad tempus parientis : pariet, et reliqui fratrum ipsorum convertentur. » Consentanee autem hic quoque parientem intelligit eam, quæ in superioribus oraculis Virgo nominata est, et prophetica mulier, quæ ipsum Emmanuel et magni consilii angelum erit paritura. Nam usque ad hujusce tempora, ejusque qui de ipsa erat oriturus, quæ ad priorem populum pertinent, steterunt, quippe cum eis præscriptio temporis data esset usque ad tempus parientis, hoc est, usque ad mirabilem ortum ejus, qui de Virgine nasceretur : post quem, sublatum quidem est ipsorum regnum; qui vero reliqui fratrum ipsorum dicuntur, ii sunt accipiendi, qui in Christum Dei crediderunt, apostoli et discipuli et evangelistæ Salvatoris nostri : quos conversos ipse Dominus pascere dicitur, non sicut prius per angelos, aut per administros homines, sed ipse per seipsum, usque adeo ut propter hoc magnificari eos contigerit usque ad extremum terræ. Magnificati enim sunt, quo tempore in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum. Constat vero etiam illud, quam magnus grex per universam terram ut rationalibus humanisque ovibus ipsi **344** Domino per apostolos suos collectus sit. Quem sane gregem ipse Dominus per seipsum, qui ejus pastor simul et Dominus est, visurus pasturusque in robore dicitur, adeo quidem, ut in manu forti et brachio excelso a Domino et pastore conservatæ oves nihil mali patiantur ab insidiantibus asperis et immitibus feris. Et ea quidem quæ ad ortum in Bethlehem, quæ-

γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Τότε Ἡρώδης, λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος · καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεέμ, εἶπε· Πορευθέντες ἐξετάσατε ἀκριβῶς περὶ τοῦ παιδίου. Ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀναγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν. Καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα · καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ · καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. Καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. » Ὅλα δὲ ταῦτα ἐξεθέμην εἰς παράστασιν τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ ἐν Βηθλεὲμ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐναργῆ τεκμήρια παρέχοντα αὐτὸν εἶναι τὸν ὑπὸ τῆς προφητείας δηλούμενον. Καὶ εἰς δεῦρο δὲ οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες, ὡς ἐκ πατέρων εἰς αὐτοὺς κατελθούσης παραδόσεως, τοῖς τῶν τόπων ἱστορίας χάριν εἰς τὴν Βηθλεὲμ ἀφικνουμένοις μαρτυροῦσι, τῶν λόγων πιστούμενοι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς τοῦ ἀγροῦ δείξεως, ἐν ᾧ τεκοῦσα ἡ Παρθένος κατατέθειται τὸ βρέφος · ἐφ' οἷς ἡ προφητεία φησί · « Διὰ τοῦτο δώσει αὐτοὺς ἕως καιροῦ τικτούσης. Τέξεται, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. » Ἀκολούθως δὲ κἀνταῦθα τίκτουσαν δηλοῖ τὴν ἐν ταῖς πρόσθεν προφητείαις Παρθένον ὠνομασμένην καὶ προφήτιδα, τὴν τὸν Ἐμμανουὴλ καὶ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον ἀποτεξομένην. Ἕως γὰρ τῶν ταύτης καιρῶν καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἀποτεχθέντος καὶ τὰ τοῦ πρότερου λαοῦ συνειστήκει, δοθείσης αὐτοῖς προθεσμίας ἕως καιροῦ τικτούσης, τοῦτ' ἔστιν ἕως τῆς παραδόξου γενέσεως τοῦ ἐκ τῆς Παρθένου τεχθέντος, μεθ' ὃν ἤρθη μὲν αὐτῶν ἡ βασιλεία. Οἱ δὲ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, οὗτοι ἂν εἶεν οἱ εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες ἀπόστολοι, καὶ μαθηταὶ, καὶ εὐαγγελισταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὓς ἐπιστρέψαντας αὐτὸς ὁ Κύριος ποιμανεῖν λέγεται, οὐ καθὼς τὸ πρὶν δι' ἀγγέλων ἢ διὰ θεραπόντων ἀνθρώπων, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, ὥστε διὰ τοῦτο μεγαλυνθῆναι αὐτοὺς ἕως ἄκρου τῆς γῆς. Ἐμεγαλύνθησαν γὰρ ὅτε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματ' αὐτῶν. Πρόδηλον δὲ καὶ ὁποῖον μέγα ποίμνιον καθ' ὅλης τῆς γῆς ἐκ λογικῶν καὶ ἀνθρωπείων προβάτων τῷ Κυρίῳ διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ συνέστη· ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ, ποιμὴν ὁμοῦ καὶ Κύριος ὢν τῆς ποίμνης, ἐπόψεσθαι καὶ ποιμανεῖν ἐν ἰσχύϊ λέγεται, ὥστε ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ πρὸς τοῦ δεσπότου καὶ ποιμένος φυλαττόμενα τὰ πρόβατα μηδέν τι παθεῖν δεινὸν πρὸς τῶν ἐφεδρευόντων αὐτοῖς ἀγρίων καὶ ἀπηνῶν θηρίων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τῆς ἀπὸ ταύτης προόδου τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὴν

[75] Matth. II, 1-12.

Digitized by Google

δὲ ἐξ οὐρανῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ ποιμένος ἤδη καὶ πρότερον ἐξ αὐτοῦ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου παρατέθειμαι, δι' ὧν ἔλεγεν· « Ἀκούσατε, λαοὶ πάντες, καὶ προσεχέτω ἡ γῆ, καὶ πάντες οἱ ἐν αὐτῇ, καὶ ἔσται Κύριος ὑμῖν εἰς μαρτύριον, Κύριος ἐξ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ· διότι ἰδοὺ Κύριος Κύριος ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, καὶ καταβήσεται, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγων ἔφασκε· « Δι' ἀσέβειαν Ἰακὼβ πάντα ταῦτα, καὶ δι' ἁμαρτίαν οἴκου Ἰσραήλ· » Σαφὲς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς τοῦ αὐτοῦ προφήτου, ὅτι μὴ μόνον διὰ τὰς ἀσεβείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἐξ οὐρανῶν ὁ Κύριος πεποίητο κάθοδον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν σωτηρίαν καὶ κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων. Ἐπιλέγει δ' οὖν ἑξῆς· « Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ σπεύσουσιν ἐπ' αὐτὸ λαοὶ πολλοί, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, καὶ ἐροῦσι· Δεῦτε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου. » Διὸ καὶ μετὰ ταῦτα τὸν πρὸ αἰώνων ἀπὸ τῆς Βηθλεὲμ ἐξελεύσεσθαι ἀνακηρύξας, οὐκέτι τοῦ Ἰσραὴλ μόνου, ἀλλὰ ἀθρόως πάντων ἀνθρώπων ἕως καὶ τῶν ἄκρων τῆς γῆς ἄρξειν αὐτόν φησι· λέγει δ' οὖν· « Καὶ στήσεται, καὶ ὄψεται, καὶ ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ἐν ἰσχύϊ Κύριος, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ ὀνόματος Κυρίου Θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι· διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρων τῆς γῆς, καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη. » Τίνι δὲ ἔσται αὕτη εἰρήνη ἀλλ' ἢ τῇ γῇ, ἐν ᾗ μεγαλυνθήσονται τὰ ποίμνια τοῦ Κυρίου; Καὶ τοῦτο δὲ, ὁποίου τέλους ἔτυχε μετὰ (1) τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, παντὶ τῷ πρόδηλον· πολλῆς γὰρ οὔσης πρὸ τούτου πολυαρχίας, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τυραννουμένων ἢ δημοκρατουμένων, ὡς μηδεμίαν πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίαν τοὺς ἀνθρώπους ἔχειν, ἰδίως δὲ, φέρε εἰπεῖν, Αἰγυπτίων ὑπὸ οἰκείῳ ἄρχοντι βασιλευομένων, καὶ Ἀράβων ὡσαύτως, καὶ Ἰδουμαίων, Φοινίκων τε καὶ Σύρων, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἐπανισταμένων τε ἐθνῶν ἔθνεσι, καὶ πόλεων πόλεσι, πολιορκιῶν τε μυρίων καὶ αἰχμαλωσιῶν κατὰ πάντα τόπον τε καὶ χώραν ἐπιτελουμένων, ἐπειδὴ παρῆν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος, ὁμοῦ τῇ εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρόδῳ, πρώτου τε Ῥωμαίων Αὐγούστου τῶν ἐθνῶν ἐπικρατήσαντος, λέλυτο μὲν ἡ πλείστη πολυαρχία, εἰρήνη δὲ διελάμβανε τὴν σύμπασαν γῆν, τῇ μετὰ χεῖρας ἀκολούθως προῤῥήσει, διαῤῥήδην φησάσῃ περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν· « Διότι νῦν μεγαλυνθήσονται ἕως ἄκρου τῆς γῆς· καὶ ἔσται αὕτη εἰρήνη· » ᾧ συνᾴδει τὸ ἐν Ψαλμοῖς φάσκον περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγιον· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Διό μοι δοκεῖ ἀρχὼν εἰρήνης ἐν τῇ πρὸ ταύτης παρατεθείσῃ προφητείᾳ ὠνομάσθαι. Ἐπίστησόν γε μὴν τίνα τρόπον ὁ μετὰ χεῖρας προφήτης καὶ ἐξελεύσεσθαι μὲν ἐξ οὐρανῶν τὸν Κύριον ἀρχόμενος ἔφησεν, οὐ πρότερον δὲ ποιμανεῖν τοὺς ἀνθρώπους, ἢ γεννηθῆναι τὸν θεσπιζόμενον ἐν τῇ Βηθλεέμ· ὅπως δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἐπεραιοῦτο, ἐμαρτύρησεν ὁ Εὐαγγελιστής, δι' ὧν προεξεθέμην αὐτοῦ φωνῶν. Ποιμὴν δὲ καὶ ἡγούμενος ὁ Χριστὸς ἀναδει-

A que ad progressum ex eo pertinent, ejus Dei quem prophetæ nuntiabant, in hunc modum se habent. Adventum autem ipsius Domini et pastoris de cœlo ad homines jampridem ex eodem propheta, qui nunc in manibus est, proposui, ubi sic aiebat : « Audite, populi omnes, et attendat terra, et omnes qui sunt in ea, et erit Dominus vobis in testimonium : Dominus ex domo sancta sua, quia ecce Dominus Dominus egredietur de loco suo, et descendet [76], » et cætera; quibus adjungit : « Propter impietatem Jacob omnia hæc, et propter peccatum domus Israel [77]. » Ab iis autem quæ sequuntur apud eumdem prophetam etiam illud planum est, quod non solum propter impietates Judaicæ gentis Dominus de cœlo descendit, sed etiam propter salutem et vocationem gentium cunctarum. Adjungit igitur deinceps : « Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, et festinabunt ad ipsum populi multi, et ibunt gentes multæ, et dicent : Venite, ascendamus in montem Domini [78]. » Quare posthac ubi eum qui est ante sæcula de Bethlehem egressurum nuntiavit, non soli Israel amplius, sed confertim omnibus gentibus usque ad extrema terræ illum imperaturum affirmat. Dicit igitur : « Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in fortitudine Dominus, et in gloria nominis Domini Dei ipsorum exsistent. Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extrema terræ : et erit hæc pax [79]. » Cui porro erit hæc pax, nisi terræ in qua magnificabuntur greges Domini? Id ipsum autem, quem finem sortitum sit post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum, nemini obscurum esse potest : nam cum ante hunc adventum, principum esset multitudo, et universæ gentes aut sub tyrannis, aut in statu populari essent constitutæ, ut nullum inter se commercium homines haberent, sed privatim : exempli gratia, apud Ægyptios suus princeps regnaret, apud Arabas item suus, apud Idumæos, Phœnicas, **345** Syros aliasque item gentes; cumque gentes adversus gentes, et civitates adversus civitates consurgerent, obsidionesque innumerabiles et captivitates per omnem locum ac regionem fierent, tum vero ubi Salvator noster ac Dominus adfuit, una cum illius ad homines adventu, jam tum primo Romanorum Augusto imperium in orbis nationes obtinente, solutus illico est ille multiplex principatus, et pax universam terram accepit, ei prophetiæ quæ nunc tractatur concordans, apertissime de Christi discipulis dicenti : « Quoniam nunc magnificabuntur usque ad extremum terræ : et erit hæc pax. » Cui consentaneum est quod in Psalmis legitur de Christo oraculum, dicens : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [80]. » Ex quo mihi videtur princeps pacis in ea, quæ proxime exposita est, prophetia nominari. Animadverte tamen, quæso, quonam pacto is de quo nunc agimus propheta, Dominum de cœlo egressurum initio ait, ac non prius

[76] Mich. I, 2, 3. [77] ibid. 5. [78] Mich. IV, 1, 2. [79] Mich. V, 4, 5. [80] Psal. LXXI, 7.

(1) Typographorum incuria intercidisse videtur τήν, quod referatur ad παρουσίαν. EDIT.

Digitized by Google

erga homines pastoris officio functurum, quam nascetur is qui a prophetis canitur, in Bethlehem: quomodo vero hæc in Salvatore ac Domino terminata sint, testimonio suo planum fecit evangelista in iis verbis, quæ ab illo nuper accipiens proposui. Pastor autem et dux ipsius Israel declarandus dicitur Christus, cum hæc sacrarum litterarum sit consuetudo, ut sententiam sequentibus, verum Israel nominent omnem eum qui contemplari facile possit, et gratam Deo vitam sequatur: sicut e contrario Judæos post peccatum, Chananæos, et semen, non Juda, sed Chanaan, et principes Sodomorum et populum Gomorrhæ ad mores illorum alludentes vocare solitæ sunt: alioqui vero etiam ad verbum interpretantibus, omnis Salvatoris nostri vitæ consuetudo apud Judaicam gentem fuit, et multorum ex Israel dux exstitit, eorum videlicet qui ipsum agnoverunt, atque ex circumcisione in ipsum crediderunt, et id quidem quod ad expositum oraculum pertinet, talem exitum invenit; quæ autem sequuntur altero assumpto initio legenda sunt, quæ sic quidem se habent: « Assyrius cum venerit in terram vestram, et cum ascenderit in regionem vestram, excitabuntur in illum septem pastores, et octo morsus hominum [81], » et reliqua; quæ quo sensu sint accipienda, non est nunc enarrandi locus. Dixerit autem quispiam post Assyriorum in Judæam adventum, **346** quo Judaica gens ab illis capta est, tam multas incursiones atque insolentias contra illos exstitisse, quam multæ septem pastoribus et octo morsibus indicantur. Hæc autem sciri posse ab iis qui res Assyriorum memoriæ prodiderint: quorum post finem, eum de quo prophetæ loquuntur de Bethlehem exstitisse, post septem videlicet pastores et post octo morsus qui Assyrios invaserint, temporibus quæ illorum in Judæam accessum subsecuta sunt. Cæterum, hæc plurimam postulantia indagationem, non est nunc curiosius explorandi tempus.

A χθήσεσθαι τοῦ Ἰσραὴλ εἴρηται, συνήθως τῆς ἱερᾶς Γραφῆς τὸν ἀληθῆ Ἰσραὴλ κατὰ διάνοιαν πάντα τὸν διορατικὸν, καὶ ἀρετῶς Θεῷ βιοῦντα ἐπονομαζούσης· ὡς ἔμπαλιν τοὺς ἐκ περιτομῆς, ὁπόθ' ἁμαρτάνοιεν, Χαναναίους καὶ σπέρμα Χανάαμ, καὶ οὐκ Ἰούδα, ἄρχοντάς τε Σοδόμων, καὶ λαὸν Γομόρρας, ἐμφερῶς αὐτῶν τοῖς τρόποις ἀποκαλούσης. Ἄλλως δὲ πρὸς λέξιν, ἡ πᾶσα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διατριβὴ παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει γέγονε, καὶ πολλῶν γε τοῦ Ἰσραὴλ ἡγήσατο, ὅσοι δὴ ἔγνωσαν αὐτὸν, καὶ εἰς αὐτὸν πεπιστεύκασι τῶν ἐκ περιτομῆς. Καὶ τὸ μὲν τῆς ἐκτεθείσης προῤῥήσεως τοιαύτην εἴληφε τὴν ἔκβασιν· τὰ δὲ ἑξῆς ἀφ' ἑτέρας ἀναγνωστέον ἀρχῆς, οὕτως ἐχόντα· « Ἀσσύριος ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν ὑμῶν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν ὑμῶν, καὶ ἐπεγερθήσονται ἐπ' B αὐτὸν ἑπτὰ ποιμένες, καὶ ὀκτὼ ὀδύγματα ἀνθρώπων, » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· ἃ καὶ ὁποίας ἔχεται διανοίας, οὐ τοῦ παρόντος τυγχάνει διηγήσασθαι καιροῦ. Εἴποι δ' ἂν τις μετὰ τὴν Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπιδημίαν, καθ' ἣν εἵλον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, τοσαύτας ἐπαναστάσεις κατ' αὐτῶν γεγονέναι, ὅσαι δηλοῦνται διὰ τῶν ἑπτὰ ποιμένων καὶ διὰ τῶν ὀκτὼ ὀδυγμάτων· ταῦτα δὲ δύνασθαι εἰδέναι τοὺς τὰ Ἀσσυρίων ἱστορηκότας, ὧν ἐπὶ τέλει τὸν ἐκ τῆς Βηθλεὲμ προφητευόμενον γεγονέναι, κατὰ τοὺς ἑπτὰ δηλαδὴ ποιμένας καὶ τὰ ὀκτὼ ὀδύγματα τοῖς Ἀσσυρίοις συμβάντα ἐν ὑστέροις χρόνοις τῆς εἰς τὴν Ἰουδαίαν αὐτῶν ἐφόδου. Ταῦτα δὲ πλείστης ἐρεύνης δεόμενα, οὐ νῦν πολυπραγμονεῖν καιρός.

A psalmo CXXXI. — *Quærenti David quisnam locus esset Ephrata, in qua Deus prænuntiatus a prophetis nasceretur, ipsa autem est Bethlehem, per Spiritum sanctum manifestatur.*

« Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus: sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, [et requiem temporibus meis,] donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis sylvæ: introibimus in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus [82]. » Tum deinceps adjungit: « Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi D tui. Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam [83]. » Et adjungit his item dicens; « Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo: inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea [84]. » Etiam hæc prophetia cum superiore concordat, quæ

C Ἀπὸ ψαλμοῦ ρλα'. — *Πυθομένῳ τῷ Δαβὶδ, ποῖος ἂρ' εἴη ὁ τῆς τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ γενέσεως τόπος, ἡ Ἐφραθὰ, αὕτη δέ ἐστιν ἡ Βηθλεὲμ, διὰ τοῦ θείου Πνεύματος φανεροῦται.*

« Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαβὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς ὤμοσε τῷ Κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθὰ, εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ· εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ, προσκυνήσομεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. Ὤμοσε Κύριος Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτόν· Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Καὶ ἐπιφέρει τούτοις λέγων· « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου· τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. » Συνᾴδει τῇ πρὸ ταύτης καὶ ἡ παροῦσα προφητεία, ἐκ Βηθλεὲμ τὸν προκηρυττό-

[81] Mich. v, 5. [82] Psal. 131, 1-7. [83] ibid. 10, 11. [84] ibid. 17, 18.

Digitized by Google

μενον Θεὸν προελεύσεσθαι σημαίνουσα. Τοῦτο δὲ οὖν αὐτὸ καὶ ὁ Δαβὶδ, πρότερον μὲν ἀγνοῶν, εὔχεται παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθεῖν, εἶτ' εὐξάμενος παιδεύεται. Ἐπειδὴ γὰρ τετύχηκε χρησμοῦ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ψαλμῷ φήσαντος, « Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου, » καὶ αὖθις, « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, » εἰκότως προσπίπτει τῷ Θεῷ, καὶ προσπεσὼν ἐπ' ἐδάφους ποτνιᾶται· ἐπὶ πλέον δὲ τῇ προσευχῇ προσκαρτερῶν ὄμνυσι τῷ Θεῷ, μὴ πρότερον εἰσελεύσεσθαι εἰς σκήνωμα οἴκου αὐτοῦ, μηδὲ δώσειν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ὕπνον, καὶ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμὸν, μηδὲ ἀναβήσεσθαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς αὐτοῦ, κεῖσθαι δὲ χαμαὶ προσκυνοῦντα, καὶ ποτνιώμενον, ἕστ' ἂν εὕρῃ τόπον τῷ Κυρίῳ, καὶ σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ, τοῦτ' ἔστιν ἕως ἂν μάθῃ, τοῦ Κυρίου φανερώσαντος αὐτῷ, τὴν γένεσιν τοῦ Χριστοῦ· εὐξάμενος δὲ, καὶ τοιαῦτα γνῶναι ποθήσας, οὐκ εἰς μακρὰν τῷ θείῳ Πνεύματι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι θεωρεῖ, τοῦ Θεοῦ τοῖς οἰκείοις ἐπαγγειλαμένου ἔτι γε λαλούντων ἐπακούσεσθαι. Ἐπακουσθεὶς δῆτα καταξιοῦται χρησμοῦ τὴν Βηθλεὲμ ἐπιφωνοῦντος αὐτῷ, ὡς ἂν ἐνθάδε τοῦτό που τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ σκηνώματος τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ συστησομένου. Ταῦτα τοιγαροῦν τοῦ θείου Πνεύματος ἐν αὐτῷ θεσπίσαντος, αὐτὸς αὐτοῦ ἐπακούσας ἐπιλέγει· « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθά. » Ἐφραθὰ δὲ ἡ αὐτή ἐστι τῇ Βηθλεὲμ, ὡς δῆλόν ἐστι ἀπὸ τῆς Γενέσεως, ἔνθα περὶ τῆς Ῥαχὴλ εἴρηται, ὅτι « Ἐθαψαν αὐτὴν ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ Ἐφραθὰ, αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. » Καὶ ἡ πρὸ ταύτης δὲ περιεῖχε προφητεία· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθά. »—« Ἰδοὺ, φησὶν, « ἠκούσαμεν αὐτήν· » δῆλον δ' ὅτι τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ κατασκήνωσιν. Ποῖον δ' ἂν εἴη τὸ σκήνωμα τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ ἢ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ ἐν τῷ τόπῳ τῆς Βηθλεὲμ γεγεννημένον; ἐν ᾧ ὡς ἐν σκηνώματι, ἡ θεότης τοῦ Μονογενοῦς κατεσκήνωσε. Οὐχ ἁπλῶς δὲ Θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τῆς « τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, » λέγεται τὸ σκήνωμα εἶναι, διὰ τὸ μὴ ἄλλο εἶναι τὸ σκηνῶσαν ἐν αὐτῷ ἢ τὸν τῷ Ἰακὼβ ἐν ἀνθρώπου εἴδει καὶ σχήματι ὀφθέντα Θεὸν, δι' ὃν καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Ἰσραὴλ προσωνυμίας ἠξιώθη, *ὁρῶν Θεόν*· τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται τὸ ὄνομα προσαγορευθείς· οὐκ ἄλλον δὲ ὄντα τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν τῷ Ἰακὼβ ὀφθέντα ἐν τοῖς πρώτοις τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως παρεστήσαμεν. Ἐδείχθη τοιγαροῦν τῷ Δαβὶδ εὐξαμένῳ, καὶ ποθήσαντι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Ἰακὼβ τὸν τόπον καὶ τὸ σκήνωμα εὑρεῖν, ὁ ἐπὶ τῆς Βηθλεὲμ τόπος· διόπερ εἰπὼν, « Ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθὰ, » ἐπιφέρει λέγων· « Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ. » Σαφῶς τοιγαροῦν καὶ ἐν τούτοις ἐν τῇ Ἐφραθὰ, ἥτις ἐστὶν ἡ Βηθλεὲμ, αὐτὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰακὼβ τόπον ἑαυτῷ καὶ σκήνωμα συστήσεσθαι προεφητεύετο, ὁμοφώνως τῇ τοῦ Μιχαίου προφητείᾳ φησάσῃ· « Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθὰ, ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος· » ἅπερ

illum Deum, qui nuntiatur venturus, de Bethlehem progressurum significat. Ipsum hoc igitur David quoque, prius quidem ignorans, optat discere ab ipso Deo, tum vero ubi optavit votoque poposcit, id ipsum docetur, **347** Postquam enim oraculum accepit, quod ad ipsum in psalmo ait, « De fructu ventris tui ponam super sedem tuam; » et rursus, « Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo, » merito procumbit ipsi Deo, atque ita hærens solo, supplicat et precatur: longius autem constantiusque in oratione perseverans, jurat Deo, non prius se ingressurum in tabernaculum domus suæ, neque daturum oculis suis somnum, et palpebris suis dormitationem, neque ascensurum in lectum strati sui, humi stratum soloque adhærentem, eoque modo adorantem ac supplicantem mansurum, donec inveniat locum Domino, et tabernaculum Deo Jacob, hoc est, donec discat, Domino sibi indicante, ipsius Christi ortum: cum autem voto id postulasset, et talia cognoscere expetivisset, haud ita multo post, quæ futura erant divino indicante Spiritu contemplatur, quippe cum suis Deus pollicitus sit, se amplius loquentes exauditurum. Itaque illi in hunc modum exaudito, oraculum redditur, quo ipsa Bethlehem inclamatur, tanquam illic locus Domino, et tabernaculum Deo Jacob constituenda sint. Hæc igitur ubi divinus Spiritus apud se ipsum cecinit, ipse seipsum exaudiens adjungit, » Ecce audivimus eam in Ephrata: « Ephrata vero eadem est et Bethlehem; sicut in Genesi constat, ubi de Rachel dictum est: « Et sepelierunt eam in hippodromo Ephrata, hæc est Bethlehem [85]. » Et superior prophetia habebat illud: « Et tu Bethlehem domus Ephrata. » —« Ecce, inquit, audivimus eam [86]: » constat autem quod per illud eam Christi originem intelligit, et ipsius Dei Jacob, habitationem. Sed quæ tandem hæc fuerit habitatio Dei Jacob, nisi ipsius Christi corpus, quod in Bethlehem natum est, in quo tanquam in tabernaculo, unici filii divinitas habitavit? Cæterum non simpliciter Dei, sed cum additione, « Dei Jacob [87] « tabernaculum esse dicitur, propterea quod non aliud sit quidquam quod in illo habitet, quam is Deus qui ipsi Jacob in hominis specie ac figura sit visus. Cujus sane gratia illo etiam cognomine Israel dignus est habitus, tanquam is qui Deum viderit; nam id nomen si interpreteris, eum, *qui Deum videat*, habebis: quod vero non alius sit quam Deus Verbum, qui ipsi Jacob visus sit, in hujusce operis primordiis demonstravimus. Precanti ergo David, et videre cupienti locum ac tabernaculum Domini Deique Jacob, ipse Bethlehem locus ostensus est: **348** quapropter cum dixisset, « Ecce audivimus eam in Ephrata, » adjungit dicens: « Adoremus in loco ubi steterunt pedes ejus [88]. » Planissime igitur in his quoque verbis in Ephrata, quæ est Bethlehem, ipse Dominus

[85] Gen. xxxv, 19. [86] Psal. cxxxi, 6. [87] ibid. 5. [88] ibid. 7.

Digitized by Google

ac Deus Jacob locum sibi ac tabernaculum constituturus capitur, quod ipsum cum Michææ prophetia concordat dicente : « Et tu, Bethlehem domus Ephratha. Ex te mihi egredietur dux : et egressus ejus ab initio ex diebus sæculi ; » quæ cum proxime scrutaremur, ostendimus ad nullum alium esse referenda, quam ad unum Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum qui Christus est Dei, quique in Bethlehem, sicut prophetiæ prædixerant, natus est. Nullum enim alium quispiam unquam ostendet, qui inde cum gloria post ipsius prophetiæ tempora prodierit : nullus enim neque rex, neque propheta, neque alius quispiam eorum qui apud Hebræos Deo amici fuerint, præter unum Salvatorem ac Dominum nostrum qui Christus est Dei, utrumque habuisse demonstratur, et quod de semine David, et quod in eo loco sit natus. Tempus igitur jam est ut illum ipsum esse non alium quempiam fateamur, qui in his propheticis verbis significatur, evidenterque in iis quæ sequuntur eumdem psalmum, dum nominatim Christum appellat, hoc ipsum ostendere, ubi ait : « Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui [89]. » Et rursus : « Illuc producam cornu David : paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea [90]. » Sed ubi tandem ait se producturum cornu David, nisi in Bethlehem atque in Ephratha? Inde enim cornu David Christus quatenus ad naturam pertinet humanam, quasi ingens lumen exortum est. Hic item Christi lucerna ab ipso Deo universi præparata est : fuerit autem hæc lucerna quasi intelligibilis lucis, humanum corpus, per quod instar testacei vasis, tanquam per lucernam, proprii luminis radios in omnes, quicunque ignorantia Dei et profundis tenebris premebantur, emisit. Etenim in his quoque demonstrari planissime arbitror Deum Jacob, qui ab initio et ex diebus sæculi exsistit, ad homines venturum, et oriturum non alibi terrarum quam in Bethlehem loco, qui non procul ab Hierosolymis hodie quoque visitur, ubi sane non alius post prophetarum tempora illustris, et apud omnes homines gloria celebris, **349** quam unus Jesus Christus ab omnibus ejus loci incolis (qui quidem sic cum evangelicis vocibus concordant) natus esse perhibetur. Est autem Bethlehem, ex interpretatione, *domus panis*, quæ sic quidem ejusdem est nominis cum eo qui de ipsa profectus est, Salvatore nostro, qui cum sit Dei Verbum et ratio, animalium rationalium est alimentum. Quam rem ipse quoque demonstrat, ubi ait : « Ego sum panis qui de cœlo descendi [91]. » Verum quoniam hæc eadem ipsius David patria fuit, merito qui ratione humanæ naturæ David filius fuit, ex hoc ipso loco profectus est, in eo sane cum propheticis concordans oraculis : itaque obscura esse amplius causa non potest, cur sibi Bethlehem

[89] Psal. CXXXI, 10. [90] ibid. 17, 18. [91] Joan. VI, 41.

(1) *Οὐδ'*. Lege οὐχ· item et paulo post. EDIT.

A ἀρτίως ἐξετάσαντες ἐδείκνυμεν ἀναφέρεσθαι οὐδ' ἐφ' ἕτερον ἢ ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ἐν Βηθλεὲμ ταῖς προῤῥήσεσιν ἀκολούθως γεγεννημένον. Οὐκ ἂν γοῦν ἄλλον τις ἐπιδείξειεν ἐκ ταύτης ἐνδόξως μετὰ τοὺς προφητείας χρόνους προελθόντα· οὔτε γὰρ βασιλεὺς, οὔτε προφήτης, οὐδ' ἕτερός τις τῶν παρ' Ἑβραίοις θεοφιλῶν, ἢ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁμοῦ καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ αὐτόθι γεγεννημένος ἀποδείκνυται. Ὥρα τοιγαροῦν αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, καὶ οὐδὲ (1) ἄλλον τὸν καὶ ἐν τούτοις προφητευόμενον ὁμολογεῖν, ὅτι τε σαφῶς ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ αὐτὸς ψαλμὸς ὀνομαστὶ τὸν Χριστὸν προσαγορεύων τοῦτο παρίστησι, δι' ὧν φησιν· « Ἕνεκεν Δαβὶδ τοῦ δούλου σου μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ Χρι-
B στοῦ σου· » καὶ πάλιν· « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. Τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. » Ποῦ δέ φησιν, « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβὶδ, » ἢ ἐν τῇ Βηθλεὲμ τῇ Ἐφραθά; ἐντεῦθεν γὰρ τὸ κέρας τοῦ Δαβὶδ ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα οἷόν τι μέγα φῶς ἐξανέτειλεν, ἐνταῦθά τε ἡτοίμαστο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὁ τοῦ Χριστοῦ λύχνος. Εἴη δ' ἂν λύχνος αὐτοῦ, οἷα νοεροῦ φωτὸς, τὸ ἀνθρώπειον σκῆνος, δι' οὗ δίκην ὀστρακίνου σκεύους, ὥσπερ διὰ λύχνου, τὰς τοῦ ἰδίου φωτὸς ἀκτῖνας πᾶσι τοῖς ἐν
C ἀγνοίᾳ Θεοῦ καὶ σκότῳ βαθεῖ πιεζομένοις ἐξέλαμψεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τούτοις ἀποδεδεῖχθαι σαφῶς ἡγοῦμαι Θεὸν Ἰακὼβ ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἐξ ἡμερῶν τυγχάνοντα αἰῶνος ἀνθρώποις ἐπιδημήσειν, καὶ γεννηθήσεσθαι οὐκ ἀλλαχόθι γῆς ἀλλ' ἢ ἐν τῷ κατὰ Βηθλεὲμ τόπῳ, πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις εἰσέτι καὶ νῦν ἐπιδεικνυμένῳ χωρίῳ, ἔνθα οὐδ' ἄλλος μετὰ τοὺς τῶν προφητῶν χρόνους ἐπιφανὴς καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐπίδοξος ἢ μόνος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ἁπάντων ἀκολούθως ταῖς εὐαγγελικαῖς φωναῖς γεγονὼς μαρτυρεῖται. Ἑρμηνεύεται δὲ ἡ Βηθλεὲμ *οἶκος ἄρτου*, φερώνυμος οὖσα τοῦ προελθόντος ἐξ αὐτῆς Σωτῆρος ἡμῶν ὄντος Θεοῦ Λόγου, ψυχῶν λογικῶν θρεπτικοῦ· ὃ καὶ παρίστησιν αὐτὸς λέγων· « Ἐγώ εἰμι
D ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. » Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦ Δαβὶδ γέγονεν αὕτη πατρὶς, εἰκότως καὶ ὁ κατὰ σάρκα γενόμενος υἱὸς Δαβὶδ τὴν πρόοδον ἐξ αὐτῆς ἐποιήσατο, ἀκολούθως ταῖς προφητικαῖς προῤῥήσεσιν· ὥστε οὐκ ἄδηλον εἶναι καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν πατρίδα τὴν Βηθλεὲμ ἐπεγράψατο. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ναζάροις ἀνατραφεὶς λέγεται, καὶ πάλιν Ναζαραῖος κληθήσεσθαι. Ἰστέον οὖν, ὅτι καὶ τὸ Ναζαραῖον ὄνομα Ἑβραϊκὸν τυγχάνει ἐν Λευϊτικῷ ἐπὶ τοῦ χρίσματος τοῦ παρ' αὐτοῖς Χριστοῦ. Ἦν δὲ οὗτος ὁ ἄρχων κατ' εἰκόνα τοῦ μεγάλου καὶ ἀληθῶς ἀρχιερέως τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, σκιώδη τινὰ καὶ τυπικὸν Χριστὸν ἐπιφερόμενος. Ἐν οἷς γοῦν εἴρηται κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα περὶ τοῦ Ἀρχιερέως· « Καὶ οὐ βεβηλώσει τὸν ἡγιασμένον τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ· ὅτι τὸ ἄγιον ἔλαιον Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ· » τὸ μὲν Ἑβραϊκὸν, « Ὅτι Ναζὲρ ἔλαιον, » περιέχει· ὁ δὲ Ἀκύλας· « Ὅτι ἀφ-

Digitized by Google

ὁρισμα, Ἔλαιον ἀλείμματος Θεοῦ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Ὅτι ἄθικτον ἔλαιον τοῦ χρίσματος τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ· » ὁ δὲ Θεοδοτίων· « Ὅτι τὸ Ναζὲρ ἔλαιον τὸ χριστὸν παρὰ Θεοῦ αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ· » ὥστε εἶναι τὸ Ναζὲρ, κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα, *ἅγιον*, κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *ἀφόρισμα*, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *ἄθικτον*· ὥστε ἐκ τούτου τὸ Ναζιραῖον ὄνομα σημαίνειν ἤτοι τὸν ἅγιον, ἢ τὸν ἀφωρισμένον, ἢ τὸν ἄθικτον. Ἀλλ' οἱ μὲν πάλαι ἱερεῖς, δι' ἐλαίου σκευαστοῦ, τοῦ παρὰ Μωσεῖ Ναζὲρ καλουμένου, χριόμενοι, παραγώγως ἀπὸ τοῦ Ναζὲρ ἐκαλοῦντο Ναζιραῖοι· ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν κατὰ φύσιν ἔχων τὸ ἅγιον, καὶ τὸ ἄθικτον, καὶ τὸ ἀφωρισμένον, οὐ δεόμενός γε χρίσματος ἀνθρωπίνου, ὅμως τῆς τοῦ Ναζιραίου προσηγορίας παρ' ἀνθρώποις ἔτυχεν, οὐκ ἀπὸ τοῦ καλουμένου Ναζὲρ ἐλαίου Ναζιραῖος γεγονὼς, ἀλλ' ὢν μὲν τῇ φύσει τοιοῦτος, κληθεὶς δὲ καὶ παρ' ἀνθρώποις Ναζιραῖος ἀπὸ τῆς Ναζαρὲθ, ἔνθα παρὰ τοῖς κατὰ σάρκα γονεῦσι τὴν ἐν παισὶν ἀνατροφὴν ἔσχηκε. Διὸ λέλεκται παρὰ τῷ Ματθαίῳ· « Χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ (δῆλον δὲ, ὅτι ὁ Ἰωσὴφ), ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας· καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὰ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζαραῖος κληθήσεται. » Εἶδει μὲν γὰρ αὐτὸν ἐξ ἅπαντος φύσει καὶ ἀληθείᾳ Ναζιραῖον ὄντα, τοῦτ' ἔστιν ἅγιον καὶ ἄθικτον καὶ ἀφωρισμένον, ἐξ ἀνθρώπων κληθῆναι ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ· ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ἐκ τοῦ Ναζὲρ ἐλαίου ταύτης ἔτυχε τῆς προσηγορίας, μὴ δεηθεὶς ἀνθρωπίνου χρίσματος, ἐκ τοῦ τόπου τῆς Ναζαρὲθ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο. Τούτων οὕτως ἀποδεδειγμένων, καιρὸς ἐπισκέψασθαι καὶ ἐξ ὁποίου γένους, ἐξ ὁποίας τε Ἑβραίων φυλῆς ὁ Σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ προελεύσεσθαι ἐκηρύττετο. Ἡρώτας δὲ τὰς εὐαγγελικὰς καὶ περὶ τούτου παραθήσομαι λέξεις· εἶθ' ὥσπερ ἁρμονίους σφραγῖδας τὰς προφητικὰς αὐταῖς ἐπιθήσω μαρτυρίας. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος ὧδε τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα γενεαλογεῖ· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Συνᾴδει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ἀπόστολος, λέγων ἀφωρίσθαι « εἰς Εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν Γραφαῖς ἁγίαις περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. » Γένοιτο δ' ἂν σύμφωνα ταῦτα ταῖς οὕτως ἐχούσαις προῤῥήσεσιν.

A patriam ascripserit. Cæterum etiam in Nazaris educatus esse dicitur, et sic Nazaræus vocandus. Scire igitur oportet quod nomen est Hebraicum Naziræum in Levitico, in ejus Christi unctione quem ipsi habebant. Porro hic erat principatum obtinens secundum imaginem magni et veri Pontificis Christi Dei, adumbratum videlicet quemdam et figuratum Christum repræsentans. Ubi vero LXX de Pontifice ita interpretati sunt, « et non polluet quod sanctificatum est Dei sui, quoniam sanctum oleum unctionis Dei sui [94], » in Hebraico legitur, « quoniam Nazer oleum : » Aquila autem sic convertit, « quoniam segregatio, oleum unctionis Dei sui super ipsum. » Symmachus autem, « quoniam intactum oleum unctionis Dei sui super ipsum. » Theodotion vero, « quoniam Nazer oleum unctionis a Deo suo
B super ipsum. » Quare Nazer ipsos quidem LXX sequentibus *sanctum* erit, ipsum vero Aquilam, *separatio*, Symmachum autem, *intactum;* itaque ex his Naziræum nomen significabit, aut sanctum, aut segregatum, aut intactum. At vero prisci quidem sacerdotes, cum oleo comparato, quod apud Mosen Nazer appellatur, ungerentur, ex derivatione a Nazer vocabantur Naziræi. Sed Salvator et Dominus noster, suapte natura in se habens, et sanctum, et intactum, et separatum, neque alicujus indigens humanæ unctionis, tamen Naziræi appellationem apud homines obtinuit, non quod ab oleo quod Nazer vocaretur Naziræus exstiterit, sed quod quamvis natura quidem talis esset, tamen a civitate Nazareth apud homines Naziræus vocatus sit,
C ubi apud suos, qua homo erat, parentes, puerilem educationem obtinuit. Ex quo apud Matthæum dictum est : **350** « Responso autem in somnis accepto (ipse videlicet Joseph) secessit in partes Galilææ; et veniens habitavit in civitate quæ dicitur Nazara, ut impleretur quod dictum est per prophetam, quod Nazaræus vocabitur [93]. » Oportebat enim usquequaque cum ipse suapte natura et revera Naziræus esset, hoc est sanctus, intactus, segregatus, illum ab hominibus hac appellatione vocari; sed quoniam non a Nazer oleo hanc obtinuit appellationem, quippe qui humanæ nullius unctionis indigeret, a loco Nazareth denominationem accepit. Cum igitur hæc in hunc modum ostensa sint, tempus jam esse videtur inspicere, et ex quo genere,
D et ex qua Hebræorum tribu, animarum nostrarum Salvator Christus Dei proditurus nuntiaretur. Cæterum hac de re primum verba citabo evangelica, deinde tanquam notas atque impressiones maxime accommodatas, prophetica illis adjungam testimonia. Matthæus ergo Christi genus, quatenus ad humanam ejus naturam pertinet, in hunc modum describit : « Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam [94], » et quæ sequuntur. Huic vero Apostolus quoque concordat, qui dicit, « segregatum se esse in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem [95]. » Fuerint vero hæc consentanea iis, quæ ita se habent, oraculis.

[92] Levit. xxi, 12. [93] Matth. ii, 22, 23. [94] Matth. i, 1, 2. [95] Rom. i, 1-3.

Digitized by Google

CAPUT III.

A *secundo Paralipomenon. — Ex qua gente et ex qua Judæorum tribu progressurus Christus prædicebatur.*

Dominus per Nathan prophetam hæc David prædicit, in secundo [primo] Paralipomenon : « Et erit, cum completi fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod erit ex ventre tuo, et parabo regnum ejus. Ipse ædificabit mihi domum in nomine meo, et erigam sedem ejus usque in sempiternum. Ego ero illi in patrem, **351** et ipse erit mihi in filium [96]. » In octavo autem et octogesimo psalmo de eodem tanquam de David dicta hæc sunt : « Ipse invocabit me, pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum præ regibus terræ; in æternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi [97]. » Et rursus : « Juravi David servo meo, in sæculum parabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam [98]. » Et rursus : « Semel juravi in sancto meo, si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum [99]. » Et rursus : « Et ponam in sæculum sæculi semen ejus [1]. » Fuerint vero his similia etiam illa in quibus dictum est : « Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum : de fructu ventris tui ponam super sedem tuam [2]. » Salomon quidem, cum esset filius David, eidem palam in regno successit : hic etiam Hierosolymis primus Deo templum ædificavit. Hunc itaque suspicari Judæos illum esse, de quo prophetiæ loquuntur, verisimile est. Sed videant, quæso, Judæi, num ad Salomonem referre oraculum possint quod ita ait : « Et erigam sedem ejus usque in sempiternum ; » et rursus quod cum jurisjurandi affirmatione pollicitum esse Deum in sancto suo induci, futuram sedem ejus, quem venturum prophetæ canunt, sicut solem, et sicut dies cœli. Nam si quis regni Salomonis tempus inquirat, quadraginta non amplius annos inveniet; quod si eorum qui illi successerint in summam redigat, ne totos quidem quingentos annos illos omnes regnasse comperiet. Sed concedamus eos usque ad extremam Judaicæ gentis obsidionem, qua Romani illos expugnaverunt, regnum conservasse, quid istud tandem ad prophetiam quæ ait, « in æternum ? » et quæ ut solem atque ut dies cœli permansuram illam sedem canit? Illud vero, « Et ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium, » qui fieri potest ut Salomoni conveniat, quando palam in historia quæ de illo exstat, abhorrentia longissimeque remota ab adoptione Dei de illo prodit. Audi igitur quam illius accusationem complexa sit : « Et

[96] I Par. XVII, 11-14. [97] Psal. LXXXVIII, 27-29. [98] ibid. 4, 5. [99] ibid. 36-38. [1] ibid. 30. [2] Psal. CXXXI, 11.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν Παραλειπομένων. — Ἀπὸ ποίου γένους καὶ ἀπὸ ποίας Ἑβραίων φυλῆς προελεύσεσθαι ὁ Χριστὸς προεφητεύετο.

Ὁ Κύριος διὰ Νάθαν τοῦ προφήτου ταῦτα τῷ Δαβὶδ θεσπίζει ἐν δευτέρᾳ Παραλειπομένων · « Καὶ ἔσται, ἐὰν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Αὐτὸς οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω θρόνον αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. » Καὶ ἐν ὀγδόῳ δὲ καὶ ὀγδοηκοστῷ ψαλμῷ περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὡς περὶ Δαβὶδ, τάδε εἴρηται · « Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με · Πατήρ μου εἶ σὺ, Θεός μου, καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου · κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς · εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου, καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ · » καὶ αὖθις · « Ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου · Ἕως αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου · » καὶ πάλιν · « Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου · Εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ, ὡς ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα · » καὶ αὖθις · « Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ. » Ὅμοια δ' ἂν εἴη τούτοις καὶ τὰ δι' ὧν εἴρηται · « Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτόν · ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Σολομὼν, παῖς μὲν ὢν τοῦ Δαβὶδ, καὶ τῆς βασιλείας διάδοχος πέφηνεν ὁμολογουμένως · οὗτος δὲ καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν τῷ Θεῷ πρῶτος ἐδείματο. Καὶ τοῦτον εἰκὸς ὑπολήψεσθαι τοὺς ἐκ περιτομῆς τὸν προφητευόμενον εἶναι · οὓς ἐπιστῆσαι καλὸν εἰ οἷόν τε εἶεν (1) ἐπὶ Σολομῶνα ἀνάγειν τὸν χρησμὸν φάσκοντα · « Καὶ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα · » καὶ αὖθις μεθ' ὅρκου διατάσεως ὁμωμοκέναι τὸν Θεὸν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, ὡς ἄρα ἔσται ὁ θρόνος τοῦ προφητευομένου, ὡς ὁ ἥλιος καὶ αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ · εἰ γάρ δή τις τοὺς χρόνους ἐξετάσειε τῆς τοῦ Σολομῶνος βασιλείας, τεσσαράκοντα ἔτη, οὐ πλείονα εὑρήσει. Εἰ δὲ καὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ συνάξοι, οὐδ' ἐφ' ὅλοις πεντακοσίοις ἔτεσιν εὕροι ἂν τοὺς πάντας διαγενομένους. Ἀλλὰ ἔστω τοὺς αὐτοὺς καὶ μέχρι τῆς ὑστάτης ὑπὸ Ῥωμαίων παλιορκίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διαρκέσαι νομίζεσθαι · τί οὖν τοῦτο πρὸς τὴν προφητείαν, « εἰς τὸν αἰῶνα, » καὶ ὡς τὸν ἥλιον, καὶ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ διαμενεῖν τὸν θρόνον αὐτοῦ θεσπίζουσαν; Τὸ δὲ, « Καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν, » πῶς ἂν τῷ Σολομῶνι ἁρμόζοιεν; Ὅτε διαῤῥήδην ἡ κατὰ αὐτὸν ἱστορία, ἀλλότρια καὶ ἀπηκισμένα τῆς τοῦ Θεοῦ εἰσποιήσεως περὶ αὐτοῦ διδάσκει. Ἄκουε δ' οὖν οἵαν κατηγορίαν αὐτοῦ καταλέ-

(1) *Οἷόν τε εἶεν.* Forte legendum vel οἵοί τε εἶεν, vel οἷόν τε εἴη. EDIT.

Digitized by Google

γει· « Καὶ Σολομὼν ἦν φιλογύναικος, καὶ ἔλαβε γυναῖκας ἀλλοτρίας πολλὰς, καὶ τὴν θυγατέρα Φαραὼ, Μωαβίτιδας, Ἀμμανίτιδας, καὶ Ἰδουμαίας, Σύρας καὶ Χετταίας, καὶ Ἀμορῥαίας, ἐκ τῶν ἐθνῶν, ὧν ἀπεῖπε Κύριος ὁ Θεὸς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, οὐκ εἰσελεύσεσθαι εἰς αὐτάς. » Καὶ ἐπιφέρει τούτοις· « Καὶ οὐκ ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ εὐθεῖα μετὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καθὼς ἡ καρδία Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἐπορεύθη Σολομὼν ὀπίσω τῆς Ἀστάρτης, βδελύγματος Σιδωνίων, καὶ ὀπίσω τοῦ βασιλέως αὐτῶν, εἰδώλου υἱῶν Ἀμμών· καὶ ἐποίησε Σολομὼν τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου. » Καὶ αὖθις ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ἤγειρε Κύριος Σατὰν τῷ Σολομῶνι, τὸν Ἄδερ τὸν Ἰδουμαῖον. » Τὸν δὴ ἐπὶ τοσούτοις καὶ τοιούτοις διαβεβλημένον τίς ἂν αἱρεῖ λόγος πατέρα τὸν Θεὸν τολμᾷν ἐπιγράφεσθαι, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν υἱὸν ἑαυτοῦ πρωτότοκον ἀναγορεύειν αὐτόν; Πῶς δὲ ταῦτα τοτὲ μὲν ὡς περὶ αὐτοῦ λέγεται τοῦ Δαβὶδ, τοτὲ δὲ ὡς περὶ σπέρματος αὐτοῦ; Ἀλλ' οὐδὲ τῷ Δαβὶδ ἐφαρμόζοι ἄν, ὡς ἐπιστήσαντί σοι δῆλον ἔσται. Οὐκοῦν τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναστήσεσθαι ἐν τούτοις δηλούμενον ἕτερον ζητητέον. Ἀλλ' οὐδεὶς ἄλλος τοιοῦτος ἐξ αὐτοῦ γέγονεν, ὡς ἱστορεῖται, ἢ ὅτι γε εἷς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὃς μόνος τῶν πώποτε ἐκ σπέρματος Δαβὶδ βεβασιλευκότων καθ' ὅλης ἀνηγόρευται τῆς οἰκουμένης υἱὸς Δαβὶδ, κατὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ γένεσιν ὁμολογούμενος, καὶ τούτου γε μένει καὶ διαμενεῖ ἡ βασιλεία, εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα παρατείνουσα, καίτοι μυρία μὲν ἐπιβεβουλευμένη, θεία δὲ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει τὸ ἔνθεον καὶ ἀήττητον τῆς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἀκολούθως ἐπιδεικνυμένη. Εἰ δὲ ὀμνύντα τὸν Θεὸν ἀκούεις κατὰ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ὡς πατρὸς ἄκουε ὀμνύντος κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ πάντων αἰώνων προϋφεστῶτος, ἁγίου καὶ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδός, ὃν ποικίλως ἐθεολόγησαν αἱ πρόσθεν ἡμῖν παρατεθεῖσαι φωναὶ, καθ' οὗ ὄμνυσιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ, ὡς κατὰ ἠγαπημένου, τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸν ἄπειρον αἰῶνα δοξάσειν· ὃ καὶ γέγονεν ὅτε ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀνείληφέ τε καὶ ἐθεοποίησε. Διὸ καὶ υἱὸν αὐτὸν ἀναγορεύει λέγων, « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν· » καὶ πάλιν· « Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν. » Σαφῶς τοιγαροῦν ἐκ τούτων ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ πρωτότοκος ἐκ σπέρματος ἔσεσθαι Δαβὶδ ἀνείρηται, ὥστε ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Δαβὶδ τῷ Θεοῦ Υἱῷ, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τῷ υἱῷ Δαβίδ· δι' ὧν ἐναργῶς ὁ Πρωτότοκος πάσης κτίσεως αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γενήσεσθαι προεφητεύετο. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ λόγιον ἡ τοῦ Εὐαγγελίου γραφὴ ἐπισφραγίζεται, δι' ὧν φησιν ἐπιστάντα τὸν Γαβριὴλ τῇ ἁγίᾳ Παρθένῳ φάναι περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· « Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Καὶ μετὰ βραχέα δὲ ἐν τῷ

A Salomon fuit mulierum amator, et accepit externas feminas multas, et filiam Pharaonis, et Moabitidas, et Ammanitidas, et Idumæas, et Syras, et **352** Chettæas, et Amorrhæas, ex gentibus quas interdixit Dominus Deus filiis Israel, non ingredi ad eas [4]. » Et adjungit : « Et non erat cor ejus rectum cum Domino Deo suo, sicut cor David patris ejus ; et abiit Salomon post Astartem, abominationem Sidoniorum, et post regem eorum, simulacrum filiorum Ammon, et fecit Salomon malum in conspectu Domini [5]. » Et rursus addit in iis quæ sequuntur : « Et suscitavit Dominus Satan Salomoni, Ader Idumæum [6]. » Eum igitur qui in talibus et tantis accusetur, quæ unquam ratio dictabit, patrem sibi audere Deum ascribere, ipsumque B premum Deum filium hunc suum primogenitum appellare? Quam autem ob causam hæc alias quidem quasi de ipso dicuntur David, alias vero quasi de illius semine? Atqui ipsa hæc ipsi quidem David nunquam accommodari poterunt, quemadmodum tibi diligenter observanti fiet manifestum : igitur alium ex semine David surrecturum, de quo hæc oracula loquantur, quærere oportet. At enim ex illo quatenus aut monumenta litterarum prodiderint, aut in memoria hominum resideat, nullus alius talis exstitit, nisi unus Salvator et Dominus noster Jesus qui Christus est Dei, qui quidem unus ex omnibus qui unquam de semine David regnaverint, in toto orbe terrarum filius David appellatur, C hocque secundum illius ortum qui ad humanam naturam pertinet omnes confitentur : atque hujus regnum et manet nunc et permansurum est posthac in infinitum ævum perseverans, neque innumerabiles adversus illud insidiæ proficient, sed divina sua et plus quam humana virtute, quod divinitus afflatum atque insuperabile habuit prophetia quæ de ipso exstat, palam omni tempore demonstrabit. Ubi vero Deum per sanctum suum jurantem audis, Patrem accipe jurantem per Deum Verbum, qui omnia sæcula antecedit, sanctum utique atque unicum suum Filium, quem varie ut Deum ante a nobis expositi sermones celebraverunt, per quem jurat Deus et pater ipsius tanquam per dilectum, se eum qui de semine David oriatur in infinitum sæculum glorificaturum ; quod ipsum etiam est factum D quo tempore Verbum caro effectum est, et eum qui de semine David oriebatur, assumpsit Deumque effecit. Quocirca Filium quoque eumdem appellat dicens : « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium. » Et rursus : « Et ego primogenitum ponam illum. » Planissime igitur in his verbis Filius Dei **353** primogenitus de semine David futurus dictus est, adeo quidem, ut unus atque idem sit filius David cum Filio Dei, et Filius Dei cum filio David, in quibus evidentissime primogenitus omnis creaturæ ipse Filius Dei, filius hominis futurus canebatur. Hoc autem oraculum Scriptura evangelica

[4] III Reg. xi, 1. [5] ibid. 4-6. [6] ibid. 14.

Digitized by Google

quasi signo impresso confirmat, ubi ait, Gabriel, cum astitisset Virgini, dixisse de Salvatore nostro, « Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur, et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis [6]. » Et post pauca in eodem Evangelio, Zacharias Joannis pater hæc de Christo divinat : « Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem populo suo, et erexit cornu salutis in nobis in domo David pueri sui, sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum ejus [7]. » Quod vero promissam ipsi David æternam sedem Salvator et Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, neque alius ex hominum genere quispiam acceperit, satis ea quæ superius posita sunt testimonia comprobaverint, necnon ipsius Gabriel et Zachariæ, in quibus etiam illud confirmatur, quod, quatenus ad humanam ejus naturam pertinet, de semine David natus est. Cæterum, qua ratione ipsius Joseph genus sancti evangelistæ describant, quamvis Salvator noster ex eo natus non sit, sed de Spiritu sancto et sancta Virgine, quoque modo hæc ipsius Domini mater de genere ex semine David fuisse ostendatur, in primo et quæstionum et solutionum quæ ad generis Salvatoris nostri seriem atque enarrationem pertinent, explicavimus. Ad illa igitur eos qui discere cupiunt remittimus, quando ad aliud scribendi argumentum præsens nos tempus revocat atque impellit.

A αὐτῷ Εὐαγγελίῳ Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ τάδε περὶ τοῦ Χριστοῦ θεσπίζει· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶνος αὐτοῦ προφητῶν. » Ἀλλ' ὅτι μὲν τὸν ἐπηγγελμένον τῷ Δαβὶδ αἰώνιον θρόνον ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων ἀπείληφεν, ἱκαναὶ πιστώσασθαι αἱ προπαρατεθεῖσαι μαρτυρίαι, ἥ τε τοῦ Γαβριὴλ καὶ ἡ τοῦ Ζαχαρίου, δι' ὧν καὶ συνίσταται ἐκ σπέρματος γεγονὼς Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Τίνι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταί, καίπερ μὴ ὄντος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου B Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου, ὅπως τε καὶ αὕτη ἡ τοῦ Κυρίου μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβίδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ζητημάτων καὶ λύσεων διειλημμένων, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμπομεν, ἐφ' ἑτέραν ἡμᾶς ὑπόθεσιν κατεπείγοντος τοῦ παρόντος καιροῦ.

A psalmo LXXI. — *De Salomone et eo qui ex semine ejus procedet.*

« Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis [8], » ac deinceps **354** adjungit : « Et permanebit cum sole et ante lunam, generationes generationum, descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram, orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis, donec auferatur luna, et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ [9]. » Et post pauca, sic ait : « Superextolletur super Libanum fructus ejus, erit nomen ejus benedictum in sæcula, ante solem permanebit nomen ejus, et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes beatificabunt eum [10]. » Quando ergo in Salomonem scriptus est psalmus, primus psalmi versiculus ad illum referatur; quæ vero sequuntur omnia ad filium Salomonis, non Roboam, qui post illum regnavit in Hierusalem, sed ad eum qui de ejus semine, ratione humanæ naturæ profectus est, Christum Dei. Quod enim neque ad Salomonem, neque ad ejus successorem referri possint ea quæ in psalmo continentur, propter ea, quæ de illo cognita habentur, quicunque divinarum Scripturarum imperitus non est, facile confitebitur. Etenim qui fieri potest ut de Salomone, aut de ejus filio Roboam accipiantur, quæ per totum psalmum feruntur, quale est illud : « Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ; » et illud : « Permanebit cum sole et ante lunam generationes generationum, » et quæcunque alia his

Ἀπὸ ψαλμοῦ οα'. — Περὶ Σολομῶντος καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου.

« Ὁ Θεὸς, τὸ κρῖμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν C δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· » καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν, καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν· ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης, ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Καὶ μετὰ βραχέα φησίν· « Ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ· ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τὸν αἰῶνα, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. » Ἐπειδὴ γέγραπται εἰς Σολομῶνα ὁ ψαλμὸς, ὁ πρῶτος τοῦ ψαλμοῦ στίχος εἰς αὐτὸν ἀναφέροιτο, τὰ δὲ ἑπόμενα πάντα εἰς τὸν υἱὸν Σολομῶνος, οὐ τὸν Ῥοβοὰμ, ὃς μετ' αὐτὸν ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τὸν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ κατὰ σάρκα γενόμενον, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐπὶ τὸν Σολομῶνα, οὐδὲ ἐπὶ τὸν τούτου διάδοχον ἀναφέρειν δυνατὸν τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ διὰ τὰ περὶ αὐτοῦ δεδηλωμένα, πᾶς ὁ μὴ ἀνεπιστήμων τῶν θείων ὁμολογήσει Γραφῶν. Ἀλλὰ καὶ πῶς οἷόν τε ἐπὶ Σολομῶνα, ἢ ἐπὶ τὸν τούτου υἱὸν Ῥοβοὰμ ἐκλαμβάνειν τὰ ἐμφερόμενα δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ; οἷον τὸ, « Κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης· » καὶ τὸ « Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν· »

[6] Luc. I, 32, 33. [7] ibid, 68-70. [8] Psal. LXXI, 2. [9] ibid. 3-8. [10] ibid. 16. 17.

Digitized by Google

καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ὅμοια ἐπιλέγεται. Διόπερ ἀβασανίστως ἀποδοθείη ἂν ὁ μὲν φάσκων ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ λόγος· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρῖμά σου τῷ βασιλεῖ δὸς, » ἐπ' αὐτὸν ἐκεῖνον Σολομῶνα· ὁ ἐπιλέγων δὲ, « Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, » ἐπὶ τὸν Σολομῶνος υἱὸν, οὐ τὸν πρωτότοκον ἐκεῖνον τὸν διάδοχον αὐτοῦ τῆς βασιλείας γενόμενον, (οὐδ' ὅλοις γὰρ ἐκεῖνος ἑπτακαίδεκα ἔτεσι μόνου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προστὰς, κάκιστα κέχρητο τῇ ἀρχῇ·) ἀλλ' οὐδ' ἐφ' ἕτερον τῶν Ῥοβοὰμ τὸν θρόνον τῆς τοῦ Σολομῶνος βασιλείας διαδεξαμένων, ἐπὶ μόνον δὲ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, οὕτω καὶ τοῦ Σολομῶνος υἱὸν, ὡς καὶ τοῦ Δαβὶδ χρηματίσαντα. Οὗτος δ' ἦν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Τούτου γὰρ μόνου, καὶ οὐδ' ἑτέρου τῶν πώποτε, ὁ τῆς ἐνθέου βασιλείας θρόνος συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ· καὶ οὗτός γε, ἀλλ' οὐδεὶς ἕτερος ἀνθρώπων, πρὸ τῆς σελήνης καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, ἅτε Λόγος ὢν Θεοῦ, προϋπῆρχεν, ἔσταξέ τε μόνος οὗτος οὐρανόθεν δρόσου δίκην ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Εἴρηται δὲ καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους ἀνατεταλκέναι, κατὰ τὰ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν ἀποδεδομένα, καὶ δικαιοσύνη παραμένουσα μέχρι τῆς τοῦ βίου συντελείας, ἥτις ἀνταναίρεσις ὠνόμασται τῆς σελήνης. Ἐναργῶς τε ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμις κρατεῖ καὶ κυριεύει τῶν ἐξ ἑῴας θαλάσσης καὶ ἐπὶ δύοντα ἥλιον, ἐνεργεῖν μὲν ἀρξαμένη ἀπὸ ποταμοῦ, ἤτοι τοῦ κατὰ λουτρὸν μυστηρίου, ἢ καὶ ἀφ' οὗπερ κατὰ τὸν Ἰορδάνην πρῶτον φανεὶς ἤρξατο τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας. Παρεκτεθεῖσα γοῦν ἐξ ἐκείνου ἡ ἐν ἀνθρώποις βασιλεία αὐτοῦ, διῆλθε καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· Λιβάνου δὲ ἐπινοουμένης τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἀπὸ πλείστων ὅσων προφητειῶν ἀποδείκνυται, διὰ τὸ πάλαι ἐν αὐτῇ ἁγίασμα, καὶ τὸ θυσιαστήριον, τά τε ἐπὶ τούτῳ εἰς τιμὴν ἀναφερόμενα λιβάνου δίκην τῷ Θεῷ, ὁ τοῦ Χριστοῦ καρπὸς ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία ὑπὲρ τὸν Λίβανον ἀρθήσεσθαι θεσπίζεται. Ἐπὶ σχολῆς δ' ἂν ὁ φιλομαθὴς ἑαυτῷ τὸν ψαλμὸν πρὸς λέξιν βασανίσας, μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ Κυρίῳ τὰ ἐν αὐτῷ προσήκειν ὁμολογήσειεν ἂν· ἀλλὰ οὔτε τῷ παλαιῷ Σολομῶνι, οὔτε ἑτέρῳ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλέων ἑνὸς ἔθνους τῶν Ἰουδαίων ἀρξάντων, καὶ οὐ πλεῖον ὀλιγοστῶν ἐθνῶν, καὶ οὐδ' ἐφ' ἑτέρας ἢ μόνης τῆς Ἰουδαίας γῆς.

A ipsis similia adjunguntur. Quapropter sine multa admodum exploratione, quæ quidem verba initio psalmi habentur : « Deus, judicium tuum regi da, » sane ad illum ipsum Salomonem referantur; quæ vero sequuntur : « Et justitiam tuam filio regis, » ad Salomonis filium, non illum primogenitum, qui illi in regno successit (nam ille cum soli Judaicæ genti ne totos quidem decem et septem annos præfuisset, pessime usus est imperio), sed nec ad alium præterea quempiam eorum qui post Roboam in regno Salomonis successerint, sed ad solum a David oriundum, qui ita Salomonis filius ut ipsius David dictus est. Hic autem fuit Salvator et Dominus noster Jesus Christus. Hujus enim unius, nec alterius cujuspiam eorum, qui unquam fuerint, divini B regni atque imperii sedes permansura est cum sole, et hic idem nec alius quispiam ex hominum genere, ante lunam et ante **355** mundi constitutionem, tanquam is qui Dei sit Verbum, ab initio fuit, atque hic solus cœlitus in omnem terram roris instar stillavit. Dictum quoque est, illum ad omnes homines exortum esse, in iis quæ paulo ante a nobis exposita sunt, et justitiam permanentem usque ad vitæ consummationem, quæ lunæ sublatio nominata est. Evidenter vero Salvatoris nostri virtus dominatur atque imperat ab Eoo mari usque ad solem occidentem; quæ quidem virtus actionum suarum initium fecit a flumine, quod est, aut lavacri mysterio, aut a Jordane, ubi cum primum se videndam præbuerit, hominibus cœpit esse beneficus. Ex illo C ergo profectum illius inter homines regnum universam terram peragravit. Cum vero per Libanum Hierusalem intelligatur, ut ex quamplurimis prophetiis apparet, propter antiquum in illa sanctuarium, et altare, et quæ in eo ad honorem Deo thuris instar offerebantur, Christi fructus, quæ est ex gentibus Ecclesia, super Libanum extollendus canitur. Cæterum, studiosior quispiam discendi ubi per otium apud seipsum per singula verba eumdem psalmum exploraverit, uni Domino nostro convenire quæ in eo continentur, facile confitebitur. Salomoni autem, aut alii cuipiam eorum regum qui post Salomonem paucis annis non amplius uni Judaicæ genti non alibi quam in una Judæa terra imperaD verint, nequaquam.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου — Περὶ Ἰεσσαὶ, καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγησομένου.

« Καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπὶ αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου Θεοῦ. Οὐ κατὰ τὴν δόξαν κρινεῖ, οὐδὲ κατὰ τὴν λαλιὰν ἐλέγξει, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς. Καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἀληθείᾳ εἰλημένος τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ μοσχάριον καὶ λέων ἅμα βοσκηθήσονται. Καὶ ἔσται

Ab Isaia. — De Jesse, et eo qui ex semine ejus nascetur.

« Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis; replebit eum spiritus timoris Dei, non secundum opinionem judicabit, neque secundum loquelam redarguet, sed judicabit humili judicium, et redarguet humiles terræ, et erit justitia cingulum lumborum ejus, et veritas indumentum laterum ejus, et pascetur simul lupus cum agno, et pardus simul quiescet cum hœdo, et vitulus et leo simul pascentur, **356** et erit radix Jesse, et qui surgit impe-

Digitized by Google

rare gentibus, in eo gentes sperabunt, et erit requies ejus honor [11]. » Hic Jesse, qui hoc in loco indicatur, pater fuit David. Quemadmodum enim in iis prophetiis quæ ipsam hanc antecesserunt, de fructu et semine David proditurus dicebatur, atque item de semine Salomonis, eodem modo etiam hic plurimis annis post mortem non solum David, sed etiam Salomonis, de radice Jesse, hoc est de radice David proditurus quidam prædicitur. Præsens autem ratio ea dissolvet, quæ in superioribus apud Judæos de Salomone credebantur, cum illius mortis tempus constet, et hæc eadem Isaias de quodam alio vaticinetur, qui sit de radice Jesse et de semine David proditurus. Quod vero non ad alium quam ad nostrum Salvatorem Christum Dei, qui de radice David et Jesse ortus est, referenda sint quæ proxime citavimus, dubitaturum arbitror neminem, qui et promissum oraculi attenderit, quod ait : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus, in eo gentes sperabunt, » et rerum eventa quæ de Salvatore nostro demonstrantur. Solus enim hic ubi a morte surrexit, propter quod etiam illum surgentem vocatum esse arbitror, non Judaico populo, sed universis gentibus imperavit, adeo quidem, ut ne ulla quidem interpretatione indigere videatur oraculum, cum planissime constet in illo finem accepisse una cum aliis illud quoque : « In eo gentes sperabunt. » Quæ vero tanquam de animalibus et feris mansuefaciendis, et agrestes mores atque indomitos deposituris, in ejus adventu de quo loquitur prophetia, dicuntur, per figuram referri poterunt ad mores immites atque agrestes, et ad victus hominum feros, qui per Christi doctrinam, immanitatem priorem ac feritatem abjecerint. Planissime autem horum figuratus sensus aperietur, si quis radicem Jesse, quæ in prophetia continetur, et virgam, et florem ad sensum convertens interpretetur, exponatque qua ratione intelligatur justitia latera cinxisse, et veritate lumbos induisse. Sicut enim hæc non aliter possumus quam per figuratam expositionem interpretari, ita sequitur, ut ea quoque accipere oporteat, quæ variis in locis sub animalium nominibus proferuntur.

A ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. » Ὁ δηλούμενος ἐνταῦθα Ἰεσσαὶ πατὴρ ἦν τοῦ Δαβίδ. Ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς πρὸ ταύτης προφητείαις ἐκ καρποῦ καὶ σπέρματος Δαβὶδ προελεύσεσθαι ἐλέγετο, καὶ πάλιν ἐκ σπέρματος Σολομῶνος, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα πλείστοις ὕστερον τῆς τοῦ Δαβὶδ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ Σολομῶνος τελευτῆς ἔτεσιν, ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ, δῆλον δ' ὅτι καὶ ἐκ τῆς τοῦ Δαβὶδ προελεύσεσθαί τις θεσπίζεται. Λύσει δὲ ὁ παρὼν λόγος τὴν ἐν τοῖς πρόσθεν νομιζομένην παρὰ Ἰουδαίοις περὶ τοῦ Σολομῶνος τελευτῆς χρόνου. Ταῦτα Ἡσαΐας περί τινος ἑτέρου προφητεύει, μέλλοντος ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀναφανήσεσθαι. Ὅτι δὲ οὐδ' ἐφ' ἕτερον ἢ ἐπὶ τὸν B ἡμέτερον Σωτῆρα τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀνάγεται τὰ δηλούμενα, ἐκ ῥίζης γενόμενον Δαβίδ τε καὶ Ἰεσσαὶ, οὐκ οἶμαί τινα ἀμφιβάλλειν, ἐπιστήσαντα τῇ τε ἐπαγγελίᾳ τῆς προῤῥήσεως φασκούσῃ· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, » καὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δεικνυμένοις ἀποτελέσμασι. Μόνος γοῦν οὗτος μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, δι' ἣν καὶ οἶμαι αὐτὸν ἀνιστάμενον ἐπικεκλῆσθαι, οὐ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, ἀλλὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἦρξεν, ὡς μὴ δεῖσθαι τὸ λόγιον ἑρμηνείας, σαφῶς προδήλου καθεστῶτος, ὅπως εἰς αὐτὸν τέλος εἴληφε μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ, « Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Τὰ δ' ὡς περὶ ζώων καὶ θηρίων ἡμερουμένων ἐν ἐπιδημίᾳ C λεγόμενα ἀλληγοροῖτ' ἂν ἐπὶ τρόπους ἀπηνεῖς καὶ ἀγρίους, καὶ ἤθη ἀνδρῶν θηριώδη, διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας τῆς ἀλογίας καὶ θηριωδίας μεταθησόμενα. Ἀλληγοροῖτο δ' ἂν ταῦτα σαφῶς οὕτως, ἂν καὶ τὴν δηλουμένην διὰ τῆς προφητείας ῥίζαν Ἰεσσαὶ, καὶ τὴν ῥάβδον, καὶ τὸ ἄνθος τροπολογῶν τις ἔτι ἑρμηνεύσειε καὶ ὡς ἂν ἐπινοηθείη δικαιοσύνῃ μὲν τὰς πλευρὰς ζωννύμενος, ἀληθείᾳ δὲ τὴν ὀσφὺν εἰλημένος. Ὡς γὰρ οὐ δυνατὸν ἑτέρως ταῦτα ἢ διὰ μόνης ἀλληγορικῆς ἀποδόσεως ἑρμηνεύειν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἕπεται καὶ τὰ περὶ τῶν κατὰ τοὺς τόπους ὀνομαζομένων ζώων χρῆναι δεῖν ἐκλαμβάνειν.

357 *Ab Jeremia. — Ortus justus ex semine David exsurgens, et hominum idem rex, novaque constituenda appellatio iis, qui sub eo regnabunt, itemque priorum peccatorum solutio.*

« Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et suscitabo ipsi David ortum justum, et regnabit rex, et intelliget, et faciet judicium, et justitiam in terra, in diebus ejus servabitur Judas, et Israel habitabit confidens, et hoc nomen quo vocabit ipsum, Dominus, Josedecim inter prophetas [12]. In die illa, dixit Dominus, conteram jugum de collo eorum, et vincula eorum frangam, et non operabuntur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo ipsorum,

D *Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου. — Ἀνατολὴ δικαία ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀνισταμένη, καὶ ἀνθρώπων ὁ αὐτὸς βασιλεύς, καινή τε προσηγορία τεθησομένη τοῖς ὑπ' αὐτῷ βασιλευθησομένοις, καὶ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων λύσις.*

« Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, καὶ βασιλεύσει βασιλεὺς, καὶ συνήσει, καὶ ποιήσει κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ σωθήσεται Ἰούδας, καὶ Ἰσραὴλ κατασκηνώσει πεποιθώς, καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ᾧ καλέσει αὐτὸν Κύριος, Ἰωσεδεκεὶμ ἐν τοῖς προφήταις. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἶπε Κύριος, συντρίψω τὸν ζυγὸν ἀπὸ τραχήλου αὐτῶν, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διαῤῥήξω, καὶ οὐκ ἐργῶνται

[11] Isa. xi, 10. [12] Jer xxiii, 5, 6.

Digitized by Google

ἔτι θεοῖς ἑτέροις, ἀλλὰ ἐργῶνται Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν, καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς. » Μετὰ πλεῖστον τῆς τελευτῆς τοῦ Δαβὶδ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Σολομῶνος χρόνον, ταῦτα καὶ Ἱερεμίας περὶ τοῦ μέλλοντος ἐκ σπέρματος ἀναστήσεσθαι Δαβὶδ βασιλέως θεσπίζει· ὃν πρῶτον μὲν ἀνατολὴν καλεῖ, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δικαίαν, ὡς ἂν ἐξ ἡλίου δικαιοσύνης συστησόμενον, περὶ οὗ διειλήφαμεν ἐν ταῖς περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου ἀποδείξεσιν, ἐν αἷς τὸν προόντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, μυρίαις κεχρημένον ἐπωνυμίαις, καὶ ἥλιον δικαιοσύνης ὀνομάζεσθαι ἀπεδείκνυμεν, τὴν φάσκουσαν προφητείαν, « Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης, » παραθέμενοι. Ὥσπερ οὖν ἥλιον δικαιοσύνης, οὕτω καὶ ἀνατολὴν δικαίαν ὁ λόγος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναστήσειν τῷ Δαβὶδ προφητεύει. Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον βασιλέα συνιέντα, καὶ ποιοῦντα κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς προαγορεύει. Εἶτα καὶ ὁμωνύμως τὸν αὐτὸν καλεῖ τῷ πάλαι πρότερον τετελευτηκότι Δαβίδ. Πρόσχες γὰρ ἐπιμελῶς τῷ ἀνωτέρω μὲν, « Καὶ ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, » ἐπὶ τέλει δὲ ἐπιφερομένῳ τῷ, « Καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα αὐτοῦ ἀναστήσω αὐτῷ. » Τίνι δὲ αὐτῷ ἢ τῷ Δαβίδ; τούτῳ γὰρ ἔφησεν ἀναστήσειν τὴν ἀνατολὴν τὴν δικαίαν. Καὶ ὁ Ζαχαρίας δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ προφητεύων ὁμοίως ἀνατολὴν αὐτὸν καλεῖ, λέγων· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ δικαιοσύνη· » καὶ πάλιν· « Καλέσω τὸν δοῦλόν μου ἀνατολήν. » Ἀλλ' οὐδείς γε μετὰ τοὺς Ἱερεμίου χρόνους, ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τοὺς τοῦ Ζαχαρίου τοιοῦτος ἀνέστη τοῖς ἐκ περιτομῆς, ὡς « ἀνατολὴ δικαία » κληθῆναι, καὶ « συνιεὶς βασιλεὺς, καὶ ποιῶν κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. » Εἰ δὲ λέγοι τις διὰ τούτων Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ἰωσεδὲκ δηλοῦσθαι, λεκτέον, ὅτι οὐ συνέστηκεν ὁ λόγος αὐτῷ. Οὔτε γὰρ ἀπὸ γένους Δαβὶδ οὗτος ἦν, οὔτε ὡς βασιλεὺς ἐβασίλευσεν. Πῶς δὲ ἐπ' ἐκεῖνον δύναται ἁρμόττειν τὸ, « Καὶ τὸν Δαβὶδ βασιλέα ἀναστήσω αὐτῷ; » ὁπότε φυλῆς μὲν ἦν Λευὶ, τάξεως δ' ἀρχιερατικῆς, καὶ γένους ἑτέρου παρὰ τὸν Δαβὶδ, βασιλεὺς δ' οὐδαμῶς γεγονὼς ἱστορῆται. Ὥστε, εἰ μηδεὶς ἕτερος εὑρίσκοιτο τοιοῦτος, ὥρα τὸν προφητευόμενον καὶ διὰ τούτων ὁμολογεῖν μόνον εἶναι τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν καὶ ἐν ἑτέροις « φῶς τοῦ κόσμου καὶ φῶς τῶν ἐθνῶν » ἀνηγορευμένον. Αὐτὸς τοιγαροῦν εἴη ἂν κἀνταῦθα ὁ προφητευόμενος, καὶ συνέστηκεν ἀψευδὴς ἡ πρόρρησις. Μόνος γὰρ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὁμωνύμως τῷ προπάτορι κατὰ διάνοιαν, ἐπεὶ ἑρμηνεύεται « δυνατὸς χειρὶ, » χρηματίσας, « κρῖμα καὶ δικαιοσύνην » διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἐκήρυξε, καὶ μόνος τῶν πώποτε οὐκ ἐπὶ μέρους ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης, ἀλλὰ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ μόνος ἀνέτειλε δικαιοσύνην, ἀκολούθως καὶ τῷ ἐν ψαλμῷ περὶ αὐτοῦ λεγομένῳ· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Ἰούδας δὲ σωθησόμενος καὶ Ἰσραὴλ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ πάντες εἰσὶν οἱ τῇ δι' αὐτοῦ θεοσεβείᾳ προσεληλυθότες τοῦ

et regem David suscitabo eis [13]. » Longo admodum tempore post mortem non solum David, sed etiam Salomonis, hæc Jeremias de eo rege, qui de semine David esset oriturus, divinat : quem primo quidem ortum vocat, neque simpliciter ortum, sed ortum justum, tanquam eum qui ex sole justitiæ sit constituendus, de quo sane disseruimus in iis, quæ antea de Deo Verbo demonstravimus, in quibus Dei Verbum, quod antea erat innumerabilibus appellatum nominibus, etiam justitiæ solem nominari planum fecimus, ubi prophetiam quæ ita ait : « Iis autem qui me timent, orietur sol justitiæ [14], » citavimus. Sicut ergo solem justitiæ, ita etiam ortum justum præsens oraculum surrecturum ipsi David vaticinatur. Porro eumdem regem intelligentem et facientem judicium et justitiam in terra appellat. Deinde eumdem vocat uno et eodem nomine cum eo, qui multo ante decessit, David. Attende enim diligenter cum illud superius : « Et suscitabo ipsi David ortum justum, » tum illud quod ad extremum additum est : « Et David regem suum suscitabo ei. » Cui vero ei, nisi ipsi David? huic enim dixit se suscitaturum ortum justum. **358** Zacharias item de eodem vaticinans, ortum illud similiter vocat : « Ecce vir, ortus nomen ei, et subter eum orietur justitia [15]. » Et rursus : « Vocabo servum meum, ortum [16] : » Sed enim nullus post Jeremiæ tempora, ac ne post Zachariæ quidem apud Judæos talis exstitit, ut « oriens justus » vocaretur et « intelligens rex, et faciens judicium et justitiam in terra. » Quod si quis dicat in his Jesum filium Josedec significari, dicendum erit quod ratio hæc illi constare non potest. Nam hic neque de genere David fuit, neque tanquam rex regnavit. Quomodo autem illi potest accommodari illud, « et David regem suscitabo ei? » cum et ex tribu Levi et ex ordine pontificio fuerit, et genere a David alienus, neque rex ullo modo exstitisse memoretur? quare si nullus alius invenitur talis, tempus jam fuerit eum de quo in his oraculis mentio facta est, et de quo illa præcipue loquuntur, fateri unum esse Salvatorem ac Dominum nostrum, qui alibi et « lux mundi et lumen gentium » vocatur. Ipse igitur etiam hoc loco fuerit de quo propheta loquitur, et sane absque mendacio constitit vaticinium. Solus enim de semine David qui eodem nomine cum prisco suo parente ad sensum sit dictus, quando ex interpretatione ille est manu potens, judicium et justitiam per suam ipsius doctrinam omnibus qui essent in terra nuntiavit, et solus omnium eorum qui unquam fuerint non in parte aliqua orbis regnavit, sed in omni prorsus terra, et solus ut exoriretur justitia auctor fuit, quemadmodum de ipso in psalmo dictum est, « orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [17]. » Judas autem atque Israel, qui in diebus illius servandi sunt, omnes sunt qui illius pietatem ac cultum ex Judaico po-

[13] Jer. xxx, 8, 9 [14] Malach. iv, 2. [15] Zachar. vi, 12. [16] Zachar. iii, 8. [17] Psal. lxxi, 7.

Digitized by Google

pulo acceperint, apostoli ejusdem et discipuli et evangelistæ, aut etiam omnes qui in occulto Judæum, verumque Israel conservent, eum utique qui secundum sententiam Deum videat. « Non enim qui in aperto Judæus est, inquit Apostolus, neque quæ in aperto in carne est circumcisio, sed qui in occulto Judæus, et circumcisio cordis in spiritu, non in littera, cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est [18], » Hos igitur ex Christi vocatione Judæum in occulto et verum Israel referentes alio nomine esse vocandos dicit, non utique Judæos aut Israel, sed novo quodam præter hæc. **359** Hoc enim, inquit, nomen, quo vocabit eos Dominus Josedecim, quod ex interpretatione est, *qui justi sunt Dei.* Considera autem num forsitan a Josue factum sit nomen, et Josedecim discipuli Jesu appellentur apud Deum, qui apud homines quidem Græco quodam more a Christo denominentur, Hebraica autem lingua tam apud ipsos quam apud prophetas, ab ipso Jesu tanquam per illum servati Josedecim. Ex quo illud dictum est, « et hoc nomen quo vocabit eos Dominus Josedecim inter prophetas. » Nam qui ejus de quo prophetia loquitur, inquit, populus futurus est, cum ad sensum acceptus Judas sit atque Israel, ab Josue nominabitur Josedecim, atque hac, inquit, appellatione vocabuntur non apud homines, sed apud Deum, et apud prophetas ejus. Attende enim diligenter ipsum oraculum, dum ait : « et hoc nomen, quo vocabit eos Dominus, Josedecim inter prophetas, » quod nomen, ut dixi, in nostram linguam conversum justos Dei significat. Cum autem hi sic servandi sint, antiquum et grave acerbissimorum dæmonum se contriturum jugum, et quibus antea tenebantur impietatis vinculis, ea se perfracturum pollicetur Deus. Quocirca non amplius alienis inservient, sed uni ipsi fructum gratissimum afferent. Huc adde illud quod in secundo psalmo de adventu Christi, vocationeque gentium dicit oraculum : « Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum [19]; » cui cognatum et simile esse arbitror quod nunc in manibus est, dicens : « In die illa, dixit Dominus, conteram jugum de collo eorum, et vincula eorum confringam, neque operabuntur amplius diis alienis, sed operabuntur Domino Deo suo. » Cæterum, quod de fructu quidem ventris David, et de semine Salomonis, deque radice Jesse Christus Dei oriturus sit dictus, quod etiam ipsum factum est, quando cum innumerabilibus aliis appellationibus, etiam David ipsum divina vocant oracula, satis abunde probaverint ea, quæ jam dicta sunt. Quod vero etiam de tribu Juda dicatur prodituros, ne quærendum quidem fuerit, cum ex alia nulla tribu, quam ex hac ipsa ortus sit ipse David. Porro idem hoc plenioris cujusdam fidei gratia oraculum quoque illud ostenderit quod apud Mosem in hunc modum se habet.

A ἐκ περιτομῆς λαοῦ, ἀπόστολοί τε αὐτοῦ καὶ μαθηταί, καὶ εὐαγγελισταί, ἢ καὶ πάντες οἱ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τὸν κατὰ διάνοιαν ὁρῶντα Θεὸν ἀποσώζοντες. « Οὐ γὰρ ὁ ἐν φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστι, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ. » Τούτους οὖν διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ κλήσεως τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ τὸν ἀληθῶς Ἰσραὴλ φέροντας ἑτέρῳ φησὶ κληθήσεσθαι ὀνόματι, οὐχὶ δὲ τῷ τοῦ Ἰουδαίου, οὐδὲ τῷ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ ξένῳ τινὶ παρὰ ταῦτα. Τοῦτο γάρ φησι τὸ ὄνομα, ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος Ἰωσεδεκεὶμ, ὅπερ ἑρμηνεύεται, *οἱ τοῦ Θεοῦ δίκαοι.* Ἐφίστημι δὲ μή ποτε πεποιημένον ἐστὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ Ἰοσουὲ Ἰωσεδεκεὶμ, ὃ παρὰ τῷ Θεῷ οἱ τοῦ Ἰησοῦ μαθηταὶ κέκληνται, παρ' ἀνθρώποις μὴν ἑλληνικώτερον προσαγορευόμενοι ἀπὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρωνυμίας, κατὰ δὲ τὴν Ἑβραίων φωνὴν καὶ παρὰ αὐτοῖς τοῖς προφήταις, ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ σεσωσμένοι, Ἰωσεδεκείμ. Διὸ λέλεκται, « καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος, Ἰωσεδεκεὶμ ἐν τοῖς προφήταις. » Ὁ δὴ οὖν μέλλων, φησὶ, διὰ τοῦ προφητευομένου λαὸς, κατὰ διάνοιαν Ἰούδας ὄντες καὶ Ἰσραὴλ, ὀνομασθήσονται ἀπὸ τοῦ Ἰοσουὲ Ἰωσεδεκεὶμ, καὶ τούτῳ γέ φησι, κληθήσονται τῷ προσρήματι οὐ παρ' ἀνθρώποις, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ τῷ Θεῷ, καὶ παρὰ τοῖς προφήταις αὐτοῦ. Ἐπιμελῶς γὰρ πρόσχες τῷ λόγῳ φήσαντι, « καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα, ὃ καλέσει αὐτοὺς Κύριος, Ἰωσεδεκεὶμ ἐν τοῖς προφήταις. » Μεταλαμβάνεται δὲ, ὡς ἔφην, τοὔνομα εἰς τὴν Ἑλλήνων φωνὴν, οἱ τοῦ Θεοῦ δίκαιοι· τούτων δὲ οὕτως σωθησομένων, τὸν παλαιὸν καὶ βαρὺν τῶν πικρῶν δαιμόνων ζυγὸν συντρίψειν καὶ τοὺς οἷς τὸ πρὶν συνείχοντο, δεσμοὺς τῶν ἀσεβημάτων διαῤῥήξειν ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται, ὡς μηκέτι θεοῖς ἀλλοτρίοις δουλεύειν αὐτοὺς, μόνῳ δὲ αὐτῷ καρποφορεῖν ἀρεσκόντως. Παράθες δὲ τούτοις τὸ ἐν δευτέρῳ ψαλμῷ ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει φάσκον λόγιον, « Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀπορῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, » ᾧ συγγενὲς, ἡγοῦμαι, τυγχάνει τὸ μετὰ χεῖρας λέγον· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, εἶπε Κύριος, συντρίψω ζυγὸν ἀπὸ τραχήλου αὐτῶν, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διαῤῥήξω, καὶ οὐκ ἐργῶνται ἔτι θεοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐργῶνται Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν. » Ἀλλ' ὅτι μὲν ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας Δαβὶδ καὶ ἐκ σπέρματος Σολομῶνος, καὶ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ γεννηθήσεσθαι προείρηται, ὅπερ καὶ γέγονεν, ὅτι μετὰ μυρίων ἄλλων προσηγοριῶν καὶ Δαβὶδ αὐτὸν ὀνομάζουσιν οἱ θεῖοι λόγοι, αὐτάρκη πιστώσασθαι τὰ εἰρημένα. Ὅτι δὲ καὶ ἐκ φυλῆς Ἰούδα λέγεται προελεύσεσθαι, οὐδ' ἂν ζητηθείη, τῷ μηδ' ἑτέρας ἢ τῆς δηλωθείσης φυλῆς καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Δαβίδ. Γένοιτο δ' ἂν ἐκ περιουσίας καὶ τούτου παραστατικὸν τὸ παρὰ Μωϋσεῖ λόγιον, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον.

[18] Rom. II, 28-29 [19] Psal. II, 3.

Digitized by Google

Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.—Ὡς ἐκ φυλῆς Ἰούδα γεννηθήσεται, καὶ τῶν ἐθνῶν προσδοκία ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ κατασταθήσεται.

A Genesi. — Quemadmodum ex tribu Juda nascetur qui Christus est Dei, idemque gentium exspectatio constituetur.

« Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου, αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος, Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ μου, υἱὲ, ἀνέβης. Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος. Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Δώδεκα φυλῶν παρ' Ἑβραίοις οὐσῶν, δι' ὧν τὸ πᾶν ἔθνος συνεστήκει, μιᾶς τούτων προπάτωρ γέγονε καὶ ἀρχίφυλος ὁ Ἰούδας, πρὸς ὃν τεθέσπισται τὰ προκείμενα, ἐξ αὐτοῦ τὸν Χριστὸν προελεύσεσθαι σημαίνοντα. Εἰ γοῦν συναγάγοις ἐπὶ ταὐτὸ, καὶ παραθείης τῇ μετὰ χεῖρας τὰς ἐν τοῖς πρόσθεν τεθείσας προφητείας, εὕροις ἂν ὁμοίως κατά τι κοινὸν σημεῖον τὸν αὐτὸν κηρυττόμενον. Ἡ μὲν γὰρ ἔλεγε περὶ τοῦ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ἀναστησομένου τὸ, « Καὶ ἔσται ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν· » ἡ δὲ περὶ τοῦ υἱοῦ Σολομῶνος τὸ, « κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· » ἡ δὲ μετὰ χεῖρας παραπλησίως, « ἕως ἂν ἔλθῃ, » φησὶν, « ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Εἰ δὴ οὖν συνᾴδουσιν αἱ περὶ τῶν ἐθνῶν προῤῥήσεις, ἀπεδείχθησαν δὲ αἱ πρὸ τούτων ὁρῶσαι τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα, οὐδὲν ἂν εἴη ἐμποδὼν μὴ οὐχὶ τὸν αὐτὸν βλέπειν καὶ τὴν παροῦσαν, εἴπερ σύμφωνα ἀλλήλαις ὁμολογοῦνται θεσπίζειν· μάλιστα ὅτε μέχρι μὲν τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι αὐτῶν ἐκ προγόνων διαδοχῆς συνεστήκεσαν, ἅμα δὲ τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ διελελοίπεσαν, ὁμοῦ τε ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία τέλος ἐπῆγε τῇ τοῦ Ἰακὼβ προῤῥήσει. Οὐκοῦν κἀνταῦθα ὁ Χριστὸς δηλούμενος, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ἐκ φυλῆς Ἰούδα προελεύσεσθαι. Καὶ ὅτε δὲ ἐκ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος, ἔκ τε τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ γεγονὼς ἐδηλοῦτο, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὢν ἐδείκνυτο. Παῖς μὲν γὰρ ἦν τοῦ Ἰεσσαὶ Δαβὶδ, τοῦ δὲ Δαβὶδ Σολομὼν, συστάντες ἐκ φυλῆς Ἰούδα. Εἴη ἂν τοιγαροῦν ἐξ αὐτῆς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὡσπεροῦν ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς γενεαλογεῖ Ματθαῖος λέγων· « Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτων τὴν οἰκείαν ἀπόδειξιν ἀπειληφότων, καιρὸς καὶ τοὺς χρόνους συνιδεῖν τῆς τῶν προηγορευμένων ἀποπληρώσεως.

« Juda, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in tergo inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, de germine, mi fili, ascendisti, recumbens dormivisti ut leo, et ut catulus, quis excitabit eum? non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium [20]. » Cum duodecim apud Hebræos tribus essent, ex quibus gens universa constabat, unius harum primus parens ac princeps exstitit Judas, ad quem ea, quæ modo citavimus ab oraculo directa sunt, quæ de illo ipso Christum prodituram significent. Quod si eodem congesseris, et huic quam nunc tractamus, eas item quæ in superioribus positæ sunt, prophetias apposueris, invenies simili ratione ad quoddam signum commune, unum atque eumdem nuntiari. Illa quidem de eo dicebat, qui de radice Jesse esset surrecturus, « et erit qui surgit imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt [21]. » Alia vero de filio Salomonis, « et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad fines orbis terræ, et benedicentur in eo omnes gentes [22]. » Ea vero quam nunc tractandam assumpsimus, itidem : « Donec veniat, inquit, cui repositum est, et ipse erit exspectatio gentium. » Quod si hæc de gentibus oracula concordant, et ostensum est quemadmodum ea quoque quæ hæc ipsa antecesserunt, ad Salvatorem nostrum spectant, nihil amplius fuerit impedimento, quin hoc ipsum quoque quod nunc tractamus, eumdem illum respiciat : quandoquidem jam concessum est, consentanea inter se ab omnibus illis divinari : præsertim cum usque ad tempora adventus Salvatoris nostri, Judaicæ gentis principes ejusdemque duces ex majorum suorum successione permanserint, una vero cum ejus adventu defecerint, gentiumque pariter exspectatio finem ipsius Jacob vaticinio imposuerit. Igitur hoc etiam in loco Christus, qui ipse non alius de tribu Juda prodituros significatur, quique ex David et Salomone, **361** atque ex radice Jesse exiturus ferebatur, ex eadem tribu profectus ostenditur. Nam Jesse quidem filius fuit David : ipsius autem David Salomon, qui de tribu Juda oriundi sunt. Erit ergo ex eadem Salvator ac Dominus noster : sicut etiam divinus evangelista Matthæus in ejus genere narrando testificatur dicens : « Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac : Isaac autem genuit Jacob : Jacob autem genuit Judam [23], » et cætera. Sed explicavimus, tempus jam fuerit intueri quibus quando harum rerum propriam demonstrationem temporibus ea quæ prophetæ prædixerant, completa sint.

[20] Gen. XLIX, 8-10. [21] Isa. XI, 10. [22] Psal. LXXI, 8, 17. [23] Matth. I, 1, 2.

Digitized by Google

[362] ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI

DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ

LIBER OCTAVUS.

—

HÆC INSUNT IN OCTAVO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.

De temporibus ejus ad homines adventus ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. *A Genesi.*
2. *A Daniele.*
3. *A Michæa.*
4. *A Zacharia.*
5. *Ab Isaia.*

PROŒMIUM.

Cum antea demonstraverimus in quam multis Scripturæ divinæ locis Dei Verbum ad homines venturum caneretur, undeque et ubi, et quomodo iis qui in terra versarentur videndum propheticis apud Hebræos vocibus nuntiaretur, et quod idem non alius, sed ipse ille esset Dei Filius, qui omnia sæcula antecedit, quemque in aliis, et Deum, et Dominum, et primum imperatorem, et magni consilii angelum, et Dei pontificem esse antea didicimus: sequitur ut post illa omnia quæ superius explicata sunt, ejusdem adventus tempora ex ipsis rursus propheticis prædictionibus ac testimoniis demonstremus, indeque initium **363** hujusce rei capiamus. Temporum enim quibus Christi adventus futurus esset, signa evidentia hæc fore, sacræ litteræ nuntiant. Cum tria insigniora vigerent apud Hebræos magistratuum genera, a quibus gens ipsa nomen et decus obtinebat, unum regium, alterum propheticum, tertium pontificium, horum simul omnium dissipationem atque extremam eversionem, significare adventum Christi adesse vaticinantur: argumenta vero atque indicia eorumdem esse temporum, cum Mosaico ritui finem injectum, tum ipsius Jerusalem templique, quod in sacra erat solitudine, tum etiam universæ Judaicæ genti ab inimicis atque hostibus jugum servitutis impositum.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΟΓΔΟΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τῶν χρόνων τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας αὐτοῦ, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.

α'. *Ἀπὸ τῆς Γενέσεως.*
β'. *Ἀπὸ τοῦ Δανιήλ.*
γ'. *Ἀπὸ τοῦ Μιχαία.*
δ'. *Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.*
ε'. *Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἀποδείξαντες δι' ὅσων ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος εἰς ἀνθρώπους ἥξειν ἐθεσπίζετο, ὅθεν καὶ ὅπη καὶ ὅπως ὀφθήσεσθαι τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ταῖς παρ' Ἑβραίοις προφητικαῖς φωναῖς ἐκηρύττετο, ὅτι τε αὐτὸς ἐκεῖνος ἦν, καὶ οὐδ' ἄλλος, ὁ τῶν αἰώνων προῦφεστὼς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν διὰ τῶν ἑτέρων Θεόν τε καὶ Κύριον, ἀρχιστράτηγον καὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, Θεοῦ τε ἀρχιερέα τυγχάνειν προμεμαθήκαμεν, ἀκολούθως μετὰ τὰ προδιεξωδευμένα, τοὺς χρόνους τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ πάλιν ἐξ αὐτῶν τῶν προφητικῶν προρρήσεων ἐπιμαρτυρώμεθα, ἐνθένδε ἀρξάμενοι. Τῶν χρόνων τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκφανῆ σημεῖα τάδε ἔσεσθαι προκηρύττουσιν αἱ ἱεραὶ Γραφαί. Ὄντων τριῶν τὸ πρὶν ἐπιφανῶν ἀξιωμάτων παρὰ Ἑβραίοις διαπρεπόντων, δι' ὧν τὸ ἔθνος συνεκρατεῖτο, ἑνὸς μὲν τοῦ βασιλικοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ προφητικοῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ ἀρχιερατικοῦ, τούτων ὁμοῦ τὴν κατάλυσιν καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν σημεῖα τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἔσεσθαι θεσπίζουσι. Δείγματα δὲ τῶν αὐτῶν εἶναι χρόνων καὶ τῆς κατὰ Μωϋσέα θρησκείας τὴν περιγραφήν, τῆς τε Ἱερουσαλὴμ καὶ τοῦ πρὸς αὐτῇ ἱεροῦ τὴν ἐρήμωσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις δουλείαν, καὶ ἄλλα δὲ τῶν αὐτῶν ὑποβάλλουσι σημεῖα χρόνων, πλῆθος εἰρήνης, ἐθνῶν τῆς ἐξ αἰῶνος κατ' ἔθνος καὶ κατὰ πόλιν τοπαρχίας καὶ

Digitized by Google

πολιαρχίας ἀναίρεσιν, τῆς πολυθέου καὶ δαιμονικῆς εἰδωλολατρείας ἀποστροφὴν, ἐπίγνωσιν εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων δημιουργοῦ Θεοῦ. Ταῦτα οὖν ἅπαντα, μὴ ὄντα πάλαι κατὰ τοὺς τῶν προφητῶν χρόνους, ἐπὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας γενήσεσθαι οἱ θεῖοι χρησμοὶ προηγόρευον, ἃ καὶ ταῖς προῤῥήσεσιν ἀκολούθως εἰς πέρας ἐλθόντα ὅσον οὔπω παραστήσεται. Τά γε μὴν αἴτια τοῦ μὴ πρότερον, ἀλλὰ νῦν ἐπ' ἐσχάτων καιρῶν μετὰ τὸν μακρὸν καὶ πολὺν αἰῶνα τὸν Χριστὸν ἐμφανῆ γενέσθαι τῷ βίῳ, λέλεκται μὲν ἤδη καὶ πρόσθεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν βραχέσιν εἰρήσεται. Πολὺς ἦν πάλαι πρότερον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐπισκοτῶν ἀφροσύνης καὶ ἀσεβείας αὐχμὸς, δεινή τε ἀθεότης κατακρατοῦσα τοῦ παντὸς ἀνθρώπων βίου, ὡς μηδὲν τῶν ἀγρίων καὶ ἀτιθάσσων θηρίων διαφέρειν δοκεῖν· μήτε γοῦν πόλεις, μήτε πολιτείας, μήτε νόμους, μήτε τι σεμνὸν καὶ βιωφελὲς εἰδότες, μηδὲ μὴν ἐπιστήμας καὶ τέχνας ἐν νῷ τιθέμενοι, ἀρετῆς τε καὶ φιλοσοφίας οὐδ' εἰς ἔννοιαν ἰόντες, μόναις ἐπ' ἐρημίαις, ἔν τε ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ κώμαις τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο, ληστρικώτερον ἐπιτιθέμενοι τοῖς πλησιάζουσι, πορίζοντες τὰ πρὸς τὸ ζῆν οὐκ ἄλλοθεν ἀλλ' ἢ ἐκ τῆς τῶν καταδεεστέρων καταδυναστείας. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων ἤδεσαν, οὐδέ γε εὐσεβείας ἀληθοῦς τρόπον, φυσικαῖς δὲ ἐννοίαις ἀνακινούμενοι, τὸ μὲν ὑπάρχειν ἐν τοῖς οὖσι θείαν τινὰ δύναμιν καὶ Θεὸν εἶναι, καὶ ὀνομάζεσθαι, σωτήριόν τε καὶ εὐεργετικὴν τυγχάνειν τὴν προσηγορίαν αὐτοφυεῖ διδασκαλίᾳ συνωμολόγουν· τὸ δὲ μὴ ἄλλο τι νομίζειν ἢ τὸν ἐπέκεινα ἁπάσης τῆς ὁρωμένης οὐσίας, οὐκ ἔθ' οἷοί τε ἦσαν ἀποδέχεσθαι. Διόπερ « οἱ μὲν αὐτῶν ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· οἱ δὲ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία, ὡς ἐναλλάξαι τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. » Νεκρῶν δὲ οὖν οἵδε ἀνδρῶν δυναστῶν τινων, ἢ καὶ τυράννων πάλαι γενομένων εἰκόνας ἀνειδωλοποιήσαντες, καὶ ταύταις τὸ θεῖον περιάψαντες σέβας, τάς τε ἐκτόπους καὶ ἀκολάστους τῶν αὐτῶν πράξεις, ὡς θεῶν κατορθώματα σεμνύνειν ἐθελόγησαν. Πῶς οὖν τοῖς τυγχάνουσιν ἐν τοιαύτῃ βίου καταστάσει ὁ πάνσοφος καὶ πανάρετος τοῦ Χριστοῦ λόγος τὴν εἰς ἄκρον καταγγέλλων φιλοσοφίαν, τοῖς τε ἐν τοσούτῳ βάθει κακίας καλινδουμένοις δύναται ἁρμόττειν; διὸ δὴ ἐκείνους ἡ θεία καὶ πάντων ἔφορος δίκη, ὡς ἀγρίαν καὶ βλαβερωτάτην ὕλην περικόπτουσα, τοτὲ μὲν κατακλυσμοῖς, τοτὲ δὲ πυρπολήσεσι μετῆει· τοτὲ δὲ αὐτοὺς τοῖς κατ' ἀλλήλων πολέμοις, ἀνδροκτασίαις τε καὶ πολιορκίαις ἐπ' ἀλλήλους παρεδίδου, πρὸς αὐτῶν τῶν δαιμόνων, τῶν δὴ θεῶν αὐτοῖς νενομισμένων, ἐπὶ τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον ἐξοιστρουμένους· ὥστε ἄβατον εἶναι τοῖς πλησιοχώροις, ἀνεπίμικτόν τε καὶ ἀκοινώνητον τὸν τότε τῶν ἀνθρώπων βίον. Βραχεῖς δέ τινας, ὡς ἐν τοιαύτῃ καταστάσει, καὶ ἀριθμῷ ληπτοὺς, ὧν τὰ παρ' Ἑβραίοις

A Sed alia præterea eorumdem subjiciunt signa temporum, abundantiam pacis, principatuum rerumque publicarum, quæ a condito ævo fuissent, per singulas gentes atque urbes interitum, a simulacrorum cultu, quo plures sive dii sive dæmones colebantur, aversionem, unius supremi opificis Dei cognitionem ac venerationem. Hæc igitur universa quorum nihil quondam temporibus prophetarum erat, sub ipsius Christi adventum futura divina oracula prædicabant, quæ etiam cum ipsis oraculis concordantia suum finem attigisse, haud ita multo post demonstrabuntur. Cæterum cur non prius, sed nunc duntaxat hisce extremis temporibus post longum multumque ævum Christus videndum seipsum in vita præbuerit, causæ quidem antea quoque B dictæ sunt, verumtamen etiam nunc paucis atque in summa repetentur. Cum multus esset quondam qui humanas animas obtenebraret impietatis et amentiæ squalor, et gravis quædam a Deo alienatio omnem vitam hominum subegisset atque occupasset, adeo ut ab agrestibus et immitibus feris nihil differre homines viderentur, tum illi neque civitates, neque respublicas, neque leges, neque honestum quidquam aut vitæ conducibile noverant, neque vero scientias ullas aut artes animo complectebantur, virtutis autem ac philosophiæ ne minimam quidem notionem tenebant, sed in solis desertis locis, in montibus ac speluncis et vicis degentes versabantur, et latronum instar eos qui propius accessissent invadebant, nec aliunde sibi victum quærebant, quam ex eorum oppressione quos imbecilliores nacti essent: iidem porro neque supremum Deum, neque ullum religionis veræ modum noverant, sed solis quibusdam naturalibus notionibus instincti, exsistere quidem **364** in rebus divinam quandam vim, Deumque esse ac nominari, et eam salutarem ac beneficam sentire appellationem, naturali quadam doctrina fatebantur; ut vero non aliud quidquam putarent, quam eum qui est supra omnem quæ cernitur naturam, nequaquam adduci poterant. Proinde « nonnulli quidem eorum cultum suum tribuerunt, ac servierunt creaturæ potius quam Creatori: alii vero evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, adeo quidem ut mutaverint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium[91]. » Itaque mortuorum virorum quorumdam potentium, aut etiam tyrannorum qui antiquitus fuissent, cum imagines pro simulacris erexissent, hisque divinum tribuissent cultum, tum deformia atque impudica eorumdem facta quasi deorum gesta pulcherrima venerari, theologicis quibusdam ritibus instituerunt. Qui igitur fieri potuisset ut in tali statu vitæ degentibus, atque in tanta profunditate malitiæ versantibus, sapientissimum atque omnem virtutem in se continens Christi Verbum, dum summam perfe-

[91] Rom. 1, 23, 21 23.

Digitized by Google

ctamque nuntiat philosophiam, accommodaretur ? Quapropter illos divina omniaque curans justitia, quasi agrestem et nocentissimam silvam attondens atque amputans, nunc quidem diluviis, nunc autem incendiis castigabat : interdum vero eosdem mutuis bellis et cædibus et obsidionibus assiduis tradebat, quippe quos ipsi dæmones, ipsi, inquam, illi quos deos suos censebant, in furores bellorum, quibus contra se invicem grassarentur, inflammarent. Ex quo fiebat ut nullos inter se aditus haberent finitimi, sed impermista incommunicabilisque hominum esset illis temporibus vita. Paucos autem quosdam, ut in ejusmodi statu, et facile numerabiles, quorum sacra apud Hebræos oracula meminerunt, Dei studiosos amicosque nacta, hos ipsos et responsis alloquebatur, et ad divinas visiones admittebat, eosdemque interim quasi manu captans curabat, et legibus, quas Moses fixerat, cultiores reddebat. Sed ubi jam ex legibus quæ his ipsis datæ fuerant, atque ex propheticis posthac disciplinis, in omnes homines fragrantiæ cujusdam instar profusis, quod supererat, multorum animi mansuetiores evaserant, **365** multisque gentibus et civiles mores, et legum institutiones constabant, virtutisque ac philosophiæ nomen apud multos audiebatur, quasi prisca illa feritate desinente, et agresti immanique victu in mitiorem jam commutato, ipse jam tum temporis opportunitatem nactus, ipse inquam perfectorum cœlestiumque institutorum disciplinarumque perfectus cœlestisque magister, veræque Dei notitiæ introductor Deus Verbum seipsum exhibuit, ad præscriptum humanæ a se assumendæ naturæ tempus, unamque gentibus universis tam Græcis quam barbaris, omni utique humano generi, Patris sui clementiam pietatemque nuntiare tum cœpit, et ad unam cunctos homines in Deo adhortari salutem, ipsamque veritatem veræque religionis lumen, nec non cœleste regnum ac sempiternæ vitæ promissionem, omnibus ipse prior spondere ac parare. Hactenus igitur hæc dicta sint de temporibus, quam utique ob causam non jam diu, sed nunc demum, Christus Dei in omnes homines suum lumen emiserit. Cæterum ad superiora redeuntes, temporum adventus illius particulatim quæ signa exstiterint, consideremus, evangelicasque in primis

A μνημονεύει λόγια, θεοφιλεῖς εὑροῦσα, τούτοις διὰ χρησμῶν καὶ θειοτέρας ἐπιφανείας ὠμίλει, δεξιουμένη τοὺς ἄνδρας καὶ θεραπεύουσα νόμοις τοῖς παρὰ Μωϋσέως εἰσαγωγικοῖς καὶ βιωφελέσιν. Ἀλλ' ὅτε δὴ ἐκ τῆς τούτοις διαταγείσης νομοθεσίας ἔκ τε τῶν μετὰ ταῦτα προφητικῶν μαθημάτων εἰς πάντας ἀνθρώπους εὐωδίας δίκην προχεομένων, ἤδη λοιπὸν ἡμέρωτο τῶν πολλῶν τὰ φρονήματα, τοῖς τε πολλοῖς ἔθνεσι πολιτεῖαι καὶ νομοθεσίαι συνίσταντο, ἀρετῆς τε καὶ φιλοσοφίας ὄνομα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐβοᾶτο,

B ὡς ἂν πεπαυμένης τῆς παλαιᾶς θηριωδίας, μετατιθεμένης δὲ τῆς ἀγρίας καὶ ἀπηνοῦς διαίτης ἐπὶ τὸ πραότερον, αὐτὸς ἤδη λοιπὸν κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁ τῶν τελείων τε καὶ οὐρανίων δογμάτων τε καὶ μαθημάτων τέλειος καὶ οὐράνιος διδάσκαλος, ὁ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας εἰσαγωγεύς, ὁ Θεὸς Λόγος ἐπέφανεν ἑαυτὸν, κατὰ τὸν ὑπογραφέντα τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτοῦ χρόνον, μίαν τοῖς πᾶσιν ἔθνεσιν, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, τῷ τε παντὶ ἔθνει τῶν ἀνθρώπων τὴν τοῦ Πατρὸς φιλανθρωπίαν εὐαγγελιζόμενος, ἐπὶ μίαν τε τοὺς πάντας παρορμῶν ἐν Θεῷ σωτηρίαν, ἀλήθειάν τε αὐτὴν καὶ φῶς ἀληθοῦς εὐσεβείας, βασιλείαν τε οὐρανῶν, καὶ αἰωνίου ζωῆς ἐπαγγελίαν τοῖς πᾶσι προμνώμενος. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν χρόνων εἰρήσθω, δι' ἣν αἰτίαν νῦν, ἀλλ' οὐ πάλαι πρότερον ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ εἰς πάντας ἐξέλαμψεν ἀνθρώπους. Φέρε δὲ ἐπανελθόντες τῶν χρόνων τῆς

C ἀφίξεως αὐτοῦ τὰ σημεῖα κατὰ μέρος ἐπισκεψώμεθα, τὰς εὐαγγελικὰς περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φωνὰς ἐν πρώτοις ἐπισημειωσάμενοι. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος τὸν χρόνον τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ ἐπιφανείας ὧδέ πως ἱστορεῖ λέγων· « Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως· » καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· « Ἀκούσας δὲ, ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Ὁ δὲ Λουκᾶς τὸν τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ ἀναδείξεως χρόνον παρέστησε λέγων· « Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος,

D ἐπιτροπεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, τετραρχοῦντος δὲ τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου, Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας, καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος, ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα. » Τούτοις δὴ οὖν καλῶς ἔχει παραθέσθαι τὴν παρὰ Μωσεῖ τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον.

de ortu ejus voces adnotemus. Matthæus igitur tempus quo ille in corpore humano videri cœpit, in hunc modum narrat : « Cum esset, inquit, natus Jesus in Bethlehem Judææ in diebus Herodis regis [25]. » Et paulo post : « Audiens, inquit, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo [26]. » Lucas autem quo tempore ille et docere et seipsum ostendere cœperit, demonstrat, ubi ait : « Anno XV imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituriæ et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilenæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caipha [27]. » His igitur si Jacob prophetiam quæ est apud Mosem apponamus, operæ pretium fecerimus, quæ in hunc modum se habet.

[25] Matth. II, 1. [26] ibid. 26. [27] Luc. III, 1.

Digitized by Google

Ἀπὸ τῆς Γενέσεως. — Περὶ τῶν χρόνων τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας αὐτοῦ. Ὡς καθ' οὓς χρόνους τὸ πῦρ' Ἑβραίοις ἐπιλείψει βασίλειον, τὸ τηνικαῦτα ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπιστήσεται προσδοκία· ὃ καὶ γέγονεν ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.

A **366** *A Genesi. — Quibus temporibus Christus ad homines advenerit. Quemadmodum quibus temporibus regnum apud Hebræos defecerit, iisdem gentium instabit exspectatio : quod sane etiam factum est sub ipsum Salvatoris nostri adventum.*

« Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καὶ εἶπε· Συνάχθητε ἵνα ἐπαγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε, υἱοὶ Ἰακὼβ, ἀκούσατε, Ἰσραὴλ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν. » Εἶτα τούτοις ἐξῆς ἐπιμεμψάμενός τινά τισι τοῖς προτέροις υἱοῖς, ὡς διά τινα αὐτῶν πλημμελήματα γενομένοις ἀναξίοις τῆς μελλούσης ἐπιλέγεσθαι προρρήσεως, τῷ τετάρτῳ ὡς τὸν βίον κρείττονα τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν ἐπιδεδειγμένῳ τάδε θεσπίζει· « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σε οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος, Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος. Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Σκόπει δὴ πρῶτον τίνα ἄρα φησὶν εἶναι τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ ὅρα εἰ μὴ αὐτὰ ἦν, ἃ τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ προπάτορσι περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ὁ Θεὸς ἀνείρηκε, θεσπίσας. Γέγραπται γοῦν, ὡς ἄρα εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· « Καὶ ἔσῃ εὐλογητὸς, καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε, καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι· καὶ ἐνευλογήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ αὖθις « Ἀβραὰμ δὲ, » φησὶ, « γινόμενος ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολὺ, καὶ ἐνευλογήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τὰ ὅμοια δὲ καὶ τῷ Ἰσαὰκ ὁ χρησμὸς τοῦτον ἐκφωνεῖ τὸν τρόπον· « Καὶ πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐνευλογήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Ἔτι δὲ καὶ τῷ Ἰακὼβ τοιαῦτα δὴ εἴρηται· « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ· μὴ φοβοῦ, » καὶ ἐξῆς· « καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ ἄλλοτε εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· « Ἐγὼ ὁ Θεός σου, αὐξάνου καὶ πληθύνου· ἔθνη καὶ συναγωγαὶ ἐθνῶν ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ, καὶ βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται. » Τοσαύτας περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως προρρήσεις τοῦ Θεοῦ προμεμαθηκὼς ὁ Ἰακὼβ, παίδων αὐτῷ τὸν ἀριθμὸν γεγεννημένων δεκαδύο, πρὸς τῇ τελευτῇ συγκαλέσας τοὺς πάντας, περιεσκόπει, ἐξ ὁποίου ἄρα αὐτῶν τῆς διαδοχῆς τὰ τῶν τοῦ Θεοῦ προρρήσεων ἐπὶ τέλος ἥξει. Εἶτ' ἐπιθεὶς τρισὶ μὲν τοῖς πρώτοις αὐτῷ γενομένοις παισὶν ἐλέγχους ὧν ἐπλημμέλησαν, ἐπιφέρει διδάσκων, ὅτι τῶν τετολμημένων αὐτοῖς ἕνεκα οὐ δι' αὐτῶν ἐκπληρωθήσεται τὰ τῶν προρρήσεων ἀποτελέσματα· ἐπὶ δὲ τὸν τέταρτον ἐλθὼν τὸν Ἰούδαν, ὁμοῦ τὸν φήσαντα αὐτῷ χρησμὸν, « Βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐξελεύσονται, » διὰ τῆς τούτου διαδοχῆς τέλος λήψεσθαι θεσπίζει· πρόδηλον γὰρ ὡς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὸ βασιλικὸν

« Vocavit autem Jacob filios suos et dixit : Congregamini ut annuntiem vobis quid eventurum sit vobis in diebus novissimis : congregamini et audite, filii Jacob, audite, Israel, patrem vestrum [28]. » Deinde ubi prioribus filiis alia aliis crimina objecit, tanquam iis qui ob suam ipsorum culpam, eo quod nunc dicendum est, oraculo indigni evasissent, quarto eorum tanquam ei qui reliquos fratres probitate vitæ anteiret, hæc futura prædicit : « Juda, te laudabunt fratres tui : manus tuæ in tergo inimicorum tuorum : adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda, de germine, fili mi, ascendisti ; recumbens dormivisti ut leo et ut catulus. Quis excitabit ipsum ? Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniant quæ ipsi reposita sunt : et ipse exspectatio gentium [29]. » Considera, quæso, primum quænam ea esse dicat quæ ipsi reposita sunt ; et vide num ea sint quæ ad Abraham et ad veteres eidem similes patres, de vocatione gentium Deus olim canens responderit. Scriptum igitur est, quemadmodum ad Abraham Deus dixerit : « Et eris benedictus, et benedicam benedicentibus tibi, et maledicentibus tibi maledicam, et benedicentur in te omnes tribus terræ [30]. » Et rursus : « Abraham vero, inquit, futurus est in gentem magnam et multam, et benedicentur in ipso omnes gentes terræ [31]. » Sed etiam ipsi Isaac similia in hunc modum respondet oraculum : « Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, **367** et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ [32]. » Ipsi item Jacob olim talia dicta sunt : « Ego Dominus Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac : ne timeas [33], » et cætera, « et benedicentur in te omnes tribus terræ [34]. » Et alias dixit ad ipsum Deus : « Ego Deus tuus, cresce et multiplicare, gentes et congregationes gentium egredientur de te, et reges de lumbis tuis egredientur [35]. » Cum tam multa de vocatione gentium oracula Jacob antea perceepisset, et liberos mares duodecim numero genuisset, omnibus illis extremo suo tempore convocatis, circumspiciebat, de cujus illorum propagatione divina oracula finem suum essent acceptura ; deinde cum tribus primis crimina propria objecisset, docuit deinceps quemadmodum propter scelera, quæ ipsi ausi fuerant, non in ipsis complenda essent, quæ in prioribus oraculis eventa continebantur. Cum autem venisset ad quartum, qui Judas fuit, tum vero oraculum quod ipsi olim responsum fuerat, « Reges de lumbis ejus egredientur, » ex hujus posteritate suum finem accepturum planissime cecinit : constat enim quemadmodum

[28] Gen. XLIX, 1. [29] ibid. 8-10. [30] Gen. XII, 3. [31] Gen. XVIII, 18. [32] Gen. XXVI, 4. [33] Gen. XXVIII, 13. [34] ibid. 14. [35] Gen. XXXV, 11.

Digitized by Google

de tribu Juda regium genus exstiterit, et simul Dei responsa gentiumque promissa quibus instarent temporibus, ostendit. Atque ex eo prodituram esse docuit eum, qui esset omnibus gentibus cunctisque tribubus terræ similis ipsi Abraham benedictionis auctor futurus. Hæc igitur universa fuerunt quæ ipsi Juda reposita erant, ea videlicet quæ de ipsis gentibus olim responsa fuerant : et illud, « Reges de lumbis tuis egredientur, » quare etiam reliquis fratribus antepositus regiam ipsam, cæterisque illustriorem tribum sortitus est. Continuo enim in totius populi ordinatione ipsius Mosis temporibus reliquis tribubus hanc præesse imperat Deus. Scriptum est enim, « Et locutus est Dominus ad Mosem et Aaron dicens : Singuli per turmas, signa, atque vexilla et domus cognationum suarum, castrametentur filii Israel in conspectu Domini per gyrum tabernaculi testimonii, et castrametantes primi ad orientem, acies castrorum filiorum Juda, cum copiis suis [36]. » Ac deinceps in iis quæ ad innovationem tabernaculi referuntur : « Dixit Dominus ad Mosem : Princeps unus per singulos dies offeret munera sua ; et fuit offerens primo die munus suum, Naasson filius Aminadab, princeps tribus Juda [37]. »

368 Et in libro Jesu Nave cum terra promissionis sorte cæteris tribubus distributa esset, sine sorte omniumque prima tribus Juda propriam terræ partem accepit. Sed etiam post mortem Jesu rogaverunt filii Israel in Domino dicentes : « Quis ascendet ante nos contra Chananæum, et erit dux belli in eum? Et dixit Dominus, Judas ascendet : ecce dedi terram in manus ejus [38]. » Plane igitur omni Israel præesse tribum Juda Deus in his verbis jubet. Quocirca deinceps scriptum est : « Et ascendit Judas, et tradidit Dominus Chananæum et Pherezæum in manum ejus [39]. » Et rursus : « Et bellaverunt filii Juda in Jerusalem, et comprehenderunt eam, et descenderunt filii Juda in Chananæum [40]. » Et rursus : « Et abiit Judas cum Symeon fratre suo [41]. » Et deinceps : « Et fuit Dominus cum Juda, et possedit montem [42]. » Et post hæc : « Et ascenderunt filii Joseph ipsi quoque in Bæthel et Judas cum ipsis [43]. » Itaque cum in libro Judicum, diversis temporibus (tametsi diversarum tribuum esse videbantur), judices populo præessent, tribus tamen Juda in universum totius gentis dux erat : idipsum vero temporibus David successorumque ejus multo magis, quippe cum plane de tribu Juda illi exsisterent, et regnum usque ad Babylonicam ipsorum cladem produxerint, post quam cladem iis qui de illa servitute in patriam terram reversi sunt, rursus præfuit Zorobabel, Salathiel filius de tribu Juda. Inde etiam Scriptura quæ Paralipomenon dicitur, duodecim tribuum Israel seriem generis enarrans, ab ea quæ est ipsius Juda fecit initium : ergo ipso ordine sequitur ut etiam posterioribus temporibus fateamur eamdem tribum reliquis præfuisse, quam-

A συνέστη γένος· ὁμοῦ καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ προῤῥήσεις καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ὑποσχέσεις, καθ' ὁποίους ἐνστήσονται χρόνους παρίστησιν, ἐξ αὐτοῦ τε προελεύσεσθαι διδάσκει τὸν μέλλοντα αἴτιον καταστήσεσθαι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ πάσαις ταῖς φυλαῖς τῆς γῆς τῆς παραπλησίας τῷ Ἀβραὰμ εὐλογίας. Ταῦτα οὖν ἅπαντα ἦν τὰ ἀποκείμενα τῷ Ἰούδᾳ, δηλαδὴ τὰ πάλαι προθεσπισθέντα περὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὸ, « Βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται· » διὸ καὶ τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν προκριθεὶς βασιλικῆς φυλῆς καὶ διαπρεπεστέρας παρὰ τὰς λοιπὰς ἠξιώθη. Αὐτίκα ἐπὶ τῆς διατάξεως τοῦ παντὸς λαοῦ κατὰ τοὺς Μωϋσέως χρόνους ἡγεῖσθαι ταύτην ὁ Θεὸς τῶν λοιπῶν φυλῶν προστάττει. Γέγραπται γάρ· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν, λέγων· ἄνθρωπος ἐχόμενος
B κατὰ τάγματα αὐτοῦ, κατὰ σημαίας, κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν παρεμβαλέτωσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐναντι Κυρίου, κύκλῳ τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ οἱ παρεμβάλλοντες πρῶτοι κατὰ ἀνατολὰς, τάγμα παρεμβολῆς υἱῶν Ἰούδα, σὺν δυνάμει αὐτῶν. » Καὶ ἑξῆς ἐπὶ τῶν εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῆς σκηνῆς ἀναφερομένων· « Εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· ἄρχων εἷς καθ' ἡμέραν προσοίσουσι τὰ δῶρα αὐτῶν. Καὶ ἦν ὁ προσφέρων τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ, Ναασσὼν υἱὸς Ἀμιναδὰβ, ἄρχων τῆς φυλῆς Ἰούδα. » Καὶ ἐν τῇ βίβλῳ δὲ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας κλήρῳ κατὰ τῶν λοιπῶν φυλῶν διανεμηθείσης, ἀκληρωτὶ καὶ πασῶν πρώτη ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ τὸ οἰκεῖον μέρος τῆς γῆς ἀπολαμβάνει.
C Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰησοῦ ἐπηρώτων οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐν Κυρίῳ, λέγοντες· « Τίς ἀναβήσεται ἡμῖν πρὸς τὸν Χαναναῖον, ἀφηγούμενος τοῦ πολεμῆσαι ἐν αὐτῷ; Καὶ εἶπε Κύριος· Ἰούδας ἀναβήσεται. Ἰδοὺ δέδωκα τὴν γῆν εἰς χεῖρας αὐτοῦ. » Σαφῶς οὖν τοῦ παντὸς Ἰσραὴλ ἡγεῖσθαι τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν ὁ Θεὸς διὰ τούτων προστάττει· ὅθεν ἑξῆς γέγραπται· « Καὶ ἀνέβη Ἰούδας, καὶ παρέδωκε Κύριος τὸν Χαναναῖον καὶ τὸν Φερεζαῖον ἐν χειρὶ αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Καὶ ἐπολέμησαν οἱ υἱοὶ Ἰούδα ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ κατελάβοντο αὐτὴν, καὶ κατέβησαν υἱοὶ Ἰούδα, πολεμῆσαι ἐν τῷ Χαναναίῳ. »
D Καὶ αὖθις· « Καὶ ἐπορεύθη Ἰούδας μετὰ Συμεὼν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. » Καὶ ἑξῆς· Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰούδα, καὶ ἐκληρονόμησε τὸ ὄρος· » καὶ μετὰ ταῦτα· « Καὶ ἀνέβησαν οἱ υἱοι Ἰωσὴφ, καί γε αὐτοὶ ἐν Βαιθὴλ, καὶ Ἰούδας μετ' αὐτῶν. » Καὶ ἐν τῇ βίβλῳ δὲ τῶν Κριτῶν διαφόρων κατὰ χρόνους προϊσταμένων τοῦ λαοῦ, εἰ καὶ ἐκ διαφόρων ἐδόκουν εἶναι φυλῶν οἱ κριταὶ, ὅμως δὲ καθόλου ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ τοῦ παντὸς ἔθνους ἡγεῖτο· πολλῷ δὲ πλέον ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ Δαβὶδ, καὶ τῶν τούτου διαδόχων, ἐκ φυλῆς μὲν τοῦ Ἰούδα γεγονότων, μέχρι δὲ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τὴν βασιλείαν διενεγκάντων, μεθ' ἣν τῶν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπὶ τὴν οἰκείαν γῆν ἐπανιόντων αὖθις ἡγεῖται Ζοροβάβελ, ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ὁ καὶ τὸν νεὼν ἐγείρας. Ἔνθεν καὶ ἡ τῶν Παραλειπομένων γραφὴ, τὰς δώδεκα φυλὰς

[36] Num. II, 2. 3. [37] Num. VII, 11, 12. [38] Judic. I, 1, 2. [39] ibid. 4. [40] ibid. 8, 9. [41] ibid. 17. [42] ibid. 19. [43] Ibid. 22.

Digitized by Google

τοῦ Ἰσραὴλ γενεαλογοῦσα, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰούδα τὴν καταρχὴν ἐποιήσατο. Ἕπεται δὴ οὖν τούτοις ἀκολούθως καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις τὴν αὐτὴν φυλὴν τῶν λοιπῶν ὁμολογεῖν ἡγεῖσθαι, εἰ καὶ ἐν μέρει διάφοροι προειστήκεισαν τοῦ λαοῦ· ὧν οὐ καθ' ἡμῖν δυνατὸν ἐξακριβάζεσθαι τὰ γένη, τῷ μηδὲ φέρεσθαι θείαν βίβλον ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι τῶν τοῦ Σωτῆρος χρόνων. Ἦλθεν εἰς τοσοῦτον διαρκέσαι λόγος φανερὸς αἱρεῖ τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν, εἰς ὅσον τὸ πᾶν ἔθνος ἐλευθερίᾳ καὶ αὐτονομίᾳ χρώμενον ὑπὸ οἰκείοις ἄρχουσιν καὶ ἡγουμένοις ἐπολιτεύετο. Τοῦτο δὲ αὐτοῖς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξε, καὶ μέχρι τῶν Αὐγούστου χρόνων, καθ' οὓς, Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φανέντος ἐν ἀνθρώποις, τὸ πᾶν ἔθνος δοῦλον Ῥωμαίοις καθίσταται καὶ ἀντὶ τῶν πατρόθεν αὐτοῖς καὶ κατὰ νόμους ἡγουμένων πρῶτος Ἡρώδης ἀλλόφυλος αὐτῶν ἡγεῖται καὶ βασιλεὺς Αὔγουστος. Ἕως μὲν οὖν οὐδέ πω διελελοίπει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, τῶν προφητειῶν οἱ χρόνοι ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων τοῦ ἔθνους παραθέσεως ἀνεγράφοντο. Οὕτως οὖν Ἡσαΐας ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου καὶ Ἰωάθαν, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου, οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας, προφητεύει· ὁμοίως δὲ καὶ Ὡσηέ. Ὁ δὲ Ἀμὼς ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοὰμ υἱοῦ Ἰωὰς, βασιλέως Ἰσραὴλ, καὶ Σοφονίας ἐν ἡμέραις Ἰωσίου, υἱοῦ Ἀμὼς, βασιλέως Ἰούδα. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἱερεμίας. Ἀλλ' ὅτε ἐκλέλοιπεν ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, τῆς διὰ τοῦ Χριστοῦ προφητευομένης προσδοκίας τῶν ἐθνῶν ὅσον οὔπω μελλούσης ἐπιλάμπειν τῷ βίῳ, οὐκέτι μὲν βασιλεῖς ἐχρημάτισαν Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενοι Ἰσραήλ. Τούτων δὲ ταῖς προφητείαις ἀκολούθως κατὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους διαλελοιπότων, πρῶτος μὲν Αὔγουστος, δεύτερος δὲ Τιβέριος, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀνηγορεύθησαν βασιλεῖς, οἵ τε κατὰ τούτους τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροποι καὶ τετράρχαι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἡρώδης, ὡς ἔφην ἤδη καὶ πρότερον, οὐ προσῆκεν Ἰουδαίοις τὸ γένος, ὃς καὶ αὐτὸς παρὰ Ῥωμαίων τὴν ἀρχὴν τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίζεται. Τούτων ἡμῖν προτετηρημένων, καιρὸς ἤδη καλεῖ τῆς εἰς τὴν προφητείαν θεωρίας ἐφάψασθαι, « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου· » δώδεκα τῶν ὅλων ὑπάρχόντων παίδων τῷ Ἰακὼβ, τέταρτος Ἰούδας ἦν, ὡς καὶ φθάσαντες εἰρήκαμεν, εἷς καὶ αὐτὸς ἀρχίφυλος τοῦ Ἑβραίων ἔθνους. Ἀλλ' ὅτι γε οὐκ αὐτὸν ἐκεῖνον ἐώρα τὸν ἄνδρα τὰ ὡς πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰρημένα, σαφὲς ἂν γένοιτο τοῖς ἐπιστήσασι ταῖς λέξεσι τῆς θείας Γραφῆς, πρῶτον τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τοὺς υἱοὺς φωνῆς λεγούσης· « Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπε· Συνάχθητε, καὶ ἀναγγελῶ ὑμῖν, τί ὑμῖν ἀπαντήσεται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· ἀθροίσθητε, καὶ ἀκούσατε, υἱοὶ Ἰακὼβ, ἀκούσατε Ἰσραὴλ, τοῦ πατρὸς ὑμῶν. » Σαφῶς γὰρ ἐπαγγέλλεται προφητεύειν αὐτοῖς τὰ μέλλοντα αὐτοῖς ἀπαντήσεσθαι μακροῖς ὕστερον χρόνοις, καὶ ὡς αὐτός φησιν, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. Καὶ ἄλλως δὲ τὰ ὡς πρὸς τὸν Ἰούδαν εἰρημένα οὐκ ἂν εὐλόγως ἐφαρμόσαιεν τῷ πρώτῳ ἐκείνῳ ἀνδρί· οὐ γὰρ ἐκεῖνον τὸν Ἰούδαν

A vis in parte aliqua varii diversique populo præficerentur, quorum singillatim genus solita diligentia enarrare nequaquam nos possumus, propterea quod nullus amplius fertur divinus liber, qui ex illo usque ad tempora Salvatoris nostri narrationem continuaverit. Verumtamen et fama et ratio dictabit durasse tandiu tribum Juda, quandiu tota gens libertate et suis legibus utens, sub domesticis principibus ducibusque vitam egerit. Porro hoc illis contigit ab initio usque ad tempora Augusti, in quibus cum Salvator noster Jesus hominibus se videndum præbuerit, tum vero in servitutem Romanis universa gens cessit : **369** et pro patriis ac legitimis ducibus primus Herodes externus illis præfuit, et rex Augustus. Quandiu igitur non defecit prin-
B ceps de Juda, neque dux de femoribus ejus, prophetiarum tempora appositis principum gentis nominibus notabantur : sic enim Isaias sub regibus Ozia, Joathan, Achaz, et Ezechia, qui in Judæa regnarunt, prophetiam suam contexit : similiter Osee. Amos vero in diebus Oziæ regis Juda, et in diebus Jesu filii Joas regis Israel : et Sophonias in diebus Josiæ filii Amos regis Juda : similiter Jeremias. Sed ubi defecit princeps de Juda et dux de femoribus ejus, cum exspectatio gentium, de qua prophetæ locuti fuerant, jamjam per Christum vitam esset illustratura, non amplius reges Juda censeri, neque duces Israel cœpere, sed his ipsis, quemadmodum prophetiæ significaverant, suo certo et finito tem-
C pore deficientibus, primus quidem Augustus, secundus autem Tiberius, et aliarum et Judaicæ gentis nuncupati sunt reges, nec non alii secundum hos ipsos Judææ procuratores atque tetrarchæ, quibus adnumeretur Herodes, a Judæorum genere, ut jam antea dixi, alienus, qui etiam ipse a Romanis Judæorum principatum accepit. Cum hactenus hæc observaverimus, tempus jam fuerit ipsius prophetiæ contemplationem attingere, « Juda, te laudabunt fratres tui : » cum duodecim omnino essent filii Jacob, eorum quartus fuit Juda, quemadmodum antea diximus, unus etiam ipse de principibus tribuum gentis Hebraicæ : sed quod non ipsum illum respicerent ea, quæ quasi ad ipsum a patre dicta sunt, ii planissime intellexerint, qui verba
D divinæ Scripturæ diligenter attenderint, et in primis ea quæ in sermone Jacob continentur, ad filios dicentis : « Vocavit autem Jacob filios suos et dixit, Congregamini, et annuntiabo vobis quid eventurum sit vobis in diebus novissimis; congregamini et audite, filii Jacob, audite Israel patrem vestrum. » Plane enim in his pollicetur se prædicturum eis quæ ipsis eventura sint longo post tempore et, ut ipse ait, in novissimis diebus : præterea illa ipsa quæ quasi ad Judam dicta sunt, nullo modo in primo viro accommodari possunt. Non enim fratres sui Judam illum laudaverant : etenim pro quibus tandem præclare gestis debuerunt hoc facere? Sed ne adorarunt quidem illum filii patris sui. **370** Longe autem magis oraculum conveni-

Digitized by Google

ret, si ipsi Joseph dictum esset, quandoquidem hunc ipse Judas una cum reliquis fratribus adorasse perhibetur, tametsi id ipsum ante hujus prophetiæ verba : posthac enim ne ipsi quidem Joseph tale quidquam contigisse, ac multo etiam minus ipsi Juda, historia significat. Et illud : « Recumbens autem dormivisti ut leo, et ut catulus, » majorem sane postulaverit contemplationem, quam ea sit quæ Judam respiciat. Quin etiam illud quod post ea dictum est : « Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniant quæ ipsi reposita sunt, et ipse exspectatio gentium, » tempora mihi significare videtur ejus, de quo prophetia loquitur, adventus. Hoc enim, inquit, non erit, donec illud eveniat; neque enim prius desinent in Judaica gente principes ac duces, quam gentium veniat exspectatio, et quæ reposita sunt ei de quo propheta loquitur. Hæc autem interpretans Theodotion, ab ipsis LXX non differt. Aquila vero in hunc modum exposuit, « non suscitabitur sceptrum de Juda, et qui exquisite cognoscat de medio pedum ejus, donec veniat et ipsi congregatio populorum. » Ubi cum dicatur, « non deficiet princeps de Juda, » hoc item de ipso illo primo Juda non oportet accipere, sicut nec illud, « Juda, te laudabunt fratres tui, » et quæ sequuntur, ad eumdem illum referri possunt: multis enim sæculis principes ac duces in Judaica gente exstiterunt, qui de illius viri genere profecti non sunt. Primus namque ipse Moses dux populi fuit, qui non de Juda, sed de Levi natus est; deinde Jesu de tribu Ephrem, post quem præfuit Debbora de tribu item Ephrem, et Barac de tribu Nephthalim, post quos Gedeon de tribu Manasse, deinde filius Gedeon, et post hunc Thola de eadem tribu, postea Esebon ex Bethlehem, et post hunc Ailon de tribu Zabulon; hunc secutus est Labdon de tribu Ephrem, deinde Sampson de tribu Dan ; postea cum sine principe essent, præfuit ipsis Heli sacerdos de tribu Levi : hi cuncti judices qui judicabant Israel non de genere ipsius Juda, sed ex diversis tribubus ex alia alius oriundi, et qui post hos primus apud eos regiam dignitatem accepit Saul, de tribu fuit Benjamin. Quomodo igitur illud : « Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, » ut quispiam fortasse putaverit, **371** ad principes de tribu Juda ac duces referetur, quando videntur ex quo tempore mortuus est Jacob totis propemodum mille annis, non ex una tribu ipsius Juda profecti, sed ex alia alius usque ad tempora David ? quod si post tam multos et David, et qui ipsi David in regno apud Judaicam gentem successerunt, de tribu Juda nati sunt, sciendum tamen tibi est, quod hi ipsi ne totos quidem quingentos annos totius gentis regnum obtinere potuerunt, sed trium duntaxat tribuum, ac ne harum quidem solidarum, quippe cum iisdem temporibus alii quidam in parte gentis ampliore, et in totis novem tribubus regnaverint : nam post mortem Salomonis, cum tota gens ab Juda divisa fuerit, ip-

ἦνεσαν οἱ ἀδελφοί. Ἐπὶ ποίῳ γὰρ αὐτοῦ κατορθώματι τοῦτο ἐποίησαν ἄν; οὐδὲ μὴν ἐκείνῳ προσεκύνησαν οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός. Μᾶλλον δ' ἂν ὁ λόγος ἥρμοσεν, εἰ τῷ Ἰωσὴφ εἴρητο· ἐπειδὴ τοῦτον ἅμα τοῖς λοιποῖς ἀδελφοῖς καὶ αὐτὸς Ἰούδας προσκυνήσας φαίνεται· πλὴν ἀλλὰ πρὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας. Μετὰ γὰρ τούτους οὐδέν τι τοιοῦτον, οὐδὲ περὶ τὸν Ἰωσὴφ, ἤτου γε περὶ τὸν Ἰούδαν γεγονὸς ἡ ἱστορία παρίστησι. Καὶ τὸ, « Ἀναπεσὼν δὲ ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος, » μείζονος ἂν δέοιτο ἢ κατὰ τὸν Ἰούδαν θεωρίας. Ἀλλὰ καὶ τὸ μετὰ ταῦτα εἰρημένον· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, » τοὺς χρόνους αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τῆς τοῦ προφητευομένου παρουσίας. Τόδε γὰρ, φησὶν, οὐκ ἔσται, ἕστ' ἂν γένοιτο τόδε· οὐδὲ γὰρ πρότερον παύσονται τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι, ἢ τὴν τῶν ἐθνῶν προσδοκίαν ἐλθεῖν, καὶ τὰ ἀποκείμενα τῷ προφητευομένῳ. Ταῦτα δὲ ὁμοίως τοῖς Ἑβδομήκοντα καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν. Ὁ δὲ Ἀκύλας τοῦτον ἐξέδωκε καὶ τὸν τρόπον· « Οὐκ ἀναστήσεται σκῆπτρον ἀπὸ Ἰούδα, καὶ ἀκριβαζόμενος ἀπὸ μεταξὺ ποδῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ καὶ αὐτῷ σύστημα λαῶν. » Ἔνθα λεγομένου τοῦ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, » πάλιν οὐ περὶ τοῦ Ἰούδα, αὐτοῦ δὴ ἐκείνου τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀκούειν δεήσει, ὥσπερ οὐδὲ τὸ, « Ἰούδα, σὲ αἰνέσουσιν οἱ ἀδελφοί σου, » καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπ' ἐκεῖνον ἀναφέροιτο. Πλείστοις δ' οὖν χρόνοις ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους κατέστησαν, οὐκ ἐκ τῆς ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς διαδοχῆς. Πρῶτος μὲν γὰρ Μωϋσῆς αὐτὸς ἡγήσατο τοῦ λαοῦ, μὴ ἐκ τοῦ Ἰούδα, ἀλλ' ἐκ τοῦ Λευΐ γεγονώς. Εἶτα Ἰησοῦς ἐκ φυλῆς Ἐφραίμ, μεθ' ὃν ἦρξεν αὐτῶν Δεββώρα ἐκ φυλῆς Ἐφραίμ, καὶ Βαρὰκ ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ· μεθ' οὓς Γεδεὼν ἐκ φυλῆς Μανασσῆ· ἔπειτα ὁ τοῦ Γεδεὼν παῖς, καὶ μετ' αὐτὸν Θωλὰ ἐκ φυλῆς τῆς αὐτῆς· ἔπειτα Ἐσεβὼν ἐκ Βηθλεέμ· καὶ μετὰ τοῦτον Αἰλὼν ἐκ φυλῆς Ζαβουλών· ἔπειτα Λαββὼν ἐκ φυλῆς Ἐφραίμ· καὶ αὖθις Σαμψὼν ἐκ φυλῆς Δάν· ἔπειτα ἀναρχίας αὐτῶν γενομένης, ἡγεῖτο αὐτῶν Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἐκ φυλῆς Λευΐ· οὗτοι πάντες κριταὶ κρίναντες τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐκ διαδοχῆς Ἰούδα, ἐκ διαφόρων δὲ φυλῶν, ἄλλοθεν ἄλλος γενόμενος· καὶ ὅ γε μετὰ τούτους πρῶτος αὐτῶν βασιλεύσας Σαοὺλ ἐκ φυλῆς ἦν Βενιαμίν. Πῶς οὖν τὸ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ (ὡς ἂν τις προλοιπόντως), » ἐπὶ τοὺς ἐκ φυλῆς Ἰούδα ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους ἀνενεχθήσεται, ὅτε φαίνονται ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Ἰακὼβ τελευτῆς ὅλοις ἔτεσιν ἐγγὺς που χιλίοις οὐκ ἐκ μόνης τῆς Ἰούδα φυλῆς προαχθέντες, ἀλλ' ἄλλοτε ἐξ ἄλλης, μέχρι τῶν Δαβὶδ χρόνων; Εἰ δὲ μετὰ τοὺς τοσούτους ὁ Δαβὶδ οἵ τε ἐκ τῆς τούτου διαδοχῆς βασιλεύσαντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ φυλῆς γεγόνασιν Ἰούδα, ἀλλὰ χρή σε εἰδέναι ὅτι οὐδὲ ὅλοις πεντακοσίοις ἔτεσι διήρκεσαν οὗτοι, οὐ παντὸς ἔθνους βασιλεύσαντες, ἀλλὰ μόνων φυλῶν τριῶν, καὶ οὐδὲ ὅλων τούτων· καθ' οὓς ἕτεροί τινες ἐτύγχανον τοῦ πλείονος ἔθνους, καὶ ὅλων γε ἐννέα φυλῶν τὴν βαπ-

Digitized by Google

λείαν διέποντες· μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σολομῶνος τελευ- A
τὴν διαιρεθέντος τοῦ παντὸς ἔθνους ἐξ Ἰούδα, τοῦ
Δαβὶδ διάδοχοι τριῶν, ὡς ἔφην, οὐδ' ὅλων φυλῶν ἐπὶ
τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευον μέχρι τῆς εἰς Βαβυλῶνα
αἰχμαλωσίας. Κατ' αὐτοὺς δὲ ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τῆς Σα-
μαρείας οὕτω καλουμένης πόλεως, τῶν ἐννέα φυλῶν
ἡγούμενοι οὐκ ἐξ Ἰούδα, ἀλλ' ἐξ ἑτέρων φυλῶν ἕτε-
ροι διετέλεσαν, ὧν πρῶτος ἦν Ἱεροβοὰμ ἐκ φυλῆς
Ἐφραὶμ, καὶ οἱ καθεξῆς μετὰ τοῦτον· ὡς μηδ' ἐν
τοῖς μεταξὺ χρόνοις τοῖς ἀπὸ Δαβὶδ ἐπὶ τὴν εἰς Βα-
βυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοὺς ἐκ φυλῆς Ἰούδα τοῦ παν-
τὸς ἔθνους ἡγήσασθαι. Τί δεῖ λέγειν, ὡς μετὰ τὴν
ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον αὖθις ὑπὲρ τὰ πεντακόσια
ἔτη μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ γενέσεως διετέλεσαν πο-
λιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ, τῶν μὲν κατὰ χρό- B
νους ἀρχιερέων ἡγουμένων τοῦ ἔθνους, οὐδενὸς δὲ ἐκ
τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς; ὥστε ἐξ ἁπάντων τούτων
παρίστασθαι, μὴ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον ἄνδρα τὸν
Ἰούδαν, μηδὲ ἐπὶ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ ἀναφέρεσθαι
τὸ φάσκον λόγιον· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα,
οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ· » μόνως δ' ἂν
συσταίη τὰ κατὰ τὸν τόπον, εἰ κατὰ τὰ πρόσθεν ἡμῖν
ἀποδεδομένα, περὶ τῆς φυλῆς ἁπάσης λέγεσθαι ταῦτα
νοήσαιμεν. Αὕτη γοῦν ἀρχῆθεν, ἐξ αὐτῶν τῶν κατὰ
Μωϋσέα χρόνων, τοῦ παντὸς ἔθνους ἡγήσατο· κατὰ
γοῦν τὴν ταύτης ἐπικράτειαν, ὡς ἂν ἀρχῆθεν ἡγεῖ-
σθαι προκεχειρισμένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, Ἰουδαία τε εἰσ-
έτι νῦν ἀπὸ τῆς φυλῆς ἥ γε χώρα ἐπικέκληται, καὶ
τὸ πᾶν αὐτῶν σύστημα Ἰουδαίων προσαγορεύεται.
Οὕτω τοίνυν νοήσαιμεν τὸ λεγόμενον, ὡς εἰ σαφέστε- C
ρον ἔλεγεν· Οὐκ ἐκλείψει τοῦ παντὸς ἔθνους ἡγου-
μένη ἡ τοῦ Ἰούδα φυλή. Ὁ γοῦν Σύμμαχος, « οὐ περι-
αιρεθήσεται, φησὶν, ἐξουσία ἀπὸ Ἰούδα, » τὸ ἐξου-
σιαστικὸν δήπου καὶ ἀρχικὸν ἀξίωμα τῆς μετὰ ταῦτα
ὑποστάσης τοῦ Ἰούδα φυλῆς παριστάς. Ταύτης γοῦν
οὔτε τὸ σκῆπτρον, ὡς ὁ Ἀκύλας φησὶ (βασιλικῆς δὲ
τοῦτο σύμβολον ἦν ἀρχῆς), οὔτε τὴν ἐξουσίαν, κατὰ
τὸν Σύμμαχον, περιαιρεθήσεσθαι θεσπίζει, « ἕως ἂν
ἔλθῃ, φησὶν, ᾧ ἀπόκειται, » καὶ αὐτὸν ἔσεσθαι τῶν
ἐθνῶν προσδοκίαν. Ποίαν ταύτην προσδοκίαν ἢ τὴν
πάλαι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν προπάτορσι
κεχρηματισμένην; Πρῶτον μὲν οὖν θαυμάζειν ἄξιον,
ὅπως, δώδεκα οὐσῶν τῶν παρ' Ἑβραίοις φυλῶν, ἐξ
οὐδεμιᾶς ἄλλης ἢ ἀπὸ μόνης τῆς Ἰούδα ἡ τοῦ ἔθνους
εἰσέτι νῦν ἀναγορεύεται προσηγορία· οὐ δι' ἕτερον ἢ D
διὰ τὸ τῆς προφητείας λόγιον, τῇ τοῦ Ἰούδα φυλῇ τὸ
ἀρχικὸν περιάψαν ἀξίωμα. Ἀλλὰ καὶ τὴν πάτριον
αὐτῶν χώραν Ἰουδαίαν διὰ τὴν αὐτὴν ἀποκαλεῖσθαι
συμβαίνει αἰτίαν. Ἐπεὶ διὰ τί μὴ ἀπὸ τοῦ πρώτου
τῶν δώδεκα, λέγω δὲ ἀπὸ τοῦ Ῥουβὶμ, τὸ ἔθνος αὐ-
τῶν ἐχρημάτισε; Καίτοι παρὰ τῷ θείῳ νόμῳ τῶν
πρωτοτόκων τετιμημένων; Διὰ τί δὲ μὴ ἀπὸ τῆς τοῦ
Λευὶ, ὁμοῦ καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ τῆς ἱερωσύνης τι-
μήματι τὸν Ἰούδαν παρεξάγοντος; Τί δὲ οὐχὶ μᾶλλον
ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαι συνέβη τὸ πᾶν ἔθνος καὶ
τὴν χώραν, διὰ τὸ καὶ πάλαι πάσης οὐ μόνον Αἰγύ-
πτου, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων τὸ κράτος ἀνάψασθαι
τοῦτον, τούς τε ἐξ αὐτῶν γενομένους μακροῖς ὕστε-
ρον χρόνοις ἐπὶ πλεῖστον ὅσον ὅλων ἐννέα φυλῶν τοῦ

sius David successores trium, ut dicebam, tribuum, ac ne harum quidem solidarum in Jerusalem reges fuerunt usque ad Babylonicam cladem. Iisdem vero temporibus in civitate quæ vocatur Samaria, novem tribuum duces non de tribu Juda, sed ex aliis alii exstiterunt : quorum primus Jeroboam fuit, de tribu Ephrem, ac deinceps qui hunc secuti sunt, ut ne mediis quidem temporibus a David usque ad tempus quo in Babylonem captivi ducti sunt, ulli de tribu Juda universæ genti præfuerint. Porro autem quid dicendum est, quemadmodum post reditum de Babylone rursus quingentis annis amplius usque ad Christi ortum vixerint eo statu civitatis utentes, in quo soli optimates rem administraverint, pontificibus utique toti genti imperantibus, B quorum nullus plane de tribu Juda oriebatur? ut jam ex his omnibus perspici possit, non ad primum illum Judam, neque ad illius successores referendum esse oraculum illud, dicens : « non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, » sed ea quæ ad hunc locum pertinent, uno duntaxat modo constare posse, si secundum ea quæ prius a nobis de tota tribu exposita sunt, hæc ipsa intelligenda esse dixerimus. Hæc enim tribus ab initio et ab ipsius usque Mosis temporibus universæ gentis dux fuit : itaque secundum hujus principatum, utpote quam Deus cæteris ab initio præfecerit, et ipsa regio etiam nunc ab ea ipsa tribu, Judææ vocabulum obtinet, et omnis illorum conventus Judæorum appellatur. Sic igitur intelligamus quod dictum est, C tanquam si manifestius dixisset, non desinet toti genti præesse tribus Juda, **372** ex quo Symmachus, « Non auferetur, inquit, potestas de Juda, » sic utique juris cujusdam amplioris, et principatus auctoritatem ejus quæ postea futura esset tribus Juda, nobis intelligendam proponens. Hujus enim neque sceptrum, ut Aquila inquit (regii porro principatus signum hoc erat), neque potestatem, ut Symmachus, sublatum iri vaticinatur, « donec veniat, inquit, cui repositum est, » atque ipsum fore exspectationem gentium. Sed quam tandem exspectationem, nisi de qua olim et ipsi Abraham, et iis qui Abraham secuti sunt patribus, oracula reddita sunt? Primum igitur admirari operæ pretium fuerit, D quid ita, cum duodecim Hebræorum tribus essent, a nulla alia nisi ab una ipsius Juda, gentis etiam nunc appellatio usurpetur. Quod ego quidem non ob aliud contigisse arbitror, quam ob ipsius prophetiæ oraculum, quod uni tribui Juda principatus dignitatem attribuit. Quin etiam patria ipsorum terra, eadem de causa Judææ appellationem sortita est. Cur enim quæso cum duodecim fuerint, non ab eorum primo Ruben gens eorumdem appellata est? cum præsertim natu maximi potiores in lege divina haberentur? Cur non item a Levi, qui et ætate et sacræ functionis honore Judam anteibat? Cum vero ipsi Joseph quondam non modo Ægypti universæ, sed etiam suorum imperium obtigerit, cumque ab illo oriundi multis post sæculis diu admodum, totis ejus gentis

Digitized by Google

φεγώρ· δαίμων δὲ ἦν οὗτος ὡς θεὸς παρὰ τῷ βασιλεῖ Μωάβ τῷ Βαλὰκ τιμώμενος. Ἐπεὶ οὖν νενίκητο ὁ Ἰσραὴλ κατὰ τοῦτο τοῦ καιροῦ πρὸς τῶν ἀοράτων ἀρχόντων τοῦ Μωάβ, λέγω δὲ τῶν παρὰ τοῖς Μωαβίταις νενομισμένων θεῶν· (εἰδωλολάτρησαν γοῦν καὶ προσεκύνησαν τοῖς γλυπτοῖς, ὥς φησιν ἡ Γραφή· « Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγὼρ, » δαίμων δὲ οὗτος τῶν Μωαβιτῶν ἦν, ὅτε καὶ ἐξεπόρνευσαν εἰς τὰς Μωαβίτιδας·) εἰκότως τὸ μέλλον ἔσεσθαί ποτε, καὶ τὴν εἰς τοὐναντίον τῶν πραγμάτων μεταβολὴν κατὰ καιρὸν ὁ Βαλαὰμ θεσπίζει, λέγων· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ· καὶ θραύσει ἡγεμόνας Μωάβ. » Ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγε, τοὺς μεγαλαυχήσαντας κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ δαίμονας τῶν Μωαβιτῶν ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ προφητευομένου, θραῦσίν ποτε καὶ πτῶσιν παθεῖν· ὧν θραυσθέντων, τοὺς υἱοὺς Σὴθ, καὶ Ἐδὼμ, καὶ Ἡσαῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ἃ διὰ τούτων σημαίνεσθαι ἡγοῦμαι, τὰ πάλαι καταδεδουλωμένα τῇ δαιμονικῇ πλάνῃ, μεταβαλόντα τῆς δεισιδαιμονίας, οἰκεῖα τοῦ θεσπιζομένου γενήσεσθαι. « Καὶ ἔσται, γάρ φησιν, Ἐδὼμ κληρονομία, καὶ ἔσται κληρονομία Ἡσαῦ ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ. » Οἱ γὰρ πάλαι ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Ἰσραὴλ, φησὶ, γενήσονται κληρονομία τοῦ προφητευομένου. Αὐτὸς γὰρ ἦν ᾧ εἴρητο πρὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς αὐτοῦ· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· » ὧν εἰς τὸν κλῆρον τῶν ἁγίων μεταστάντων, τἀναντία τῷ Ἰσραὴλ ἔσεσθαι θεσπίζει. Φησὶ γοῦν· « Καὶ Ἰσραὴλ ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ. » Τὸ δὲ, ἐποίησεν ἐν ἰσχύϊ τὴν πάντων μείζστην ἀσέβειαν· διὸ ἐξεγερθήσεται ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐξαναστήσεται. Τίς οὗτος ἢ ὁ προφητευόμενος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃς καὶ ἀπώλεσε σωζόμενον ἐκ πόλεως; οἶμαι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἰνίττεσθαι, ἐξ ἧς ὤλετο πᾶς σωζόμενος, ἢ καὶ τὸ πᾶν τοῦ ἔθνους αὐτῶν πολίτευμα. Ταῦτα δὲ ὅποι τέλους ἔτυχεν, ὁμοῦ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐκλάμψει τῶν μὲν πρὶν εἰδωλολατρῶν ἐθνῶν εἰς τὸν αὐτῶν μεταστάντων κλῆρον, τοῦ δὲ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τῆς μητροπόλεως αὐτῶν πεπονθότων ὁποῖα οὐδεπώποτε, οὐ μακρῶν δεῖν οἶμαι λόγων. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς συμφωνίας, τῆς τε προφητικῆς προρρήσεως, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς συμπεράνσεως, ὧδέ πως ἐχέτω τέλος. Τί δ' ἦν τὸ αἴτιον τῆς ἐπιλάμψεως τοῦ φανέντος ἀστέρος, συνιδεῖν ἄξιον. Εἰς σημεῖά φησιν ὁ Μωϋσῆς, καὶ εἰς καιροὺς τεθεῖσθαι τοὺς πάντας ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀστέρας· ξένος δὲ οὖν καὶ οὐ συνήθης, οὐδὲ τῶν πολλῶν καὶ γνωρίμων εἷς, ἀλλά τις καινὸς καὶ νέος ἀστὴρ ἐπιφανεὶς τῷ βίῳ, σημεῖον ξένου φωστῆρος ἐδήλου καταλάμψαντος τῷ παντὶ κόσμῳ, ὃς ἦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, μέγας καὶ νέος ἀστὴρ, οὗ τὴν εἰκόνα συμβολικῶς ὁ φανεὶς τότε τοῖς μάγοις ἐπεφέρετο. Ἐπειδὴ γὰρ καθ' ὅλης τῆς ἱερᾶς καὶ θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ προηγούμενος τῆς διανοίας σκοπὸς μυστικώτερα καὶ θεῖα βούλεται παιδεύειν, μετὰ τοῦ καὶ τὴν πρόχειρον διάνοιαν σώζεσθαι ἐν μέρει ἱστορικῶς πεπραγμένων, εἰκότως καὶ ἡ μετὰ χεῖρας

A cultum, quo in deserto usus est, quo tempore populus initiatus est Beelphegor. Erat porro hic dæmon, qui ut deus a rege Moab ipso Balac colebatur. Quoniam igitur victus est Israel illo tempore a principibus Moab visum effugientibus, dico autem ab iis qui apud Moabitas pro diis colebantur (sane idcirco et simulacra coluerunt, et adoraverunt sculptilia, ut ait Scriptura : « Et initiati sunt Beelphegor [19], » qui Beelphegor dæmon erat apud Moabitas, quo tempore iidem cum feminis Moabitarum fornicati sunt), merito quod olim erat futurum, rerum utique in contrarium mutationem in tempore divinat Balaam, dicens : « Orietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel. Et franget duces Moab. » Tanquam si manifestius diceret, Moabitarum dæmonas qui nunc adversus Israel gloriati sunt
B in ortu ejus de quo ipse vaticinatur, fractionem tandem et ruinam passuros : quibus fractis, filios **419** Seth, et Edom, et Esau, et reliquas gentes, quas his nominibus significari arbitror, ut olim dæmonico errori addictæ erant, sic rejecta superstitione, familiares illius futuras, qui venturus canitur. « Et erit, inquit, Edom hæreditas, et erit hæreditas Esau inimicus ejus; » veteres, inquit, hostes Dei atque Israel erunt hæreditas ejus, qui canitur futurus; ipse enim est cui dictum est a Deo et Patre suo : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam [20]. » Quæ cum in sortem sanctorum transierint, contraria ipsi Israel fore divinat.
C Ait igitur : « Et Israel fecit in robore, » fecit autem in robore omnium maximum scelus; quapropter excitabitur et exsurget. Quis tandem iste nisi is qui a prophetis canitur Dei Verbum, qui etiam perdidit eum qui servatur ex civitate? Quibus verbis ipsam Jerusalem significari arbitror, ex qua periit omnis quicunque superstes mansit : aut etiam omne ejus gentis civile institutum. Hæc autem quemnam exitum sortita sint, cum gentes prius simulacra colentes una cum Salvatoris nostri inter homines exortu, in illorum sortem translatæ sint, Judaica vero gens, et Judæorum mater civitas ea perpessæ sint quæ nunquam antea, non longiori arbitror oratione indigere ut apertius ostendatur. Attamen quæ ad consensum pertinent tum prophe-
D ticæ prædictionis, tum evangelicæ consummationis, talem sane habeant exitum. Cæterum quæ tandem causa exstitit propter quam stella quæ tum visa est, illuxerit, quæ quidem causa contemplatu digna sit? Moses quidem in signa ait et tempora in firmamento a Deo posita fuisse sidera universa; at vero hoc et peregrinum et insolitum, neque idem ex multis et cognitis unum, sed novum potius quoddam neque antea visum sidus, quod vitæ hominum illuxit, recentis cujusdam luminaris signum, quod universum mundum illustraret, indicabat : quod quidem luminare Christus Dei erat, ingens illud novumque sidus, cujus imaginem ex comparatione ac si-

[19] Psal. cv, 28. [20] Psal. II, 8.

Digitized by Google

militudine quadam, illud quod tunc magis apparuit, referebat. Cum enim per totam sacrosanctam et a divino Spiritu traditam Scripturam, si quis eam ad sensum interpretetur, primum sit propositum, ut mystica quædam divinaque doceat, servato tamen saltem in parte etiam vulgari apertoque sensu eorum quæ historice gesta sunt : meritò hoc quoque quod nunc tractatur oraculum, in ejus sideris, prophetia quod in ortu Salvatoris nostri oriturum denuntiabatur, etiam ad verbum completum est. **420** Exsistunt quidem aliis quoque gloriosis et illustribus viris insolitarum stellarum ignes, ut earum quæ a quibusdam crinitæ vocantur, item quæ trabis, aut quæ barbæ similitudinem ferentes, utique etiam quarumdam aliarum his similium, quæ magnis imminentibus rebus solent exsistere. At enim quid tandem aut excellentius aut majus toti mundo unquam contigerit, quam quod per salutarem adventum omnibus illuxit mortalibus intelligentiæ lumen, quod et pietatis et veræ agnitionis Dei perceptionem animis rationalibus attulit, cujus gratia, ingens signum id, de quo antea dictum est, indicabat sidus, dum ingens et novum luminare quod totum illustravit mundum, Christum utique Dei omnibus significat? Eodem vero loco prophetia, et hominem et sidus futurum divinat, his verbis : « Exorietur stella ex Jacob, et surget homo ex Israel, » utpote quæ et cœleste luminare Deum Verbum esse significet, et tamen eumdem hominem appellet. Varie porro illum aliis quoque in locis et ortum simul, et lumen et solem justitiæ vocat, ut in prioribus libris ostendimus. Cæterum quod quidem in illo divinius est, tanquam id quod illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, ortus vocabulo celebravit, in hunc modum : « Orietur stella ex Jacob. » Hominem vero eumdem propter afflictionem ac mortem quam pertulit, tanquam eum qui ceciderat, surrecturum divinat, quibus similia de eodem Isaias canit : « Et erit radix Jesse, et qui surgit ut imperet gentibus : in eo gentes sperabunt[21]. » Et manifestum quidem est, quonam modo Salvatoris nostri lumen de Jacob exortum, hoc est de Judaico populo, non ipsi Jacob unde profectum est, sed omnibus gentibus illuxerit. Hoc vero cum ex aliis plurimis prophetiis discere possumus, tanquam ad ipsum Christum dicentibus : « Ecce posui te in Testamentum generis, in lumen gentium[22]; » tum etiam ex ipsius Balaam verbis, quæ sic habent : « Egredietur de semine ejus homo, et dominabitur gentibus multis[23]. » Atqui de quonam alio semine quam de Israel, ut facile constat ex ipsius orationis contextu? Proinde jam gentium dominatu accepto Salvatoris nostri Verbum, cum ipsa prophetia concordans, omnes quæcunque illis quondam imperabant, invisibiles et perniciosas potestates delevit, necnon spiritualia malitiæ catervamque dæmonicam, quæ ductores Moab, et Seth, et Edom, et **421** Esau, figuratius in iis quæ nunc tractamus, denominata sunt. Cum autem apud LXX obscurius positum sit illud : « Ostendam illi, sed

[21] Isa. xi, 10. [22] Isa xlii, 6. [23] Num. xxiv, 19.

A προρρήσις ἐπληροῦτο πρὸς λέξιν ἐπὶ τῇ τοῦ προαναφωνηθέντος ἀστέρος ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προφητείᾳ. Γίγνονται μὲν οὖν καὶ ἐφ' ἑτέρων ἐπιδόξων καὶ ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ξενιζόντων ἀστέρων ἐκλάμψεις, οἷον τῶν καλουμένων παρά τισι κομητῶν, ἢ δοκίδων, ἢ πωγωνιῶν, ἢ τινων ἑτέρων τούτοις παραπλησίων, ἐπὶ μεγάλοις πράγμασιν ἐξ ἔθους ἀναφαινομένων. Ἀλλὰ τί γὰρ κρεῖττον ἢ μεῖζον τῷ παντὶ κόσμῳ γένοιτ' ἂν ποτε ἢ τὸ διὰ σωτηρίου ἐπιφανείας πᾶσιν ὑπάρξαν ἀνθρώποις νοερὸν φῶς, εὐσεβείας καὶ θεογνωσίας ἀληθοῦς κατάληψιν λογικαῖς ψυχαῖς νομιζόμενον; οὗ δὴ χάριν τὸ μέγα σημεῖον ὁ προφανὴς ἐδήλου ἀστὴρ, μέγαν καὶ νέον φωστῆρα ἐπιλάμψαντα τῷ παντὶ κόσμῳ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πᾶσιν αἰνιττόμενος. Κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ ἡ προφητεία B ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ ἀστέρα θεσπίζει δι' ὧν φησιν· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἀναστήσεται ἄνθρωπος ἐξ Ἰσραήλ· » τὸν μὲν οὐράνιον φωστῆρα τὸν Θεὸν Λόγον εἶναι, τὸν αὐτὸν δὲ ἄνθρωπον ὀνομάζουσα. Διαφόρως δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ἑτέροις ἀνατολὴν ὁμοῦ, καὶ φῶς, καὶ ἥλιον δικαιοσύνης ἀποκαλεῖ, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἀπεδείξαμεν. Εἶτα τὸ μὲν θειότερον αὐτοῦ, ἅτε φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, τῷ τῆς ἀνατολῆς ἐπεφήμισε προσρήματι φήσας· « Ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακώβ· » τὸν δὲ ἄνθρωπον διὰ τὸ συμβὰν περὶ αὐτὸν πάθος, ὡς ἂν πεπτωκότα, ἀναστήσεσθαι θεσπίζει, ὁμοίως οἷς καὶ Ἡσαΐας περὶ αὐτοῦ φησι· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Καὶ σαφές γε τίνα τρόπον τὸ φῶς C τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐκ τοῦ Ἰακὼβ ἀνατεῖλαν, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Ἰακὼβ, ὅθεν καὶ προῆλθεν, ἐξέλαμψε. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ πλείστων ἑτέρων πάρεστιν ἐκλαβεῖν προφητειῶν, ὡς πρὸς αὐτὸν φασκουσῶν τὸν Χριστόν· « Ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς Διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν· » οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν τοῦ Βαλαὰμ λόγων, δι' ὧν φησιν· « Ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. » Τίνος δὲ ἐκ σπέρματος ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, ὡς ἡ σύμφρασις παρέστησε; καὶ δὴ κυριεύσας ἐθνῶν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Λόγος, ἀρχούσας ἀοράτους καὶ μοχθηρὰς δυνάμεις καθεῖλε, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τό τε στῖφος τὸ δαιμονικὸν, ἀρχηγοὺς Μωὰβ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐδὼμ, καὶ Ἡσαῦ τροπικώτερον ἐν τοῖς μετὰ D χεῖρας ὠνομασμένα. Ἀσαφῶς δὲ κείμενον παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα τὸ, « Δείξω αὐτῷ, καὶ οὐχὶ νῦν, μακρίζω, καὶ οὐκ ἐγγίζει, » σαφέστερον ὁ μὲν Ἀκύλας ἐξέδωκεν· « Ὄψομαι αὐτὸν, καὶ οὐ νῦν, προσκοπῶ, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς· » ὁ δὲ Σύμμαχος λευκότερον, φήσας· « Ὁρῶ αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἐγγύς. » Λέγοιτο δ' ἂν ταῦτα ὑπὸ τοῦ Βαλαὰμ, ὡς μακροῖς ὕστερον μετ' αὐτὸν χρόνοις μελλόντων ἐπιτελεσθήσεσθαι τῶν δηλουμένων· μετὰ γοῦν δισχιλιοστὸν ἔτος τῆς προρρήσεως ἐπληροῦτο ταῦτα, ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας.

Digitized by Google

non nunc, beatum dico, sed non appropinquat, » idem illud apertius Aquila edidit : « Videbo illum sed non nunc, prospicio illum, sed non propè. » Symmachus autem, candidius : « Video, inquit, illum, sed non prope. » Dici vero hæc videntur a Balaam, tanquam longis deinceps post ipsum temporibus perficienda essent ea, quæ ab ipso canebantur : nam duobus millibus annorum post illud vaticinium completa sunt hæc, quo videlicet tempore Salvator noster cum hominibus versatus est.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Ὡς ὁ Κύριος, ἐπιβὰς οὗ ἀνείληφεν ἐξ ἁγίας Παρθένου σώματος, ἥξειν εἰς Αἴγυπτον ῥητῶς τε καὶ κατὰ διάνοιαν ἐθεσπίζετο, πᾶσά τε ἐπὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ καθαιρεθήσεσθαι τῶν ἐθνῶν δεισιδαιμονία.

A

Ab Esaia. — Quemadmodum Dominus insistens illud quod de sancta Virgine assumpsit corpus, venturus in Ægyptum et secundum verba, et secundum sententiam prædictus est, omnisque in ejus adventu evertenda gentium superstitio.

« Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον· καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἥττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. » Τὸ δ' αἴτιον τοῦ τὸν Κύριον ἥξειν εἰς Αἴγυπτον θεσπίζεσθαι, τόδε μοι εἶναι δοκεῖ. Πρῶτοι μὲν πάντων Αἰγύπτιοι τῆς πολυθέου καὶ δαιμονικῆς πλάνης ἀπάρξασθαι λέγονται, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἀνθρώποις αἴτιοι καταστῆναι δεισιδαιμονίας, ἀλλὰ καὶ πάντων μᾶλλον περὶ τὰς δαιμονικὰς ἐνεργείας τε καὶ περιεργείας ἠσχολῆσθαι· οὗτοι δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἐνθέου Γραφῆς ἐχθροὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς γεγονέναι μεμαρτύρηνται· καὶ ὅ γε παλαιὸς αὐτῶν βασιλεὺς ὁμολογῶν μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον ἀναγέγραπται, ὅτε δὴ ἔφασκεν· « Οὐκ οἶδα τὸν Κύριον, καὶ τὸν Ἰσραὴλ οὐκ ἐξαποστελῶ. » Τὸ δὴ οὖν μέγα θαῦμα τῆς ἐνθέου τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως παραστῆσαι βουλόμενος ὁ λόγος, θεσπίζει τοῦ Κυρίου τὴν εἰς Αἴγυπτον ἄφιξιν, ἐφ' ᾗ μεταβολὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν Αἰγυπτίων ἔσεσθαι προφητεύει, λέγων ἐξῆς· « Καὶ γνώσονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸν Κύριον, » οἱ πρὶν μὴ εἰδότες αὐτὸν, « καὶ εὔξονται τῷ Κυρίῳ εὐχὰς, » καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐν τῷ πρὸ τούτου κεφαλαίῳ κληρονομία τοῦ θεσπιζομένου Ἐδὼμ καὶ Ἡσαῦ ἐλέγετο, τῶν ἀλλοτρίων Ἰσραὴλ οὕτω σημαινομένων· ἐνταῦθα δὲ ἡ Αἴγυπτος, λαὸς οὐκ ἔτι, τῶν εἰδώλων, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις προφήταις θεολογουμένου Κυρίου θεσπίζεται. Ἅπερ εἰ μὲν μὴ ὄψει συντελούμενα θεωρεῖται, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τὴν θεσπιζομένην ἄφιξιν τοῦ Κυρίου εἰς τὴν Αἴγυπτον γεγονέναι· εἰ δὲ ὑπὲρ πάντα λόγον ἡ ἀλήθεια μαρτυρεῖ τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ἀγνωμονεστάτοις ἐναργῶς δείκνυσιν αὐτοὺς Αἰγυπτίους, τῆς μὲν ἐξ αἰῶνος πατροπαραδότου δεισιδαιμονίας ἀνακεχωρηκότας, οἰκειωθέντας δὲ τῷ Θεῷ τῶν ταῦτα προαναφωνησάντων προφητῶν, καὶ τοῦτον μόνον σέβοντας, καὶ πάντα θάνατον ἀσπαζομένους ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας· ὥρα μὴ ἄλλως ταῦτα γεγονέναι συνομολογεῖν ἢ τοῦ Κυρίου ἐληλυθότος εἰς Αἴγυπτον ἀκολούθως τῇ προκειμένῃ προῤῥήσει. Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἄλλως τὸν λόγον αἰνίττεσθαι τροπικῶς τὸν περίγειον κόσμον, εἰς ὃν ὁ λόγος προφητεύει τὸν Κύριον ἐπὶ νεφέλης κούφης ἥξειν, οὕτω τὸν ἐκ Παρθένου καὶ Πνεύματος ἁγίου ληφθέντα αὐτῷ ἄνθρωπον αἰνιττόμενος· χειροποίητα δὲ Αἰγύπτου σεισθήσεσθαι τὰ τῶν ἐθνῶν ξόανα, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας, ὡς αὖ πάλιν Αἰγυπτίους ἡττωμένους πάντας τοὺς πάλαι πρότερον περὶ τὴν εἰδωλολατρείαν ἐπτοημένους.

B

C

D

« Ecce Dominus sedet super nube levi, et veniet in Ægyptum : et commovebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum vincetur in ipsis [24]. » Causa porro cur Dominus ita in Ægyptum destinetur venturus, hæc mihi esse videtur. Primi siquidem omnium Ægyptii errori colendi multos deos ac dæmonas initium dedisse dicuntur, et reliquis universis mortalibus superstitionis auctores exstitisse, quin etiam omnium aliorum maxime, dæmonicis operationibus et curiositatibus studuisse : iidem præterea ab ipsa Scriptura divina hostes populi Dei fuisse perhibentur. Sed antiquus quoque ipsorum rex fateri se non nosse Dominum, palam descriptus est, dum sic ait : « Non novi Dominum, et Israel non emittam [25]. » Ergo ingens quoddam divinæ Christi virtutis miraculum exhibere nobis volens prophetica oratio, Domini in Ægyptum canit adventum, **422** sub quem non levem futuram Ægyptiorum mutationem, divinat deinceps sic dicens : « Et cognoscent Ægyptii Dominum, » qui videlicet non cognoscebant illum prius, « et vovebunt Domino vota [26], » et quæ his similia sequuntur. Superiori quidem proximo capite hæreditas ejus, qui venturus canitur, Edom et Esau dicebatur, quippe cum alieni ab Israel eo modo significarentur : hic vero et Ægyptus et Ægypti populus, non simulacrorum amplius futurus canitur, sed ejus Domini qui apud Judæorum prophetas pro Deo celebratur. Quæ si oculis completa non cernuntur, ne dicamus sane adventum illum Domini, qui in Ægyptum futurus prædicitur, fuisse adhuc. Sed si supra omnem rationem, rebus fidem ipsa veritas facit, atque etiam rudissimis et sensu omni carentibus evidenter ostendit, ipsos Ægyptios ab ea superstitione recessisse, quam usque ab initio a patribus suis acceperant, illique Deo adhæsisse, qui a prophetis hæc ipsa divinantibus colebatur, et unum hunc interim colere, neque ullam mortem recusare pro cultu et pietate erga illum : quid aliud jam superest, nisi ut fateamur non aliter ista contigisse, quam per Domini in Ægyptum adventum, sicut vaticinium proxime expositum significabat? Et nihil quidem impedit aliter quoque idem accipere oraculum, ut videlicet figurate terrenum hunc mundum significet : in quem verba ipsa Dominum super nube levi venturum vaticinentur : quippe quæ hoc modo hominem ab illo de Virgine et Spiritu sancto assumptum, intelligi velint. Manu autem facta

[24] Isa. xix, 1. [25] Exod. v, 2. [26] ibid. 21.

Digitized by Google

Ægypti commovenda, ipsa gentium simulacra, et in illis habitantes dæmonas, sicut rursus Ægyptios victos, omnes prioribus olim temporibus colendis simulacris addictos. Attamen cum etiam ipso corpore Salvator noster in terram Ægyptiam vectus sit, quo tempore oraculo monitus Joseph surrexit, Mariamque una cum puerulo accepit', et cum occulta sua virtute atque efficacia in Ægyptum pervenit, malignas ibi prius habitantes potestates, non mediocriter commotas fuisse par est, et maxime cum postea per illius doctrinam innumerabiles eorum, qui Ægyptum incolunt conventus, ab errore ac fraude dæmonum recedentes, etiam nunc unum universi Deum se nosse fateantur. **423** Quæ vero deinceps sequuntur, cum obscurioribus figuris implicita sint, curæque ac diligentiæ majoris indigeant, alias seorsum, cum per otium licebit, interpretabimur.

A Πλὴν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπεισκομισθέντος τῇ Αἰγυπτίων χώρᾳ, ὅτε, κατὰ τὸν χρησμὸν, ἀναστὰς ὁ Ἰωσὴφ παρέλαβε τὴν Μαριὰμ καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀπορρήτῳ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ τὰς αὐτόθι τὸ πρὶν οἰκούσας πονηρὰς δυνάμεις εἰκὸς οὐ μικρῶς κεκινῆσθαι, καὶ μάλιστα ὅτε διὰ τῆς μετέπειτα διδασκαλίας αὐτοῦ μυρία πλῆθη τῶν τὴν Αἴγυπτον οἰκούντων, τῆς τῶν δαιμόνων ἀποφυγόντα πλανήσεως, ἔτι καὶ νῦν τὸν τῶν ὅλων ὁμολογεῖ μόνον εἰδέναι Θεόν. Τὰ δ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιλεγόμενα, αἰνιγματώδη ὄντα, πλείονός τε δεόμενα πραγματείας, ἐπ' οἰκείας σχολῆς ἑρμηνεύσομεν.

A *Numeris. — Quemadmodum Christus in Ægyptum venturus, atque illinc reversurus prædictus fuerit.*

« Dixit Balaam filius Beor : dixit homo qui vere videt, dixit qui audit oracula fortis, qui visionem Dei vidit, in somno aperti oculi ejus, quam pulchræ domus tuæ Jacob, tabernacula tua Israel, ut saltus umbrosi, et quasi hortus juxta flumina, et quasi tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedrus juxta aquas. Egredietur homo de semine ejus, et dominabitur gentibus multis, et extolletur Gog regnum, et augebitur regnum ejus. Deus duxit illum ex Ægypto, quasi gloria rhinocerotis illi. Devorabit gentes inimicorum suorum, et crassitudines eorum attenuabit, et jaculis suis feriet inimicum. Accubans quievit ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? qui benedicunt tibi, ipsis benedictum est, et qui maledicunt tibi, ipsis maledictum est [37]. » Superius per eam prophetiam quæ proxime exposita est, dum oraculum, venturum in Ægyptum Dominum affirmat, Salvatoris nostri Jesu Christi migrationem una cum parentibus suis in Ægyptum illi ipsi futuram indicabat. Hic autem reditum ab Ægypto, ut ordo postulat, quo in terram Israel una cum parentibus reversus est, canit his verbis : « Deus duxit illum ab Ægypto. » Solus autem exstitit Salvator et Dominus noster Jesus, qui Christus est Dei, neque alius præterea quisquam, ex semine Israel, et Judaica gente profectus, qui multis dominatus sit gentibus, ut absque hæsitatione fateri necesse sit, præsens vaticinium in illo exitum suum invenisse, utpote quod palam enuntiet, de Judaica gente egressurum quemdam hominem **424** et dominaturum gentibus multis : aut quivis mihi dicat, utrum habeat ex iis qui apud Hebræos unquam illustres fuerint alium quem proferat, qui multarum gentium dominatum acceperit. Atqui nemo unquam istud dixerit, quoniam ne factum quidem est. At vero in Salvatore nostro, etiamsi nos nihil dicamus, ipsa tamen nihilominus veritas clamabit, et vehementer vociferabi-

B Ἀπὸ τῶν Ἀριθμῶν.— Ὡς ὁ Χριστὸς εἰς Αἴγυπτον ἥξειν, κἀκεῖθεν ἐπανελεύσεσθαι προείρητο.

« Φησὶ Βαλαὰμ υἱὸς Βεώρ· φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν, φησὶν ἀκούων λόγια ἰσχυροῦ, ὅστις ὅρασιν Θεοῦ εἶδεν, ἐν ὕπνῳ ἀποκεκαλυμμένοι οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ὡς καλοὶ οἱ οἶκοί σου, Ἰακὼβ, αἱ σκηναί σου, Ἰσραὴλ, ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι, καὶ ὡς παράδεισος ἐπὶ ποταμῶν, καὶ ὡσεὶ σκηναὶ, ἃς ἔπηξε Κύριος, ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα. Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, καὶ ὑψωθήσεται ἡ Γὼγ βασιλεία, καὶ αὐξηθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ. Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. Ἔδεται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυλιεῖ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν. Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οἱ εὐλογοῦντές σε εὐλόγηνται, καὶ οἱ καταρώμενοί σε κεκατήρανται. » Ἀνωτέρω διὰ τῆς προτεταγμένης προφητείας φήσας ὁ χρησμὸς τὸν Κύριον ἥξειν εἰς Αἴγυπτον, ἐδήλου τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διακυμιδὴν, τὴν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ γενησομένην· ἐν τούτοις δὲ τὴν ἐπάνοδον ἑξῆς καὶ ἀκολούθως τὴν ἀπ' Αἰγύπτου, ἣν ἅμα τοῖς γονεῦσιν εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐποιήσατο, θεσπίζει λέγων· « Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου. » Μόνος δὲ ἦν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ ἄλλος, ὁ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προελθὼν, καὶ πολλῶν κατακυριεύσας ἐθνῶν, ὥστε ἀναμφιλόγως ὁμολογεῖσθαι πέρας ἔχειν ἐπ' αὐτῷ καὶ τὴν παροῦσαν πρόρρησιν διαρρήδην ἐκφωνοῦσαν, ὅτι δὴ ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐξελεύσεταί τις ἄνθρωπος, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν· ἢ λεγέτω ὁ βουλόμενος, εἰ ἔχοι ἄλλον συστῆσαι τῶν πώποτε παρ' Ἑβραίοις ἐνδόξων, πολλῶν ἐθνῶν ἄρξαντα· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, ὅτι μηδὲ γέγονεν. Ἐπὶ δέ γε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἂν καὶ ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, αὐτή γε ἡ ἀλήθεια βοήσει καὶ μέγα κεκράξεται, ἀντικρυς παριστῶσα, ὅπως ἡ ἔνθεος αὐτοῦ δύναμις, διὰ τοῦ ἀναληφθέντος αὐτῷ ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ τοῦ κατὰ

[37] Num. XXIV, 3-9.

Digitized by Google

σάρκα ἀνθρώπου ἐκυρίευσε, καὶ εἰσέτι νῦν κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. Αὐτὸς ἄρα οὗτος ἐκεῖνος ἦν, καὶ οὐδ' ἄλλος, ὃν ἡ προφητεία προηγόρευσε, καθ' ὃν καὶ ἡ Γὼγ ὑψώθη βασιλεία, τῆς Χριστοῦ δυνάμεως συναυξούσης. Τοῦτον δ' ἐνταῦθά φησιν αἰνίττεσθαι καθ' Ἑβραίους τὸν τρόπον τὴν τῶν Ῥωμαίων βασιλείαν, ᾗ καὶ συνήκμασεν ἡ Χριστοῦ διδασκαλία. Μέμνηται δὲ τοῦ Γὼγ καὶ ὁ προφήτης Ἰεζεκιὴλ, ἄρχοντα Ῥὼς, Μοσὸχ καὶ Θοβὲλ ὀνομάζων· διὰ μὲν τοῦ Ῥὼς τὴν Ῥωμαίων, ὡς ἔοικε, πόλιν αἰνιττόμενος, ἐπεὶ καὶ ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ κατὰ τὴν Ἑβραίων φωνὴν διὰ τοῦ Ῥὼς δηλοῦται· διὰ δὲ τοῦ Μοσὸχ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ πέριξ ταύτης ἔθνη, ὅσα νῦν οἰκεῖα Ῥωμαίων ἐστί· διὰ δὲ τοῦ Θοβὲλ τὴν Ἰβηρίαν, οὕτω πως ἀπὸ τοῦ Θοβὲλ γεγονέναι φάσκων Θοβελήλους τοὺς Ἴβηρας· ὧν ἁπάντων ἄρχοντα τὸν Γὼγ ὑψωθήσεσθαί φησιν ἐπὶ τῆς τοῦ προφητευομένου Χριστοῦ παρουσίας, ὃν ὁ Θεὸς ὡδήγησεν ἐξ Αἰγύπτου, ὅτε κατὰ τὸν Ματθαῖον, ἐπιβουλεύοντος τοῦ Ἡρώδου παιδὶ ὄντι αὐτῷ, χρηματισθεὶς ὁ Ἰωσὴφ παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Δόξα δὲ μονοκέρωτος αὐτῷ τῷ Χριστῷ παρῆν, διὰ τὸ ἐν αὐτῷ εὐδοκηκέναι κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον. Διόπερ ὡς κέρας ἐπιγραφόμενος τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ Πατέρα αὐτοῦ, μονόκερως καὶ ἐν ἑτέραις Γραφαῖς ὠνομάσθη. Ὁ δ' αὐτὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῖς νοητοῖς καὶ λογικοῖς αὐτοῦ βέλεσι τὸν ἐχθρὸν καὶ ἀντικείμενον αὐτῷ διάβολον, πάσας τε τὰς ἀμφ' αὐτὸν ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις, διὰ κρείττονος καὶ ἀκαταμάχου δυνάμεως ἤλασεν, εἰσέτι τε νῦν κυριεύει ἐθνῶν πολλῶν, ὧν τὰ πάχη καὶ τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς λεπτύνων, ἐπὶ τὴν στενὴν ὁδὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτηδείους κατασκευάζει. Ἀλλὰ καὶ κατακλιθεὶς αὐτὸς οὗτος ὁ ἐξ Ἰσραὴλ προελθὼν ἄνθρωπος, ὁ κατακυριεύσας ἐθνῶν πολλῶν, « ἀνεπαύσατο, φησὶν, ὡς λέων, » οὕτω δηλῶν ἣν ἀνεδέξατο οἰκονομίαν, καθ' ἣν ὥσπερ τις βασιλικὸς καὶ θαῤῥαλέος θὴρ ἀνεπαύσατο, μηδενὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν βασιλείαν μεταστήσασθαι δυναμένου· πάντες τε οἱ τὸν Χριστὸν εὐλογοῦντες, λόγῳ τε καὶ βίῳ σεμνύνοντες τὴν ἀρετὴν τοῦ διδασκάλου, τῆς ἐκ Θεοῦ μετειλήφασιν εὐλογίας, αὔξοντες ὁσημέραι καὶ πληθύνοντες, κατὰ τὸ, « Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, » ἀληθέστερον ἐπ' αὐτῶν καὶ θεοπρεπέστερον τῆς θείας ἐκτελουμένης φωνῆς. Ὡς ἔμπαλιν οἱ ἀπὸ πρώτης τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς εἰσέτι καὶ νῦν αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτῶν συνεδρίοις ἀρώμενοι, τὴν ἐκ Θεοῦ κατάραν ἐξ ἐκείνου καὶ εἰσέτι δεῦρο καθ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο. Διὸ καὶ τὴν ἐσχάτην οὐ μόνον τῆς βασιλείας, ἀλλὰ καὶ τοῦ πάλαι σεμνοτάτου αὐτῶν ἁγιάσματος ἐρημίαν τε καὶ φθορὰν οὐ παύονται ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες. Ἄξιον δὲ παραθεῖναι τοῖς μετὰ χεῖρας τὴν πρὸς τὸν Ἰούδαν τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐναργέστατα εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα ἐφαρμόζειν προπαρεστήσαμεν, συνιδεῖν τε τὴν ἐν ἑκατέροις συμφωνίαν. Ὡς γὰρ ἐνταῦθα εἴρηται· « Ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐ-

A tur, planissime indicans, quemadmodum divina illius virtus per illum, qui ab ipso de semine Israel ratione corporis assumptus est, hominem dominata est, atque etiam nunc dominatur gentibus multis. Hic igitur ille ipse erat, non alius quispiam, quem prophetia prædixerat, cujus tempore etiam Gog regnum in sublime adauctum est, cum eo simul Christi virtute ac potentia crescente. Hoc autem modo aiunt Romanorum regnum secundum Hebræos significari, cum quo simul Christi doctrina robur atque incrementum accepit. Meminit autem Gog etiam propheta Ezechiel, dum principem Ros, Mosoch et Thobel nominat, ubi per illud quidem Ros, Romanorum, ut par est, civitatem significat: quandoquidem principatus et caput ea voce apud Hebræos intelligitur; per Mosoch autem Mysiam, et ei finitimas gentes, quæcunque nunc sub Romanorum imperio sunt, et per Thobel, Iberiam Josephus intelligit, qui a Thobel dicit factos esse Thobeelos, qui Iberes dicuntur, quibus omnibus imperantem Gog in sublime adaugendum ait, sub ejus Christi de quo prophetæ loquuntur adventum, quem Deus duxit ex Ægypto, quo tempore, ut apud Matthæum legitur, dum ipsi adhuc puero insidiatur Herodes, Joseph accepto oraculo, accepit puerum et matrem ejus, et reversus est in terram Israel. Rhinocerotis vero gloria ipsi Christo adfuit, propterea quod placuerit in eo habitare omnem plenitudinem divinitatis, ut ait sanctus Apostolus. Quapropter dum veluti cornu sibi universi Deum Patrem ascribit, etiam unicornis in aliis quibusdam Scripturis est nominatus. Idem porro Dei Verbum intelligibilibus rationalibusque suis sagittis, inimicum sibique adversantem diabolum, omnesque circa illum versantes invisibiles et malignas potestates, præstantiori sua et inexpugnabili virtute confixit, atque etiam nunc gentibus multis dominatur, quarum crassitudines et fastum corporeæ massæ extenuans ad angustam æternæ vitæ viam ingrediendam idoneas comparat. **425** Sed etiam recumbens idem hic homo ex Israel profectus, qui multis dominatus est gentibus. « quievit, inquit, ut leo, » quibus verbis quam ille assumpsit dispensationem, significat, secundum quam quasi quidam regulus, et quasi fera quædam audacior quievit, dum illius principatum ac regnum movere loco nemo est qui possit. Omnes autem qui Christo favent ac benedicunt, et tum oratione tum vita virtuti præceptoris addunt cultum et reverentiam, favoris benedictionisque divinæ vicissim participes facti, augescunt quotidie ac multiplicantur, utpote cum in ipsis divina illa vox: « Crescite et multiplicamini et replete terram [88], » et verius et Deo convenientius finem suum consequatur: sicut econtrario, qui a prima adversus illum conspiratione etiam nunc in suis illum consiliis exsecrantur, Dei in seipsos exsecrationem ex illo in

B

C

D

[88] Gen. 1, 28.

Digitized by Google

hunc usque diem contraxerunt. Quapropter non regni solum, sed etiam sui illius, quod honore omni ac reverentia colebant, sanctuarii, extremam solitudinem atque interitum in oculis habere, atque intueri non desinunt. Non abs re autem fuerit hisce quæ nunc tractamus, ipsius Jacob ad Judam prophetiam adjungere, quam etiam ipsam evidentissime Salvatori nostro accommodari jam demonstravimus, contemplarique eam, quæ in utrisque est, concordiam. Quemadmodum enim hic dictum est : « Egredietur homo de semine ejus (ipsius videlicet Jacob), » ita etiam illic dictum est : « De germine, fili mi, ascendisti [29], » ab ipso Jacob, ad eum de quo ipse vaticinatur. Utque in præsenti dicitur illud : « Et dominabitur gentibus multis, » sic in illis quoque illud : « Et ipse erit exspectatio gentium [30]. » Et rursus hic quidem : « Devorabit, inquit, gentes inimicorum suorum, et jaculis suis feriet inimicum; » in illis autem simili ratione illud dictum est : « Manus tuæ in tergo inimicorum tuorum [31]. » Item illud : « Catulus leonis Juda, » et illud : « Recumbens dormivisti ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum [32]? » quod in illis dictum est, nihil mihi differre videtur ab eo, quod nunc tractamus oraculo, cujus illa sunt verba : « Recumbens quievit ut leo, et ut catulus, quis excitabit illum? » Hæc autem non abs re unum in locum coegimus, ut quasi in ore duorum testium, ejus quæ in prophetis spectatur concordiæ, de Salvatore nostro demonstratio firmiorem accipiat auctoritatem. Sed omnia quæcunque in vaticinium Jacob contemplanda contulimus, huic item quod a Balaam dictum est, **426** accommodari poterunt, propter eorum quæ dicta sunt similitudinem. Quod si illa in nostro Salvatore completa esse ampliori demonstratione tum constitit, sequitur jam ut præsentia quoque fateamur.

A τοῦ, » (δῆλον δ' ὅτι τοῦ Ἰακώβ,) οὕτω κἀκεῖ· « Ἐξ ἐλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης, » εἴρητο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τὸν προφητευόμενον. Καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγεται τὸ, « Καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν, » ὁμοίως καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ, « Καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν ἐνταῦθα μὲν, « Ἔδεται, φησὶν, » ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρόν· » Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ἐκείνοις, « Αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, » ἐλέγετο. Καὶ τὸ, « Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, » καὶ τὸ, « Ἀνιπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » ἐν ἐκείνοις εἰρημένον, οὐδέν μοι δοκεῖ διαφέρειν τῆς μετὰ χεῖρας λέξεως φασκούσης· « Κατακλιθεὶς ἀνεπαύσατο ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἀναστήσει αὐτόν; » Ταῦτα δὲ εἰκότως εἰς ταὐτὸν B συνηγάγομεν, ἵν' ὥσπερ ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων τῆς ἐν ταῖς προφητείαις συμφωνίας ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόδειξις βεβαιοτέραν λάβοι τὴν κύρωσιν. Πάντα δ' οὖν τὰ εἰς τὴν τοῦ Ἰακὼβ πρόῤῥησιν τεθεωρημένα ἁρμόσειεν ἂν καὶ εἰς τὴν τοῦ Βαλαὰμ τῆς ὁμοιότητος τῶν λεγομένων ἕνεκα. Εἰ δὴ ἐκεῖνα διὰ πολλῆς ἀποδείξεως ἐπὶ τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα πεπληρωμένα συνέστη, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὰ παρόντα ὁμολογεῖν.

Ab Osee. — Item de illo quod dictum est : « Ex Ægypto vocavi Filium meum, » et de Herode rege, et eversione regni Judæorum.

C Ἀπὸ τοῦ Ὡσηέ. — Ἔτι περὶ τοῦ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου, » καὶ περὶ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Ἰουδαίων βασιλείας.

« Et exsurget perditio in populo tuo, et omnia munita tua peribunt, ut princeps Salaman de domo Jeroboam. In diebus belli matrem super filiis alliserunt. Sic faciam, vobis domus Israel, a facie injuriarum vestrarum. Mane ejecti sunt : ejectus est rex Israel, quoniam infans Israel. Et ego dilexi eum : et ex Ægypto evocavi filios ejus [33]. » Sed Aquila, Hebraicæ elocutioni inserviens, « Ex Ægypto vocavi filium meum, » interpretatus est. Ego autem necessario ad verbum notavi locum, quoniam Matthæus quoque posuit prophetiam, ubi in Ægyptum commigrasse Jesum, et illinc rediisse in terram Israel indicavit; si quis autem Salvatoris nostri in Ægyptum profectionem accuset, sciat id totum maxima cum ratione factum fuisse. Neque enim Herodis voluntariam malitiam cohibere par erat, neque rursus Salvatorem, puerum adhuc miracula exordiri jam tum, atque ante tempus divinam ostentare virtutem : quod sane factum fuisset, si mirabili quadam ratione insidiantem sibi Herodem punivisset, neque ullo modo illam in Ægyptum una cum parentibus secessionem pertulisset. Ve-

« Καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα τὰ περιτετειχισμένα σου οἰχήσεται, ὡς ἄρχων Σαλαμὰν ἐκ τοῦ οἴκου Ἱεροβοάμ. Ἐν ἡμέραις πολέμου μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἐδάφισαν. Οὕτω ποιήσω ὑμῖν, οἶκος Ἰσραήλ, ἀπὸ προσώπου τῶν ἀδικιῶν ὑμῶν. Ὄρθρου ἀπερῤῥίφησαν· ἀπερῤῥίφη βασιλεὺς Ἰσραήλ, διότι νήπιος Ἰσραήλ. Καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ. » Δουλεύσας τῷ Ἑβραϊκῷ, « Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου, » ἐξέδωκεν ὁ Ἀκύλας. Ἀναγκαίως δὲ τὸ ῥητὸν ἐπεσημειωσάμην, ἐπείπερ καὶ ὁ Ματθαῖος τέθειται τὴν προφητείαν, D ὁπηνίκα εἰς Αἴγυπτον διακομισθῆναι τὸν Ἰησοῦν, κἀκεῖθεν ἐπανελθεῖν ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ ἐδήλου. Εἰ δὲ ἐπιμέμφοιτό τις τῇ εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἴστω κατὰ λόγον αὐτὴν γεγονέναι. Οὔτε γὰρ ἐπισχεῖν τὸν Ἡρώδην τῆς αὐτοπροαιρέτου κακίας προσῆκον ἦν, οὔτ' ἂν βρέφος ἔτ' ὄντα τὸν Σωτῆρα τῶν θαυμάτων ἀπάρξασθαι, καὶ πρὸ καιροῦ τὴν θείαν ἐπιδείκνυσθαι δύναμιν· ὅπερ ἂν ἐπράχθη, εἰ παραδόξως ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ τὸν Ἡρώδην μετῆλθε, μηδαμῶς ὑπομείνας τὴν εἰς Αἴγυπτον ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἀναχώρησιν. Ἀλλὰ γὰρ ἦν τῆς κρείττονος οἰ-

[29] Gen. XLIX, 9. [30] ibid. 10. [31] ibid. 8. [32] ibid. 9. [33] Ose. X, 14, 15; XI, 1.

Digitized by Google

κονομίας ἐπὶ καιροῦ τοῦ προσήκοντος τῶν τῆς θεότητος ἀπάρξασθαι θαυμάτων, ᾧ γε διὰ παντὸς τοῦ βίου τὸ πρᾶον καὶ ἀνεξίκακον μεμαρτύρηται, προχείρῳ μὲν εἰς τὰς εὐποιίας καὶ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας γενομένῳ, μηδένα δὲ τῶν μὴ ἀκουόντων ἀμυνομένῳ, μηδὲ ὅτε ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤγετο, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος. Πῶς οὖν εἰκὸς ἦν τὸν τοιοῦτον δεῖν ἐν παιδίῳ μὴ οὐχὶ ὑποχωρῆσαι τῇ τοῦ Ἡρώδου κακίᾳ, ᾧ καὶ ἐν ἀνδρὶ τὸ ἀναχωρεῖν καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκκλίνειν μεμαρτύρηται, ἐπικρύπτεσθαί τε καὶ ὑποφεύγειν τὸν ἐπὶ ταῖς παραδοξοποιίαις ἔπαινον; παρῄνει γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις μηδενὶ λέγειν. Εἰ δ' ἐπὶ τὸν λαὸν τὴν προφητείαν ἀναφέροι τις, φάσκων περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος τοῦ Ἰσραὴλ λαοῦ εἰρῆσθαι, ἐπιστησάτω τῇ τοῦ λόγου ἀκολουθίᾳ, ταῦτα ἔσεσθαι φησάσῃ μετὰ τὸ εἰπεῖν ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλήμ· « Καὶ ἐξαναστήσεται ἀπώλεια ἐν τῷ λαῷ σου, καὶ πάντα περιτετειχισμένα σου οἰχήσεται. » Καὶ ἄπερ, φησὶν, ὁ τοιόσδε ἄρχων πέπονθε κατὰ τὸν ἐπελθόντα αὐτῷ πόλεμον, ἐν ᾧ μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν, τὰ παραπλήσια καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ποιήσω διὰ τὰς κακίας ὑμῶν. Ὑμῖν δὲ τίσι ἢ τοῖς καλουμένοις Ἰσραηλίταις, οἳ καὶ ἀπερρίφητε σὺν τῷ βασιλεῖ ὑμῶν; τὸν Ἡρώδην αἰνιττόμενος· καὶ ταῦτά γε πάντα πεπόνθατε, «διότι παῖς, » φησὶν, « Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἠγάπησα αὐτὸν, καὶ ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου. » Πῶς γὰρ οἷόν τε κατὰ τὸ αὐτὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμέμφεσθαι, καὶ πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἐπαινεῖν; Ἀλλ' ἦν ὁ ἀληθὴς νοῦς ταύτην ἔχων θεωρίαν. Ἰσραὴλ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ καθ' ἑτέρας ἀνηγόρευται προφητείας, ὡσπεροῦν καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης. Ἐπειδὴ τοίνυν οὗτος, φησὶν, ὑπήκοός μοι γενόμενος, μορφὴν δούλου εἴληφε, καὶ γέγονε παιδίον ἀγαπητόν ἐμοὶ, πᾶσαν τὴν ἐμὴν ἐκτελέσας βουλὴν, διὰ τοῦτο αὐτὸν μὲν ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἣν ἐνανθρωπήσας κατελήλυθεν, οὕτω δηλουμένου τοῦ περιγείου τόπου, ἢ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς προχείρου οἷα γνήσιον καὶ ἀγαπητὸν Υἱὸν ἀνεκαλεσάμην· ὑμᾶς δὲ, τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος, σὺν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ βασιλείᾳ ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια παραλήψεται. Ταῦτα μὲν ἡ προφητεία· πρόδηλον δὲ ὅπως ἀπὸ τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνων πολιορκηθείσης τῆς Ἱερουσαλὴμ, καθῃρέθη καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἀπερρίφη ἡ μέχρι τότε συστᾶσα τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους αὐτονομία τε καὶ ἀρχή. Πλὴν ἀλλὰ τρίτον ἤδη τὰ περὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς αὐτόθι ἀφίξεως αὐτοῦ προπεφήτευται. Εἰ δέ τις αὐτὰ μηδαμῶς ἐφαρμόζειν ἐπὶ τὸν ἡμέτερον λέγοι Σωτῆρα, ἀλλὰ τά γε τῆς τοῦ Ματθαίου παραθέσεως ἀπὸ τῆς παρὰ Μωϋσεῖ μαρτυρίας αὐτῷ παρειλημμένα, ἣν καὶ ἀρτίως διεληλύθαμεν, τὸ, « Ὁ Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, » διηγούμενοι· ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς ἀπὸ τῆς τοῦ Ὡσηὲ προφητείας εἰλῆφθαι αὐτῷ τὸ λόγιον ἔφησεν, ὡς δύνασθαι, καὶ πόθεν ἐπιζητήσαντας, εὑρεῖν αὐτὸ κείμενον· ὅθεν εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν πεποιῆσθαι αὐτοῦ τὴν ἔκθεσιν.

A rum enim præstantioris cujusdam dispensationis ac sapientiæ fuit, suo atque accommodato tempore miraculorum, quæ ad divinitatem pertinent, initium facere eum cui in tota vita mansuetudinis et clementiæ testimonium redditum est, quique ad promerendum, atque ad communia officia fungenda propensus exstitit, nec aliquem unquam eorum qui non ipsi auscultaverunt, ultus est, ne tunc quidem cum ut ovis ad occisionem ducebatur, atque ut agnus coram tondente se, obmutescebat. **427** Qui autem, quæso, convenisset, eum, qui talis erat, puerum adhuc Herodis malitiæ non concedere, cui etiam ad virilem ætatem profecto, concedendi et malignos declinandi, testimonium redditum est? quique et se occultare, et in miraculis edendis B laudem effugere consueverit? nam quos ipse curasset, iis imperabat ut nemini dicerent. Quod si quis prophetiam hanc ad populum referat, dicatque hæc de populo ex semine Israel oriundo dicta esse, is attendat verborum ordinem in quibus hæc futura dicuntur, postquam dictum est quasi ad ipsum Jerusalem, « et exsurget perditio in populo tuo, et omnia munita tua peribunt; » et quæ quidem princeps passus est in bello, in quo matrem super filiis, teriæ alliserunt, eadem vobis quoque ipsis faciam propter malitias vestras. Vobis porro quibus tandem aliis, nisi qui vocamini Israelitæ? quique etiam rejecti estis cum rege vestro? ubi Herodem obscurius indicat: et hæc omnia passi estis, « quoniam puer, inquit, est Israel, et ego dilexi eum: et de Ægypto vocavi filium meum. » C Qui enim fieri potest, ut eodem in loco eosdem et accuset et laudet? sed verus sensus est is, qui hanc habet contemplationem. Israel enim in alia prophetia dictus est Christus, quemadmodum in hac quoque quam nunc tractamus. Quoniam igitur hic, inquit, obediens mihi factus, formam servi accepit, et factus est puer mihi dilectus, dum omnia quæcunque volo efficit, idcirco illum ex Ægypto, ad quam hominis forma assumpta descendit, dum ea voce terrenus locus significatur, aut etiam ex illa vulgatiore tanquam legitimum dilectumque Filium evocavi: vos autem ipsos ad quos sermo directus est, una cum regno vestro interitus et perditio D comprehendet. Hæc quidem ipsa prophetia: constat autem quemadmodum post Salvatoris nostri tempora, cum obsessa fuisset ac vastata Jerusalem, sublatus est, et ad extremam perniciem rejectus, qui usque ad illud tempus steterat Judaicæ gentis legum usus omnisque principatus. Verumtamen jam tertio, quæ ad Ægyptum pertinent, quæque ad iter quod in illam est factum, divinitus prædicta sunt: quod si quis nullo modo fateatur ea nostro Salvatori convenire, at saltem cum ea Matthæus apposuerit, de testimonio quod est apud Mosem ab illo accepta, ne neget, quod paulo ante tractavimus, dum illud **428**: «Deus duxit illum ex Ægypto, » enarremus, quando ne ipse quidem evangelista, se ab ipsius Oseæ prophetia oraculum accepisse indicavit, ut undecunque quærentes possint illi ubicunque positum sit, invenire: ibi videlicet unde par est evangelistam illud protulisse.

Digitized by Google

Ab Isaia. — De Joannis in deserto prædicatione.

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Περὶ τοῦ κατὰ τὴν ἔρημον Ἰωάννου κηρύγματος.

A « Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur : et erunt prava in rectam, et asperæ in vias planas : et videbitur gloria Domini. Et videbit omnis caro salutare Dei, quoniam Dominus locutus est[34]. » Hoc quoque vaticinium oportebat sub Salvatoris nostri tempus suum finem contingere. Quocirca, ut apud Lucam evangelistam scriptum est, « In anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, » cæterisque imperantibus qui cum hoc connumerantur, « factum est verbum Dei ad Joannem Zachariæ filium, in deserto. Et cum venisset in omnem terram, quæ est circum Jordanem, prædicavit baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum[35]. » Hisce autem evangelista adjicit testimonium, dicens : « Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini[36], » et quæ sequuntur. Quid igitur tandem aliud clamabat Joannis illa in deserto prædicans vox ad turbas exeuntes, ut ab ipso baptizarentur, tanquam ad reptilia deserti, quam conveniens accommodatumque illud : « Germina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira[37] ? » Et rursus dum pravas animas in rectas, et asperas in vias planas reparat, dicebat iisdem : « Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ[38]. » Et hæc scilicet complebantur, dum Joannes præparabat eos qui visuri erant gloriam Domini, et C quod vocatur salutare Dei, quod quidem nihil aliud est, quam Christus, sicut verbis illis testificatur : « Ego quidem vos aqua baptizo : venit autem fortior me post me, **429** cujus non sum dignus calceamenta gestare. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne[39]. » Qui etiam cum Jesum vidisset venientem, exclamavit : « Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est[40]. » Quod vero idem esset salutare Dei, Simeon quoque testificatus est, qui accepto in ulnas puero Jesu, dixit : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad D revelationem gentium[41]. » Quibus etiam propheta consentit, dum ait : « Et videbit omnis caro salutare Dei. » Illud enim, « omnis caro, » pro omnibus gentibus dictum est. Ut autem demonstretur quomodo hæc suum finem contigerint, et gentes Christum Dei agnoverint, multis non opus est verbis : et quæ quidem ad verbum solent considerari, in hunc completa sunt modum. Cæterum quid, quæso, fuit in causa, ut non in urbibus neque in ipsa Jerusalem, sed in deserto, Joannes suggestum sibi ad prædicandum elegerit? ad hoc quispiam

« Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. » Ἔδει καὶ ταύτην ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπὶ πέρας ἐλθεῖν τὴν πρόρρησιν. Διόπερ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, « Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος, ἐπιτροπεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας, » καὶ τῶν τούτῳ συναριθμουμένων, « ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ B ἐρήμῳ· ὃς ἐλθὼν εἰς πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ἐκήρυσσε βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. » Τούτοις δ' οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπιμαρτυρεῖ λέγων· « Καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τί δὴ οὖν ἐβόα ἡ διὰ τοῦ Ἰωάννου φωνὴ ἐπὶ τῆς ἐρήμου κηρύσσουσα ἢ τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ἑρπετοῖς ἐρήμου τυγχάνουσιν, εἰκείως τῇ προφητείᾳ· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; » Πάλιν τε αὖ τὰς σκολιὰς ψυχὰς εἰς εὐθείας, καὶ τὰς τραχείας εἰς ὁδοὺς λείας μετασκευάζουσα ἔφασκε τοῖς αὐτοῖς· « Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας. » Καὶ ταῦτά γε συνετελεῖτο προπαρασκευάζοντος C Ἰωάννου τοὺς ὀψομένους τὴν δόξαν Κυρίου, καὶ τὸ καλούμενον σωτήριον τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄλλον ὄντα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐμαρτύρει λέγων· « Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὕδατι βαπτίζω· ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου· οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Ὃς καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον ἀνεφώνησεν· « Ἰδὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον· « Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονε. » Τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ Συμεὼν ἐμαρτύρησεν, ὃς λαβὼν ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις βρέφος ὄντα τὸν Ἰησοῦν, ἔφη· « Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ. Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν· » οἷς συνᾴδει καὶ ὁ προφήτης εἰπών· « Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Τὸ γὰρ « πᾶσα σὰρξ, » ἀντὶ πάντων εἴρηται τῶν ἐθνῶν. Ὅπως δὲ ταῦτα τέλους ἔτυχε, καὶ τὰ ἔθνη τὸν Χριστὸν ἐπέγνω τοῦ Θεοῦ, μακρῶν οὐ δεῖ λόγων. Καὶ τὰ μὲν ῥητὰ τοῦτον ἐπληροῦτο τὸν τρόπον. Τί δ' ἦν τὸ αἴτιον τοῦ μὴ ἐν πόλεσι, μηδ' ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου Ἰωάννην παρελθόντα κηρύττειν; ὁ μέν τις φήσαι ἂν εἰς ἀποπλήρωσιν τῆς προφη-

[34] Isa. XL, 3-5. [35] Luc. III, 1-3. [36] ibid. 4. [37] ibid. 7. [38] ibid. 8. [39] ibid. 16. [40] Joan. I, 29, 30. [41] Luc. II, 29-32.

Digitized by Google

τείας τοῦτο αὐτὸν πεποιηκέναι· ἀλλ' ὁ ἀκριβὴς εὐθέως ἐξετάζων, αὐτὴ δὲ ἡ προφητεία τί ποτ' ἄρα σημαίνειν βουλομένη τὴν ἔρημον καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἐδήλου, πεύσεται· πρὸς ὃν φήσομεν, ὅτι καὶ τοῦτο σημεῖον ἦν καθαιρέσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ πρὸς αὐτῇ θυσιαστηρίου, τῆς τε κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρείας, ὅτε μηκέτ' αὐτοῖς διὰ τῶν κατὰ νόμον θυσιῶν τὰ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν προὔξενεῖτο, ἀλλὰ διὰ καθάρτεως λουτροῦ ἐπὶ τῆς πάλαι διψάδος καὶ ἐρήμου, λέγω δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας, παραδιδομένου, ἐν ᾗ καὶ ἡ προφητικὴ γενομένη φωνὴ ἑτοιμάζειν παρακελεύεται τὴν ὁδὸν Κυρίου, τὰς μὲν κάτω που εἰς βάθος κακίας, ὡς ἐν φάραγγι κειμένας ψυχὰς ἐπαρθήσεσθαι, τὰ δὲ πάλαι ὑψώματα τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἀρχόντων τε καὶ βασιλέων, ὄρη καὶ βουνοὺς ὀνομαζόμενα, ταπεινωθήσεσθαι θεσπίζουσα· ὧν ἐπιτελεσθέντων, φησί· « Πᾶσα σὰρξ ὄψεται τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. » Δῆλον δ' ὅτι πᾶσα ἡ ἐν σαρκὶ ἐπὶ γῆς ἀναστρέφουσα ψυχὴ Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ βαρβάρων, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν ἐθνῶν· ἃ καὶ τῇ προρρήσει ἀκολούθως εἰς πέρας ἐλθόντα δείκνυται. Ζητῶ δὲ παρ' ἐμαυτῷ, τί ἄρα ἦν τὸ ἐκπλῆξαν τοὺς πολλοὺς ἐν τῷ Ἰωάννῃ, ὡς θαυμάσαι αὐτὸν καὶ κηρύττοντι βάπτισμα μετανοίας πιστεῦσαι, πάντας τε πανταχόθεν τὰ οἰκεῖα ἀπολιπόντας συρρεῖν ἐπὶ τὴν ἔρημον, μάλιστα ὅτε μηδεμίαν αὐτοῦ πρᾶξιν ἱστοροῦσιν οἱ λόγοι. Οὔτε γὰρ νεκροὺς ἐγείρας, οὔτε ἕτερα θαύματα πεποιηκὼς ἀναγέγραπται. Τί δὴ οὖν ἦν τὸ ἐκπλῆξαν τοὺς πάντας; ἢ μήποτε ὁ ξένος καὶ παραλλάττων τῶν πολλῶν αὐτοῦ βίος; προῆει γὰρ ἐκ τῆς ἐρήμου ξένην ἡμφιεσμένος στολὴν, πᾶσαν δὲ τὴν κοινὴν ἀνθρώπων διατριβὴν ἐκτρεπόμενος· οὔτε γοῦν εἰς κώμην, οὔτε εἰς πόλιν, οὔτε εἰς κοινὸν σύλλογον ἀνδρῶν παρέβαλλεν. Ἀλλὰ οὐδὲ τῆς κοινῆς μετεῖχε τροφῆς· γέγραπται γοῦν, ὡς « ἐκ τῆς τοῦ παιδὸς ἡλικίας ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἦν ἐκ τριχῶν καμήλων πεποιημένον, ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. » Μή πη οὖν, ὁρῶντες ἄνδρα Ναζιραῖον μὲν Θεοῦ τὴν τρίχα, θεοπρεπὲς δὲ πρόσωπον ὑποφαίνοντα, σχῆμά τε ξένον περιβολῆς ἡμφιεσμένον, ἀθρόως πούὲξ ἀφανοῦς ἐρήμου φαινόμενον, καὶ μετὰ τὸ κήρυγμα πάλιν εἰς τὴν ἔρημον καὶ εἰς τὸ ἀφανὲς ὑποχωροῦντα, καὶ ἄποτον, ἄτροφον, ἀκοινώνητον τοῖς πολλοῖς, εἰκότως ἐξεπλήττοντο, μηδ' ἄνθρωπον αὐτὸν ὑπονοοῦντες ὑπάρχειν; πῶς γὰρ τὸν μηδὲν χρείᾳ τροφῆς γινόμενον; διὸ καὶ ἄγγελον ὑπειλήφεσαν εἶναι τοῦτον αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν διὰ τοῦ προφήτου δηλούμενον, κατὰ τὸ, « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. » Κέχρηται γοῦν τῇ παραθέσει καὶ ταύτης τῆς Γραφῆς Μάρκος ὁ εὐαγγελιστής. Καὶ ὁ Σω-

A fortasse responderit, illum hoc fecisse ut prophetia compleretur. Sed qui exquisitius ac diligentius se doceri voluerit, illico interrogabit : Atqui prophetia hæc quid tandem sibi volebat, cum desertum, et ea quæ ad id genus pertinent enuntiabat? cui respondebimus, quod hoc quoque signum erat evertendæ urbis Jerusalem, et ejus quod in ipsa erat altaris, ritusque illius, qui secundum Mosaicam legem servabatur, quando non amplius per legitima sacrificia remissio illis peccatorum conciliabatur, sed per purgationem lavacri, quod in olim sitibunda ac deserta, dico autem, in collecta de gentibus Ecclesia, tradebatur, in qua etiam illa quæ facta est prophetica vox, parare viam Domini jubet, dum malitias in imo quodam fundo, quasi in convalle posi-
B tas animarum auferendas, et veteres urbis Jerusalem atque eorum qui in illa imperabant principum ac regum, qui montes et colles nominantur, altitudines dejiciendas vaticinatur, quibus perfectis, « Omnis, inquit, caro videbit salutare Dei. » Hoc est omnis quæcunque corpori inclusa in terra versatur anima, tam barbarorum quam Græcorum, hoc est, omnium omnino gentium : quæ quidem ipsi vaticinio consentanea ad suum finem pervenisse demonstrantur. **430** Dum igitur mecum tacitus quæro, oborta mihi est dubitatio, quid tandem illud esset in Joanne, quo capta multitudo illa admiraretur hominem, et prædicanti baptisma pœnitentiæ fidem haberet, quidque illud quo ducti
C omnes undique rebus propriis relictis confluerent in desertum, cum præsertim nulla illius gesta memoriæ prodita sint : neque enim quod aut mortuos excitaverit, aut alia miracula fecerit, scriptum exstat. Quid igitur illud erat quod admirabundos omnes redderet? Num forsitan novum et quod a multitudine abhorreret vitæ illius genus? procedebat enim ex deserto inusitatum indutus habitum, omnemque communem hominum consuetudinem declinans : nam neque in vicum ullum, neque in urbem, neque in communem aliquem virorum cœtum commeabat. Sed ne victu quidem communi vescebatur : siquidem scriptum est, quod « a puerili ætate in solitudine versaretur ad illum usque diem, quo ipsi Israel ostenderetur. Quin etiam ejus ve-
D stimentum ex pilis camelorum confectum erat, et cibus locustæ et mel silvestre. » Nunquid igitur cum capillo quidem Naziræum Dei viderent, qui, quæ Deum facile deceat, faciem ostentaret, vestimenti autem inusitatum genus indutum, repente nescio unde e latebris solitudinis prodeuntem, et post prædicationem, rursus in solitudinem et in latebras recedentem, sine potu, sine cibo, abhorrentem a multitudine, merito obstupescebant, et ne hominem quidem illum esse arbitrabantur? quidni illum qui vel nullo cibo indigeret? quocirca eumdem angelum esse credebant illum ipsum de quo propheta loquitur, dum dicit : « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam

Digitized by Google

τείᾳ πτωχοῖς εὐαγγελιζόμενος εἰσάγεται παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ὅτε « ἰδὼν τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτούς, λέγων· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καὶ τυφλοῖς δὲ ἀνάβλεψιν παρεσχημένος οὐκ ὀλίγοις ἀναγέγραπται· οὐ μόνον γὰρ τοῖς τὰς ὄψεις τοῦ σώματος ἠφανισμένοις τὸ βλέπειν ἐδωρεῖτο, ἀλλά γε καὶ τοῖς πρότερον τῇ ψυχῇ τυφλώττουσιν αἴτιος τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γέγονεν. Καὶ ἄλλως τῆς οὔσι δεσμίοις καὶ ἀπηγμένοις αἰχμαλώτοις ὑπὸ τῆς ἀοράτου καὶ δαιμονικῆς δυνάμεως, κακῶν τε σειραῖς πεπεδημένοις ἐλευθερίαν καὶ ἄνεσιν τῶν συνεχόντων ἐκήρυττεν, εἰ καὶ αὐτοί, τῷ κηρύγματι πιστεύσαντες, οἷα λυτρωτῇ καὶ Σωτῆρι προσδράμοιεν αὐτῷ, καὶ τοῖς αὐτοῦ πειθθεῖεν παραγγέλμασι. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ λογίου κατὰ καιρὸν ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ἐξετασθήσεται.

A scribit Matthæus, ubi illum pauperes evangelicæ instruentem inducit, quo tempore « videns turbas ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad illum discipuli ejus, et aperiens os suum docebat eos, dicens : Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [67]. » Nam etiam illud scripto proditum est, quod cæcis non paucis visum restituerit; **443** non solum enim iis, qui oculis corporis capti erant, visum largiebatur, sed etiam iis, qui in altero genere caligabant, ut animo Deum universi intuerentur atque agnoscerent, auctorem se exhibebat. Alioqui vero etiam iis, qui ab invisibili ac dæmonica potestate vincti essent captivique abducti ac malorum catenis impliciti, libertatem, dissolutionemque earum rerum, a quibus tenebantur, denuntiabat, si modo ipsi quoque illius prædicationi fidem adhibentes, ad illum tanquam ad redemptorem et Salvatorem accurrebant et illius præceptis obtemperabant. Cæterum, quæ ex hoc oraculo supersunt, suo tempore in iis, quæ de promissionibus tractanda sunt, exquirentur.

B

Ἀπὸ τοῦ Δευτερονομίου. — Περὶ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίας.

« Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός σου ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα ὅσα ἠτήσω παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐν Χωρὴβ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἐκκλησίας, λέγοντες· Οὐ προσθήσομεν ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τὸ πῦρ τὸ μέγα τοῦτο οὐκ ὀψόμεθα ἔτι, οὐδὲ μὴ ἀποθάνωμεν. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησαν· Προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἀναστήσω αὐτοῖς ὥσπερ σε, καὶ δώσω τὸ ῥῆμά μου εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς καθ' ὅ τι ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πάντα ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. » Ἐπίστησον ὅτι μηδεὶς παρ' Ἑβραίοις Μωσεῖ παραπλήσιος προφήτης ἐγήγερται, τουτέστι νομοθέτης, καὶ εὐσεβείας ἀνθρώποις εἰσηγητής, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος Σωτήρ, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ· πρὸς γοῦν τῷ τέλει τοῦ Δευτερονομίου λέγεται· « Οὐκ ἀνέστη ἔτι προφήτης ἐν Ἰσραὴλ ὡς Μωϋσῆς. » Καὶ μὴν μυρίοι προφῆται μετὰ τοῦτον γεγόνασιν, ἀλλὰ οὐχ ὡς αὐτός. Ὅλον δὲ τοῦτο ἡ τοῦ Θεοῦ ὑπόσχεσις ἐπαγγέλλεται, ἕνα τινὰ, οὐχὶ δὲ πολλοὺς, καὶ ὅμοιον ἀναστήσειν αὐτῷ. Δηλοῖ δὲ τοῦτον νομοθέτην καὶ εὐσεβείας ἀνθρώποις διδάσκαλον, οἷος μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ οὐδὲ ἄλλος ἀναδέδεικται, νομοθέτης ὁμοῦ καὶ προφήτης τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, καὶ Πατρὸς αὐτοῦ γενόμενος. Ἀλλ' ὁ μὲν ἔθνους ἑνὸς ὁ Μωϋσῆς ἡγήσατο, καὶ κατάλληλα δὲ τούτῳ μόνῳ, οὐχὶ δὲ καὶ ἄλλοις ἔθνεσι νομοθετῶν ἀποδέδεικται· ὁ δέ γε Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, λαβὼν ἐπαγγελίαν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν, « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου· » ὡς ἂν μὴ μόνον Ἰουδαίοις, ἀλλὰ καὶ τῷ παντὶ τῶν ἀνθρώπων γένει καινὸς νομοθέτης εὐσεβείας ὑπὸ τοῦ Πατρὸς καταστῆναι τῇ πάντων τῶν ἐθνῶν κλήσει δυνατὴν καὶ ἁρμόδιον προβέβληται νο-

A Deuteronomio. — De novæ legis in Evangelio Christi sanctione.

« Prophetam de fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus sicut me : illum audietis in omnibus quæcunque postulasti a Domino Deo tuo in Choreb in die concionis dicentes : Non ultra audiemus vocem Domini Dei nostri, et ignem hunc grandem non videbimus amplius, neque moriemur; et dixit Dominus ad me : Recte omnia locuti sunt; prophetam ex fratribus ipsorum suscitabo eis sicut te, et dabo Verbum meum in os ejus, et loquetur eis secundum quodcunque præcepero illi, et quicunque homo non audierit omnia quæcunque loquetur propheta ille in nomine meo, ego ulciscar in eo [68]. » Animadverte diligenter ut nullus plane apud Hebræos Mosi similis propheta surrexerit, hoc est, qui et legum auctor, et pietatis apud homines introductor exstiterit, nisi unus Salvator noster Christus Dei; itaque in fine Deuteronomii legitur. « Non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moses [69]. » Nam etsi innumerabiles prophetæ post illum exstiterunt, at non tamen sicut ille. Totum vero hoc ipsa Dei pollicitatio complexa est, quippe quæ unum duntaxat non multos et eumdem similem illi suscitandum promittat. Significat autem hunc et legum auctorem et pietatis apud homines magistrum futurum, cujusmodi unus Salvator ac Dominus noster Jesus Christus, nec alius præterea **444** quispiam fuisse demonstratur, et legum auctor videlicet, et idem sui patris, qui Deus est universi, propheta. Et Moses quidem unius duntaxat gentis dux fuit, et quæ uni illi, non autem cæteris quoque gentibus accommodari possent, in legibus suis sanxisse reperitur, at vero ipse Christus Dei, ubi a Patre promissum illud accepit : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam [70] : » utpote qui non solis Judæis, sed etiam

C

D

[67] Matth. v, 1-3. [68] Deut. xviii, 15 19. [69] Deut. xxxiv, 10. [70] Psal. ii, 8.

Digitized by Google

universo hominum generi novus legum pietatisque auctor a patre constitueretur, vocationi omnium gentium, tum facilem, tum accommodatam legum disciplinam exposuit. Cum ergo ampliori quam quæ hominem deceat auctoritate, leges invenerit, diviniore etiam quam quæ a Mose præstari potuerit virtute, in toto orbe servandas sacrosanctas suas leges per suos evangelistas descripsit, dum ita ad illos dicit. « Audistis quod dictum sit antiquis: Non occides; ego autem dico vobis ne irasci » quidem temere [71], et quæcunque his adjuncta in publice descriptis ipsius documentis circumferuntur, quæ quidem ipse etiam evangelista commendat, quod utique obstupescerent omnes doctrinam illius, eo quod « doceret eos tanquam potestatem habens, non tanquam scribæ ipsorum [72]. » Cum autem totius operis initio, quis esset Salvatoris nostri, tum in doctrina, tum in legibus sanciendis modus, explanaverimus, ubi quid esset Christianismus in medium protulimus, ad illa ipsa legentes etiam nunc remittimus. Sed diligentiori quadam animadversione res digna esse videtur, cur ita Dominus prophetam illis se suscitaturum polliceatur. Quoniam igitur Mosem ipse Dominus jusserat universum populum triduo expiare, ut simul et spectatores illi et auditores divini adventus efficerentur, illi autem infirmiores ad gratiam Dei exsistebant, ut propterea cum jam et intueri et audire inciperent, eam rem ipsi recusaverint, dicentes ad Mosem: « Tu loquere ad nos, neque loquatur ad nos Deus, ne moriamur [73]: » merito ob eam rem suscipit quidem illorum pietatem ac reverentiam Dominus, idem vero ait: « Recte omnia quæcunque locuti sunt, prophetam excitabo illis de medio fratrum sicut te. » Sic ergo causam quoque docuit, cur tanquam propheta fuerit venturus ad homines. Ea vero fuit hominum imbecillitas, et præstantioris visus recusatio. Habes igitur causam, cur propheta ille, qui venturus canebatur, homo esset futurus. **445** Merito igitur exspectantes illum Judæi, Joannem Baptistam interrogabant, ac dicebant: « Ipse propheta es tu? et respondit, non [74]. » Verum cum Joannes verum fateretur, non se prophetam esse negavit; erat enim, sed se illum esse prophetam duntaxat, quem Moses venturum prædixisset. Quod vero ante illum prophetam missus esset, planissime demonstravit. Cæterum, quoniam prophetica oratio unis iis qui ad circumcisionem pertinent, suscitandum esse prophetam canebat, merito Salvator ac Dominus noster, utpote qui ipse esset ille antea denuntiatus, « Non veni, inquit, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel [75]. » Apostolos autem suos monebat, dicens: « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis. Ite vero potius ad oves quæ perierunt domus Israel [76]; » ubi plane ostendit, se primo loco ad illos esse missum, sicut etiam ab ipsa prophetia

A μοθεσίαν. Θειοτέρα γοῦν ἡ κατὰ Μωϋσέα δυνάμει κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου τοὺς ἱεροὺς αὐτοῦ νόμους διὰ τῶν εὐαγγελιστῶν αὐτοῦ διετάξατο, μείζονι ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐξουσίᾳ νομοθετήσας, εἰπών· « Ἠκούσατε, ὅ τι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μηδὲ· ὀργίζεσθαι » εἰκῇ, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα ὅσα δὴ ἐν ταῖς ἀναγράπτοις αὐτοῦ διδασκαλίαις ἐμφέρεται, ἐφ' οἷς μαρτυρεῖ λέγων ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι ἐξεπλήττοντο πάντες ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ· ἦν γὰρ « διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς αὐτῶν. » Τὸν δὲ τρόπον τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας τε καὶ νομοθεσίας ἐν ἀρχαῖς τῆς παρούσης ὑποθέσεως διελθόντες, ὅτε τὸν Χριστιανισμὸν, ὅ τί ποτέ ἐστιν εἰς φανερὸν ἤγομεν, ἐπ' ἐκεῖνα καὶ νῦν τοὺς ἐντυγχάνοντας παραπέμψομεν.

B Ἐπιστῆσαι δὲ τῷ λόγῳ ἄξιον, δι' ὃν ὁ Κύριος ὑπισχνεῖται προφήτην ἀναστήσειν αὐτοῖς. Ἐπειδὴ γὰρ κεκελεύκει μὲν αὐτὸς τῷ Μωϋσεῖ ἁγνίσαι τὸν πάντα λαὸν ἐφ' ἡμέραις τρισὶν, ὡς ἂν γένοιντο θεαταὶ ὁμοῦ καὶ ἀκροαταὶ τῆς ἐνθέου ἐπιφανείας, οἱ δὲ ἐξησθένησαν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν· διὸ ἐν ἀρχῇ γενόμενοι τῆς θεωρίας, παρῃτοῦντο λέγοντες τῷ Μωϋσεῖ· « Σὺ λάλει πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν. » Εἰκότως διὰ ταῦτα ἀποδέχεται μὲν αὐτοὺς ὁ Κύριος τῆς εὐλαβείας, φησὶ δέ· « Ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησαν· Προφήτην ἀναστήσω αὐτοῖς ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν, ὥσπερ σέ. » Οὐκοῦν τὸ αἴτιον ἐδίδαξε τοῦ ῥῆξαι προφήτου μέλλειν αὐτὸν εἰς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν ποιεῖσθαι· τοῦτο δ' ἦν ἀσθένεια ἀνθρώπων, καὶ τῆς κρείττονος θεωρίας παραίτησις. Ἔχεις τοιγαροῦν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ θεσπιζομένου προφήτου. Εἰκότως οὖν προσδοκῶντες αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς ἐπυνθάνοντο τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, καὶ ἔλεγον· « Ὁ προφήτης εἶ σύ; Ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ. » Ἀλλ' ὁ Ἰωάννης, τἀληθὲς ὁμολογῶν, οὔτε προφήτης εἶναι ἠρνήσατο, ἦν γὰρ, ἀλλὰ τὸ αὐτὸς εἶναι ὁ προφήτης ὁ πρὸς τοῦ Μωϋσέως δεδηλωμένος· ὅτι δὲ ἀπεσταλμένος εἴη ἔμπροσθεν τοῦ προφήτου ἐκείνου ἐδίδασκε. Καὶ ἐπειδήπερ ὁ λόγος αὐτοῖς δὴ τοῖς ἐκ περιτομῆς ἀναστήσεσθαι τὸν προφήτην ἐθέσπιζεν, εἰκότως ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἅτε δὴ αὐτὸς ὢν ὁ προκεκηρυγμένος, « Οὐκ ἦλθον, φησὶν, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. » Τοῖς δὲ ἀποστόλοις αὐτοῦ παρῄνει λέγων· « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· » σαφῶς διδάσκων, ὅτι δὴ αὐτοῖς προηγουμένως ἀπέσταλτο, τῇ προφητείᾳ ἀκολούθως. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐδέξαντο τὴν χάριν, ἀπελέγχει μὲν αὐτοὺς ἐν ἑτέροις, λέγων· « Διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὑπακούων. » Φησὶ δὲ πρὸς αὐτούς· « Ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. » Καὶ τοῖς γε αὐτοῦ μαθηταῖς μετὰ τὴν ἐκείνων παραίτησιν προστάττει· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Οὕτω δῆτα ἡμεῖς μὲν τὰ ἔθνη

C

D

[71] Matth. v, 21, 22. [72] Matth. vii, 29. [73] Exod. xx, 19. [74] Joan. i, 21. [75] Matth. xv, 24. [76] Matth. x, 5, 6.

Digitized by Google

τὸν προαναφωνηθέντα καὶ πρὸς τοῦ Πατρὸς ἀπεσταλμένον προφήτην, ἅτε νομοθέτην ἅπασι γενόμενον ἀνθρώποις τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας, διὰ τῆς σωτηρίου καὶ εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἔγνωμεν καὶ κατεδεξάμεθα, πληρουμένης κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἑτέρας προρρήσεως, δι' ἧς εἴρηται· « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην αὐτοῖς, γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι· » τὸ δὲ Ἰουδαίων ἔθνος μὴ παραδεξάμενον τὸν προφητευόμενον, δίκην ἔτισε τὴν ἀξίαν, κατὰ τὴν θείαν πρόρρησιν φήσασαν· « Καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πάντα ὅσα ἐὰν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ. » Ἐκδεδίκηται γοῦν ἐκ τοῦ λαοῦ ἐκείνου πᾶν αἷμα ἐκχυθὲν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπὸ αἵματος Ἄβελ ἕως αἵματος Ζαχαρίου, καὶ αὐτοῦ γε ἐπὶ πᾶσι τοῦ Χριστοῦ, οὗ τὸ αἷμα καθ' ἑαυτῶν ἐξαιτησάμενοι καὶ κατὰ τῶν ἰδίων παίδων, εἰς ἔτι νῦν τῆς τολμηθείσης αὐτοῖς ἀσεβείας τὴν τιμωρίαν ὑπέχουσιν.

A dictum fuerat. Sed cum talem gratiam non accepissent, eosdem alibi redarguit, dicens : « Eo quod veni, et non fuit homo, vocavi, et non fuit qui audiret [77]. » Deinde ad illos dicit : « Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti ferenti fructus ejus. » Suis vero discipulis post illorum rejectionem imperat : « Ite et docete omnes gentes in nomine meo [78]. » Sic igitur nos quidem gentes, antea denuntiatum illum et a Patre missum prophetam, tanquam eum qui omnibus hominibus et legum et pietatis erga Deum universi auctor exstiterit, per salutarem ipsius evangelicamque doctrinam agnovimus, et suscepimus, cum in hoc alia quoque prophetia completa sit, quæ ait : « Constitue, Domine, legislatorem apud eos, agnoscant gentes quod B homines sunt [79]. » Judæi vero contra qui illum, quem sua ipsorum oracula venturum prædicebant non susceperunt, idoneum dedere supplicium, sicut prophetia divina significaverat, cum dixit : « Et quicunque homo non audierit omnia quæcunque loquetur propheta ille in nomine meo, ego ulciscar ex eo. » Ultus igitur est de populo illo omnem sanguinem effusum in terram a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, et ad extremum ipsius Christi, cujus sanguinem cum super se, et super filios suos expoposcissent, in hunc usque diem ejus sceleris, quod audacissime perpetrarunt, supplicium pendunt.

Ἀπὸ τοῦ Ἰώβ. — Περὶ τῆς ἐν θαλάττῃ πορείας τοῦ Χριστοῦ.

446 *Ab Job. — De ambulatione Christi in mari.*

« Ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει, κατὰ δὲ ἄστρων κατασφραγίζει, ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπ' ἐδάφους. » Καὶ ταῦτα μόνῳ τῷ Σωτῆρι καὶ Κυρίῳ ἡμῶν, ὡς C ἂν Θεοῦ Λόγῳ, δημιουργῷ τῶν ὅλων τυγχάνοντι ἁρμόζοι ἄν· μόνος γοῦν τῶν πώποτε κατὰ τοὺς τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνους, σῶμα καὶ σχῆμα ἀνθρώπινον ἀναλαβών, ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατῆσαι λέγεται, ὅτε τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἠνάγκασεν ἐμβῆναι εἰς πλοῖον, καὶ προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν, ἕως οὗ αὐτὸς ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους· καὶ ἀπολύσας τοὺς ὄχλους ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος, κατ' ἰδίαν προσεύξασθαι. Ὀψίας δὲ γενομένης μόνος ἦν ἐκεῖ. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη ἦν ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης. Ἰδόντες δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐταράχθησαν, λέγοντες, ὅτι φάντασμά ἐστι, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν. Εὐθέως δὲ ἐλάλησεν αὐτοῖς, λέγων· « Θαρσεῖτε, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. » Ἄλλως δὲ οὐκ ἂν γένοιτο ἀξιοπρεπῆ θεολογίαν δοκεῖν περιέχειν, εἰ ἐπὶ τοῦ ἀνωτάτω Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων ἐκλαμ- D βάνοι τις τὸ λόγιον. Τί γὰρ ἔχει σεμνὸν καὶ ἀξιόλογον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων περιπατεῖν λέγεσθαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης; Πῶς δὲ καὶ νοηθείη περίπατος ἐπὶ τῆς θαλάσσης τοῦ τὰ πάντα περιέχοντος, καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληροῦντος; καὶ μονονουχὶ λέγοντος· « Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· » καί· « Τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος. » Ὁ δέ γε Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβών, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, δεῖγμα τῆς λανθανούσης τοὺς πολλοὺς ἐνθέου δυνάμεως ἑαυτοῦ παρέχων ὁρᾶν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, καὶ τοῖς θαλαττίοις

« Qui dicit soli, et non oritur, et astra quasi signo impresso claudit, qui extendit cœlum solus, qui ambulat in mari sicut in solo [80]. » Hæc item uni Salvatori ac Domino nostro, tanquam Dei Verbo et rerum omnium opifici accommodari possunt ; solus enim ex omnibus qui unquam fuerint, quo tempore homo factus est, et corpore et figura hominis assumpta, in superficie maris ambulasse dicitur : cum suos discipulos compulit ascendere in naviculam, et præcedere ipsum trans fretum, donec ipse dimitteret turbas, et dimissis turbis ascendit in montem ut solus oraret. Vespere autem facto solus erat ibi. Navicula autem jam erat in medio mari. Videntes autem eum supra mare turbati sunt, dicentes quod phantasma esset, et præ timore clamaverunt. Statim vero locutus est eis, dicens : « Confidite, ego sum, nolite timere [81]. » Nam alioqui fieri non poterit ut Deo convenientem theologiam comprehendere videatur oraculum, si quis illud de supremo Deo et Patre universi intelligat. Quid enim venerationis aut dignitatis habeat si Deus universi ambulare in mari dicatur? Cujusmodi autem ambulatio in mari intelligetur illius, qui omnia complectitur, ac cœlum terramque complet, et propemodum dicit : « Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum [82] ? » item : « Cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [83]. » Salvator autem ac Dominus noster, cum seipsum evacuaverit et formam servi acceperit, et habitu inventus sit ut homo, dum signum ejus quæ multos latebat divinæ virtutis suæ videndum suis præbet discipulis, super marinos

[77] Isa. L, 2. [78] Matth. XXVIII, 19. [79] Psal. IX, 21. [80] Job IX, 7, 8. [81] Matth. XIV, 22-27. [82] Isa. LXVI, 1. [83] Jer. XXIII, 24.

Digitized by Google

fluctus incessisse, et tempestatem, ventosque cohibuisse, publicæ scripturæ testimonio dictus est, quo tempore ii, qui talia intuebantur, obstupescebant dicentes : « Quis est hic, cui venti mareque obtemperant [84]? » fuerit vero hoc etiam alterius cujusdam, quod intelligitur, vastioris maris signum, in quo draco quidam esse dicitur, factus ut in eum illudant angeli Dei, super quo item mari Salvator ac Dominus noster **447** inambulans caput illic constituti draconis, reliquorumque illo inferiorum draconum dicitur contrivisse, juxta illud : « Tu contrivisti capita draconum super aquam, tu confregisti caput draconis [85] : » plane alterius quod intelligitur maris, de quo idem rursus in psalmo ait : « Deveni in profunda maris [86]. » Et ad Job de seipso disserens . « Venisti, inquit, ad fontem maris, et in vestigiis abyssi deambulasti? aperiuntur vero tibi timore portæ mortis? et janitores inferorum videntes te expaverunt [87]? » Merito igitur etiam in ea, quæ ad nos pertinet vita, dum ipsum mare ingreditur et ventos, tempestatemque increpat, rerum in arcanis positarum signa interim obit ac peragit.

A ἐπιβαίνων κύμασι, καὶ τῷ κλύδωνι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμῶν ἀναγέγραπται· ὅτε καὶ οἱ ὁρῶντες ἐξεπλήττοντο λέγοντες· « Ποταπός ἐστιν οὗτος, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα αὐτῷ ὑπακούει; » ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἄλλου τινὸς μείζονος σύμβολον νοουμένης ἑτέρας θαλάσσης, ἐν ᾗ λέγεται δράκων τις εἶναι, πεποιημένος ἐγκαταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἣν καὶ αὐτὴν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐμπεριπατήσας, τὴν κεφαλὴν τοῦ αὐτόθι δράκοντος καὶ τῶν λοιπῶν ὑποβεβηκότων δρακόντων λέγεται συντετριφέναι, κατὰ τό· « Σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος, καὶ σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος· » σαφῶς ἑτέρας νοουμένης θαλάσσης, περὶ ἧς αὐτὸς πάλιν ἐν ψαλμῷ φησιν· « Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης· » καὶ B πρὸς τὸν Ἰὼβ τὰ περὶ ἑαυτοῦ διεξιών· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας; ἀνοίγονταί σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν; » Εἰκότως οὖν κἀν τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ ἐπιβὰς τῇ θαλάττῃ, καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτιμήσας καὶ τῷ κλύδωνι, τὰ σύμβολα τῶν ἀπορρήτοτέρων ἐπιτελεῖ.

Ab Isaia. — De rebus ab ipso admirabilibus gestis.

« Convalescite, manus remissæ et genua dissoluta, consolamini, pusillanimes intellectu, fortes estote, et nolite timere : ecce Deus noster judicium reddit et reddet, ipse veniet et salvos faciet nos : tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient ; tunc saliet sicut cervus claudus, et plana erit lingua mutorum [88]. » Harum igitur rerum eventa in Evangeliis habes ; nunc quidem, dum ad ipsum Salvatorem ac Dominum nostrum, paralyticum afferunt in lecto jacentem, quem pristinæ sanitati uno suo verbo restituit, nunc vero dum innumerabiles cæci et dæmonia habentes, necnon variis ægritudinibus et languoribus affecti, salutaris illius virtutis beneficio ab omnibus morbis liberantur. Præterea etiam nunc in iis, quæ in toto orbe terrarum ostendit, dum innumerabiles multitudines variis malitiæ generibus implicitas, et ignoratione supremi Dei refertas animas habentes, admirabiliter et supra omnem rationem doctrinæ suæ medicamentis curat et sanat, et tamen quod etiam in his Deus appelletur suo tempore, tanquam is qui talia efficiat, jampridem a nobis, ubi de divinitate ejus testimonia protulimus, demonstratum est, et sane si unquam alias, nunc maxime convenerit Deum **448** illum confiteri, quando et divinæ et revera Deum complexæ virtutis jam plane opera edidit. Si quidem unius Dei nec alterius præterea cujuspiam munus fuerit, corroborare dissolutos, vitæ reddere mortuos, præbere salutem ægrotantibus, cæcorum aperire oculos, auresque item sanare surdorum, et erigere claudos, et linguam impeditam

Ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου. — Περὶ τῶν ἐπιτελεσθέντων ὑπ' αὐτοῦ παραδόξων.

« Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι, τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει, αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται· τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ C χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. » Καὶ τούτων ἔχεις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὰ ἀποτελέσματα· τούτου μὲν, ὁπηνίκα τῷ Σωτῆρι καὶ Κυρίῳ ἡμῶν προσέφερον παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον, ὃν καὶ ὑγιῆ λόγῳ κατεστήσατο· τούτου δὲ, ὅτε μυρίοι τυφλοὶ καὶ δαιμονιῶντες, ἔτι μὴν διαφόροις νόσοις καὶ μαλακίαις καταπονούμενοι πρὸς τῆς αὐτοῦ σωτηρίου δυνάμεως τῶν παθῶν ἀπηλλάττοντο· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δι' ὧν εἰσέτι νῦν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης μυρία πλήθη πολυτρόποις κακίαις εἴδεσι δεδεμένα, ἀγνωσίας τε τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τὰς ψυχὰς πεπληρωμένα, θαυμασίως καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον τοῖς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ φαρμάκοις ἰᾶται καὶ θεραπεύει. Πλὴν ὅτι καὶ Θεὸς ἐν τούτοις ἀνηγόρευται κατὰ καιρὸν, ὡς ἂν τοιαῦτα ἐνεργῶν, ἤδη πρότερον ἡμῖν ἐν D ταῖς περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ μαρτυρίαις ἀποδέδεικται. Καὶ' ἔπρεπέ γε νῦν γοῦν, εἰ καὶ ἄλλοτε, Θεὸν αὐτὸν ὁμολογεῖσθαι, ὅτι καὶ ἔργα θείας καὶ ὡς ἀληθῶς ἐνθέου δυνάμεως ἐπεδείκνυτο. Θεοῦ γὰρ μόνου ἦν καὶ οὐδὲ ἄλλου ῥωννύναι μὲν παρειμένους, ζωογονεῖν δὲ νεκροὺς, σωτηρίαν τε ἀσθενοῦσι παρέχειν, ἀνοίγειν τε ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ κωφῶν ὠσαύτως ἀκοὰς ἰᾶσθαι, χωλούς τε ἀνορθοῦν, καὶ τοὺς τὴν γλῶτταν δεδεμένους εὐλάλους ἀποκαθιστᾶν· ἅπερ ἅπαντα ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πέπρακται, οἷα ὑπὸ Θεοῦ, καὶ μεμαρτύρηταί γε ὑπὸ

[84] Matth. VIII, 27. [85] Psal. LXXIII, 13,14. [86] Psal. LXVIII, 3. [87] Job XXXVIII, 16-17. [88] Isa. XXXV, 3-5.

Digitized by Google

πλειόνων τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης κηρυξάντων αὐτόν· ὧν τὸ ἄπλαστον καὶ ἀληθὲς τῆς μαρτυρίας πιστοῦται ἡ διὰ βασάνων πεῖρα, καὶ ἡ μέχρι θανάτου ἔνστασις, ἣν ἐπὶ βασιλέων, ἀρχόντων τε καὶ ἡγεμόνων, καὶ ὅλων ἐθνῶν ἐνεδείξαντο, τοῖς ὑπ' αὐτῶν κηρυττομένοις ἀλήθειαν ἐπιμαρτυρήσαντες. Τούτοις δὲ αὐτοῖς ἡγοῦμαι τοῖς εὐαγγελισταῖς αὐτοῦ καὶ ἀποστόλοις ἐπιφωνεῖν τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν τὰ ἀπὸ τοῦ, « Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. » Ἐπεὶ γὰρ τὰς χεῖρας καὶ τὰς πρακτικὰς δυνάμεις οὗτοι, τάς τε βάσεις καὶ τὴν πορείαν ἀπὸ τῆς μακρᾶς περιόδου τῆς κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρείας παρεῖθησαν, διεγείρων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν· « Ἰσχύσατε, φησὶ, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα, » εἰς ἑτοιμασίαν δηλαδὴ τοῦ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον δρόμου. Ἰσχύσατε δὲ καὶ εἰς τὸ παρακαλεῖν ἑτέρους, καὶ παρορμᾷν ἔχεσθαι τῆς εὐαγγελικῆς σωτηρίας, ὑμεῖς οἱ τὸ πρὶν ὀλιγόψυχοι, καὶ μή τις ὑμᾶς αἱρείτω φόβος τῶν ἔξωθεν ἀνθισταμένων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους ἰσχύσατε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. Θεὸς γὰρ ἦν καὶ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' οὐ Μωϋσεῖ τις παραπλήσιος, οὐδέ τις τοῖς προφήταις ὅμοιος, οὐ μόνων τῶν παραδόξων ποιητὴς θαυμάτων, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς τῆς ἰσχύος γεγονὼς αἴτιος. Πίστις δ' ἂν γένοιτο ἐναργεστάτη τῆς τοῦ προφητευομένου Σωτῆρος ἡμῶν ἐνθέου δυνάμεως, δι' ἧς ἀληθῶς χωλοὺς καὶ τυφλοὺς, καὶ λεπροὺς, καὶ παρειμένους ἰάσατό ποτε λόγῳ, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ Γραφὰς, ἡ καὶ εἰσέτι νῦν ἐνεργουμένη πρὸς τῆς αὐτοῦ θεότητος καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἀρετὴ, δι' ἧς αὐτοῖς ἔργοις ὁποῖός τις ἦν καὶ τότε, τοῖς οἵοις τε συνορᾶν ἐπιδείκνυται· ὅτε καὶ ἐπὶ τοσούτοις μετὰ ταῦτα χρόνοις διαρκὴς καὶ ἀνίκητος, καὶ ὡς ἀληθῶς Θεοῦ Λόγος, ὁ πρὸς αὐτοῦ καταγγελθεὶς ἀποδείκνυται, πάντας ὑπερβαλλόμενος τοὺς ἀρχῆθεν καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ πολεμεῖν παρεσκευασμένους, ἐξ ἁπάσης τε τῆς οἰκουμένης ὑπαγόμενος ἑαυτῷ μυρία πλῆθη, καὶ πάσης μὲν ἁμαρτίας καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν παθῶν τε καὶ νοσημάτων τοὺς αὐτῷ προσιόντας ἀπαλλάσσων, ἐπὶ δὲ τὴν εὐσεβῆ διδασκαλίαν αὐτοῦ πᾶν γένος Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων προσκαλούμενος, μυρίους τε ὅσους προσάγων ἐπὶ τὴν τοῦ μόνου καὶ ἀληθοῦς Θεοῦ γνῶσιν, ἐπί τε τὸν ὑγιῆ καὶ σώφρονα βίον, ὃς δὴ καὶ πρέπων εἴη ἂν ἐπαγγελίᾳ θρησκείας τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Οὗτος δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἅτε τυγχάνων Θεοῦ Λόγος, « Κρίσιν, φησὶν, ἀνταποδίδωσι, καὶ ἀνταποδώσει, αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. » Κατὰ γὰρ τὸν ψαλμὸν φήσαντα· « Ὁ Θεὸς, τὸ κρῖμά σου τῷ βασιλεῖ δός, » καὶ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, δι' ἧς εἴρηται· « Ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, » παρὰ τοῦ Πατρὸς τὴν τοῦ κρίνειν εἰληφὼς ἐξουσίαν, δικαιοσύνῃ κρίνων, τῷ μὲν ἐκ περιτομῆς λαῷ τὴν προσήκουσαν τῶν εἰς αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ προφήτας τετολμημένων δίκην ἀπέδεδωκε, πάντας δὲ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώπους τοὺς αὐτῷ προσιόντας ἐξ ἴσου κατὰ τὸ δίκαιον ἀνεσώσατο· ὧν τὰ ὦτα τῆς διανοίας καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνέῳξεν.

habentibus facultatem loquendi restituere, quæ omnia Salvator ac Dominus noster Jesus Christus admirabiliter præstitit, tanquam is qui verus sit Deus, et hæc omnia multorum testimonio, qui illum in toto orbe prædicarunt, fidem acceperunt: quorum testimonii et simplicitatem et veritatem exploratio per tormenta confirmat, et usque ad mortem certandi perseverantia, quam in conspectu et regum, et principum, et præsidum et universarum gentium præstiterunt, dum eorum, quæ ab ipsis prædicabantur, veritati fidem sic faciunt. Porro autem ad hos ipsos et evangelistas ejus et apostolos, spiritum arbitror inclamare propheticum, ea quæ deinceps sequuntur, ab illo loco: « Convalescite, manus remissæ, et genua dissoluta. » Nam quoniam hi et manibus, et viribus quæ ad agendum pertinent, et plantis ipsis et incessu, ex longo adorationis secundum Mosaicam legem circuitu elanguerant, solutioresque evaserant, idcirco excitans illos ad evangelicam vitæ institutionem: « Convalescite, inquit, manus remissæ, et genua dissoluta, » ad alacritatem videlicet evangelici cursus. Confirmamini etiam ad exhortandos, concitandosque alios, ut evangelicam salutem amplectantur, vos, inquam, qui prius eratis pusillo animo, neque ullus vos capiat timor eorum, qui extrinsecus evangelicæ prædicationi resistunt: verum contra hos quoque robur accipite, et ne timete. Deus enim est et Dei Verbum, non autem quispiam Mosi similis, ac ne ullus quidem prophetarum huic est comparandus, qui non solum miracula inusitata edere consuevit, verum etiam vobis ipsis omnis fortitudinis et constantiæ auctor exsistit. Argumentum vero certissimum fuerit divinæ ejus, quem prophetæ venturum nuntiarunt Salvatoris nostri virtutis, per quam re vera et claudos, et cæcos, et lepris infectos, et membris dissolutos, verbo, ut Scripturæ quæ de illo exstant fidem faciunt, aliquando sanaverit, ea quæ etiam nunc efficaciam suam ex illius divinitate in toto, qui ab hominibus incolitur orbe, ostendit virtus, per quam rebus ipsis et factis qualis tunc quoque fuerit iis, qui intueri possunt, ostenditur: **449** quando in tam multos annos post illa quæ scripta sunt durat invictus, et revera Dei Verbum esse, quod ab ipso denuntiatum est, demonstratur, utpote quod omnes jam vicerit, quicunque ab initio in hunc usque diem doctrinam ipsius oppugnare conati sint, et ex universo orbe innumerabiles conventus ad seipsum assidue trahat, et ab omni peccato, omnibusque animi et perturbationibus et morbis eos qui ad se accesserint, liberet, et ad religiosam, piamque doctrinam omne et Græcorum et barbarorum genus invitet, innumerabilesque ad unius verique Dei cognitionem, et sanum ac moderatum vivendi institutum adducat; quemadmodum videlicet eum deceat, qui supremi Dei cultum profiteatur. Quinetiam hic idem Deus noster, tanquam is qui sit Dei Verbum, « judicium, inquit, reddit et reddet, ipse veniet et servabit

Digitized by Google

nos. » Nam ut est in psalmo, qui ait : « Deus, judicium tuum regi da [89], » utque est in doctrina evangelica, in qua illud dictum est : « Pater non judicat quempiam, sed omne judicium dedit Filio [90], » accepta a Patre judicandi potestate, dum juste judicat, populo quidem ad circumcisionem spectanti, pro iis quæ et in seipsum et in prophetas suos ausi sunt, meritum, conveniensque supplicium assignavit, omnes autem omnino, qui ad ipsum accesserunt homines ex æquo ut justum est, conservavit : quorum utique et aures et oculos mentis aperuit. Quocirca tempus illius adventus, tempus retributionis divinum vocat oraculum, quod in aliis item sic ait : « Vocare annum Domini acceptum, et diem retributionis [91]. » Porro hoc fuit retributionis tempus, in quo omnis sanguinis effusi, a sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, et ipsum pretiosum sanguinem Jesu, ultio sumpta est, et supplicium de illorum natione, qui in illum peccaverunt, usque adeo, ut ex illo extremum interitum extremamque vastationem pertulerint. Et quod quidem ad illos pertinet judicium, talem contra illos retributionem molitum est : ex quo prophetia sic ait : « Ecce Deus noster judicium reddit et reddet. » Quod vero ad illos spectat, qui servandi sunt, in sequentibus indicatur, illis verbis : « Ipse veniet, et servabit nos : tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient, » et quæ sequuntur. Hoc vero salutare judicium a Christo esse proferendum, alia quoque prophetia denuntiat, quæ sic ait : **450** « Ecce puer meus, suscipiam eum : electus meus, suscepit eum anima mea : judicium gentibus proferet [92]. » Proinde etiam de verbo Novi Testamenti dictum est : « De Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem, et judicabit inter gentes [93]. » Divino enim judicio, rationibusque nobis occultis atque ineffabilibus ea quæ ad vocationem pertinent eorum, qui ad ipsum convertuntur, administrare illum par est. Quin etiam dum nos divinum docet judicium, dumque ut omnia cum judicio faciamus, instituit, judicium gentibus dicitur prolaturus.

A Διὸ καὶ τὸν καιρὸν τῆς παρουσίας αὐτοῦ, καιρὸν ἀνταποδόσεως ὁ θεῖος ἀποκαλεῖ λόγος, ἐν ἑτέροις φάσκων· « Καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. » Οὗτος δὲ ἦν καιρὸς τῆς ἀνταποδόσεως, καὶ καθ' ὃν πᾶν αἷμα ἐκχυθὲν ἀπὸ αἵματος Ἄβελ ἕως αἵματος Ζαχαρίου, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ, ἐκδεδίκηται ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῶν εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότων, ὡς ἐξ ἐκείνου τὸν ἔσχατον αὐτοὺς ὑπομεῖναι ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην πολιορκίαν. Καὶ ἡ μὲν κατ' ἐκείνους κρίσις τοιαύτην ἐποιήσατο κατ' αὐτῶν τὴν ἀνταπόδοσιν· διό φησιν ἡ προφητεία· « Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει. » Ἡ δὲ περὶ τῶν δι' αὐτοῦ σωθησομένων ἐξῆς δηλοῦται διὰ τοῦ· « Αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα B κωφῶν ἀκούσονται, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταύτην δὲ τὴν σωτήριον κρίσιν καὶ ἄλλη προφητεία ἐξοίσειν τὸν Χριστὸν ἐπαγγέλλεται φάσκουσα· « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. » Διὸ καὶ περὶ τοῦ λόγου τῆς καινῆς Διαθήκης εἴρηται· « Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλὴμ, καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν. » Κρίσει γὰρ θείᾳ καὶ λόγοις ἡμῖν ἀῤῥήτοις, καὶ τὰ τῆς κλήσεως τῶν εἰς αὐτὸν ἐπιστρεφόντων εἰκὸς αὐτὸν ἐνεργεῖν. Ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν διδάσκων ἡμᾶς κρίσιν, καὶ πάντα κεκριμένως ἡμᾶς πράττειν παιδεύων, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσειν λέγεται.

Ab eodem. — De signis et prodigiis quæ edidit.

C Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — *Περὶ τῶν σημείων καὶ τεράτων, ὧν κατειργάσατο.*

« Tunc manifesti erunt qui signant et claudunt legem, ne discant. Et dicet : Exspectabo Deum, qui avertit faciem suam a domo Jacob, et confidens ero in ipso. Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Deus. Et erunt signa et prodigia in Israel a Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion : et si dixerint ad vos, quærite Pythonas, et eos, qui de terra voces edunt, qui inania loquuntur, qui de ventre voces emittunt. Non gens ad Deum suum? quid exquirunt de viventibus a mortuis? legem enim in auxilium dedit [94]. » Paulus quidem apostolus in epistola ad Hebræos, citans hujus loci verba illa : « Ecce ego et pueri, quos dedit mihi Deus : » exsequitur explanationem de Christo, dicens : D « Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat imperium mortis [95]. » Pueros autem suos hoc in loco apostolos nominat, per quos Dominum Sabaoth qui habitat

Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν. Καὶ ἐρεῖ· Μενῶ τὸν Θεὸν, τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Καὶ ἔσται σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ Ἰσραὴλ παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ, ὃς κατοικεῖ ἐν τῷ ὄρει Σιών· καὶ ἐὰν εἴπωσι πρὸς ὑμᾶς· Ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ γῆς φωνοῦντας, τοὺς κενολογοῦντας, οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν. Οὐκ ἔθνος πρὸς Θεὸν αὐτοῦ; τί ἐκζητοῦσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς; νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν ἔδωκεν. » Ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ παραθεὶς ὁ Ἀπόστολος τὴν φάσκουσαν λέξιν· « Ἰδοὺ ἐγὼ, καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς, » ἐπεξεργάζεται περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων· « Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. » Παῖδας δὲ αὐτοῦ ἐν τούτοις τοὺς ἀποστόλους ὀνομάζει, ἐφ' ὧν σημεῖα καὶ

[89] Psal. LXXI, 2. [90] Joan. V, 22. [91] Isa. LXI, 2. [92] Isa. XLII, 1. [93] Isa. II, 3,4. [94] Isa. VIII, 15-19. [95] Hebr. II, 14.

Digitized by Google

τέρατα ἐν τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ ποιήσειν τὸν Κύριον Σαβαὼθ, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ ὄρει Σιών, διδάσκει· τούτους δὲ αὐτοὺς φανεροὺς ἔσεσθαι συνήθως ἡμῖν τὰ πρόσωπα σφραγιζομένους τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδι, παιδευομένους τε μηκέτι τὸν Μωϋσέως νόμον μανθάνειν, τῷ μηκέτι συνεστάναι αὐτὸν, καὶ τῷ τὸν καλούμενον οἶκον Ἰακὼβ καταλελεῖφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀσαφῶς δὲ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἰρημένον· « Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν. Καὶ ἐρεῖ· Μενῶ τὸν Θεὸν τὸν ἀποστρέψαντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ. » Σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· « Δῆσον μαρτύριον, σφράγισον νόμον ἐν τοῖς διατάγμασί μου. Καὶ προσδοκήσω τὸν Κύριον τὸν κρυβόντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ ἀναμενῶ αὐτόν. » Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸν τρόπον· « Ἔνδησον μαρτύριον, σφράγισον νόμον ἐν διδακτοῖς μου, καὶ προσδέξομαι τὸν Θεὸν τὸν ἀποκρυβόντα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ ὑπομενῶ αὐτόν. » Ταῦτα δ' οὖν οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι διδάσκονται ποιεῖν, οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. Καὶ ἔσται εἰς σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ Ἰσραὴλ παρὰ Κυρίου Σαβαώθ. » Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐν ᾧ ἀνείληφεν ἀνθρώπῳ, καὶ τὰς διατριβὰς πεποιημένος ἐν τῷ ὄρει Σιών, σημεῖά τε καὶ τέρατα διαπραξάμενος, ὁμοῦ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἐξ ἁπάντων τῶν πρὶν εἰδωλολατρῶν παρακελεύεται μηκέτι δεδιέναι κατὰ μηδένα τρόπον τὴν δεισιδαίμονα πλάνην· ἀλλ' εἰ καὶ παρασαλεύοιεν αὐτοὺς, ἢ καὶ ἀναγκάζοιεν οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰδωλολάτραι ζητεῖν τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τὰ τῶν δαιμόνων μαντεῖα ὡς θαυμάσια, καὶ κατ' οὐδὲν λείποντα τῆς τῶν θείων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν προφητικῆς διαίτης, αὐτοὺς δεῖν ἀποκρίνεσθαι καὶ λέγειν διδάσκει· « Τί ἐκζητοῦσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς; νόμον γὰρ εἰς βοήθειαν δέδωκε, » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Τοὺς γὰρ ἅπαξ νόμον εἰληφότας καὶ σωτηρίους ἐντολὰς ἐπὶ βοηθείᾳ καὶ θεραπείᾳ τοῦ ἰδίου βίου περιττὸν μαντείας πολυπραγμονεῖν διὰ τῆς δαιμονικῆς ἀπάτης ἐνεργουμένας.

A in monte Sion, signa et prodigia in domo Israel editurum indicat, eosdemque fore manifestos, dum more nostro vultus Christi annulo impressos et signatos gerent, monebunturque ne amplius Mosis legem discant, quippe quæ amplius non consistat, eo quod quæ vocatur domus Jacob, a Deo relicta sit. Cum vero obscurius apud LXX dictum sit illud : « Tunc manifesti erunt qui signant et claudunt legem ne discant. **451** Et dicet : Exspectabo Deum qui avertit faciem suam a domo Jacob, et confidens ero in eo. » Planius idem reddidit Symmachus his verbis : « Liga testimonium, signa legem in ordinationibus meis. Et exspectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Jacob, et exspectabo ipsum. » Aquila vero B etiam ipse in hunc modum convertit : « Illiga testimonium, signa legem in docibilibus meis, et assumam Deum qui abscondit faciem suam a domo Jacob, et exspectabo ipsum. » Hæc igitur facere Salvatoris nostri discipuli docentur, post quæ deinceps subjungit : « Ecce ego et pueri quos dedit mihi Deus. Et erunt in signa et portenta in Israel a Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion. » Porro Dominus Sabaoth, ipsum Dei Verbum, postquam habitavit in eo homine, quem assumpsit, et in monte Sion versatus est, signaque et portenta edidit : tum vero suis discipulis, et omnibus, quicunque antea simulacris addicti, in fidem ipsius venissent, præcepit, ne amplius superstitionis errorem ullo modo timerent, verum potius, quamvis ipsos agitarent, aut etiam cogerent, qui apud C gentes colebant simulacra, quærere Pythones et oracula dæmonum tanquam admirabilia, et nullis partibus inferiora divinorum Deoque amicorum hominum, prophetico ritu, attamen ipsi illis responderent ac dicerent : « Quid interrogant de viventibus mortuos? legem enim in auxilium dedit : » et quæ deinceps sequuntur. Eos enim qui semel et legem et salutaria præcepta ad propriæ ipsorum vitæ opem atque medelam acceperint, oracula quæ dæmonicis fraudibus nixa respondeant, curiosius inquirere supervacaneum inaneque fuerit.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Περὶ τοῦ μὴ φαντιᾶν ἐν τῷ παραδοξοποιεῖν τὸν Χριστόν.

Ab eodem. — De enuntiando aut indicando, dum miracula ederet Christus.

D

« Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ· Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου. Κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει, οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἔξω ἡ φωνὴ αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον καπνιζόμενον οὐ σβέσει, ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν. Ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ γῆς κρίσιν, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτὸν, ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι

« Jacob puer meus, suscipiam eum : Israel electus meus, assumpsit eum anima mea : judicium gentibus proferet, non clamabit, neque remittet, neque **452** audietur foris vox ejus, calamum contritum non franget, et linum fumigans non exstinguet, sed in veritate proferet judicium, resplendebit et non conquassabitur, donec ponat in terra judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt. Sic dicit Dominus Deus qui fecit cœlum, et intendit illud, qui firmavit terram et ea quæ sunt in ipsa, quique dat flatum populo, qui est in ea, et spiritum calcantibus eam. Ego Dominus Deus tuus vocavi te in justitia, et apprehendam manum tuam, et corroborabo te, et dedi te in testamen-

Digitized by Google

tum generis in lumen gentium, ut aperires oculos cæcorum, et educeres ex vinculis illigatos, et de domo carceris sedentes in tenebris [96]. » Atque hujus loci evangelista meminit, quo tempore Pharisæi consilium ceperunt contra Salvatorem nostrum, ut eum interficerent, propterea quod Sabbatis ægrotantes curaret; « tunc enim, inquit, Jesus intellecta adversum se conspiratione, secessit inde, et secutæ sunt eum turbæ multæ, et curavit eos omnes, et præcepit eis ne manifestum ipsum facerent [97]. » Quibus hæc adjungit deinceps : « Et hæc omnia, inquit, facta sunt : » hoc est quod secesserit, quod declinaverit insidiatores, quod latere studuerit, dum miracula ederet, quodque eis quos curasset, præceperit, ne manifestum ipsum facerent, « ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem : Ecce puer meus, in quo complacui : dilectus meus, quem elegit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus nuntiabit. Non contendet neque clamabit, neque audiet quispiam in plateis vocem ejus. Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans non exstinguet, donec ejiciat in victoriam judicium, et in nomine ejus gentes sperabunt [98]. » Animadverte diligenter quonam modo Matthæus ubi dixit : « Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo complacuit anima mea, » neque Jacob, neque Israel nominaverit; non enim dixit : Jacob puer meus, Israel electus meus, sed indefinite enuntiavit, dicens : « Ecce puer meus, et dilectus meus. » Quocirca, quasi in Hebraico ea prophetia non sit, apud ipsos quidem LXX obelisco signatum est nomen Jacob, atque Israel : apud reliquos autem interpretes silentio præteritum, propterea quod ne in Hebraico quidem feratur. **453** Proinde etiam evangelista merito id prætermisit, quippe qui et Hebræus esset, et in prophetiæ positione Hebraicos libros sequeretur. Ergo ne sententiam quidem si spectes, populo ad circumcisionem spectanti, oraculum accommodari poterit, sed uni Christo Dei, cui et ipsa evidentia et eventus rerum fidem indubitatam facit. Unus enim hic futurum judicium gentibus publice denuntiavit, cum seipsum tacite in vitam hominum insinuaverit, atque in terra judicium posuerit, et non modo arundinem contritam non confregit, sed, si fas est dicere, colligavit, cum infirmos et contritos corde erexerit, fortesque reddiderit, et quemadmodum infirmos ac debiles, et suæ ipsius curationis indigentes non despiciebat, neque quos prioris vitæ pœnituisset, condemnabat, aut conterebat; sic ne illos quidem qui in malis perseverarent, aut qui pravis animi affectibus incenderentur, exstinguebat, aut ne ex suo proposito suaque ipsorum libidine agerent, prohibebat; neque vero præter tempus unquam horum aliquem supplicio affecit, quippe qui talibus debitas pro meritis pœnas in tempus com-

A ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Καὶ ταύτης ὁ εὐαγγελιστὴς μνημονεύει τῆς λέξεως, ὅτε ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. ἐπειδὴ, τοῖς Σάββασιν τοὺς κάμνοντας ἐθεράπευε. « Τὸ τηνικαῦτα γὰρ, ὥς φησι, γνοὺς ὁ Ἰησοῦς τὴν καθ' αὐτοῦ συσκευὴν, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτοὺς πάντας, καὶ ἐπέπληξεν αὐτοῖς ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν· » οἷς ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ ταῦτα πάντα γέγονε, » τουτέστι τὸ ἀναχωρεῖν αὐτὸν, καὶ τὸ ἐκκλίνειν τοὺς ἐπιβούλους, καὶ τὸ λανθάνειν σπουδάζειν ἐν οἷς ἔπραξε παραδόξοις, καὶ τὸ παρεγγυᾶν τοῖς θεραπευομένοις μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιεῖν, « ἵνα πληρωθῇ B τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. Οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσεταί τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι. » Τήρει δὲ ἐπιμελῶς τίνα τρόπον ὁ Ματθαῖος εἰπών· « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, ἐν ᾧ εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, » οὔτε τοῦ Ἰακὼβ οὔτε τοῦ Ἰσραὴλ ἐμνήσθη. Οὐ γὰρ εἶπεν· Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, ἀορίστως δὲ ἐξήνεγκεν εἰπών· « Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, καὶ ὁ ἀγαπητός μου. » Ὅθεν, C ὡς μηδὲ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τῆς προφητείας κειμένης, παρὰ μὲν τοῖς Ἑβδομήκοντα ὠβέλισται τὸ τοῦ Ἰακὼβ καὶ τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὄνομα· καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς δὲ ἑρμηνευταῖς παρασεσιώπηται, ἐπεὶ μηδ' ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ φέρεται. Ἔνθεν εἰκότως οὐδὲ παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ εἴρηται Ἑβραίῳ ὄντι, καὶ ἀκολούθως τῇ Ἑβραίων γραφῇ τὴν προφητείαν ἐκθεμένῳ. Τοιγαροῦν οὔτε κατὰ διάνοιαν τῷ ἐκ περιτομῆς λαῷ τὰ θεσπιζόμενα ἁρμόζει, μόνῳ δὲ τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ μαρτυρουμένῳ ὑπὸ τῆς ἐναργείας καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως. Μόνος γὰρ οὗτος τὴν μέλλουσαν κρίσιν τοῖς ἔθνεσι προεκήρυξεν, ἡσυχῇ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημήσας, καὶ κρίσιν ἐπὶ τῆς γῆς θέμενος· καὶ οὐ μόνον κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατέαξεν, ἀλλὰ, εἰ ἔστιν εἰπεῖν, συνέδησεν, ἀνορθώσας καὶ ἰσχυροὺς ἀπεργασάD μενος τοὺς ἀσθενεῖς, καὶ τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Ὥσπερ δὲ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ σαθροὺς, καὶ τῆς αὐτοῦ θεραπείας δεομένους οὐ παρεώρα, οὐδὲ μετανοοῦντας κατακρίνων συνέτριβεν· οὕτως οὐδὲ τοὺς τοῖς κακοῖς ἐπιμένοντας, καὶ ὑπὸ τῶν παθῶν τυφομένους ἐσβέννυε, κωλύων παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν ἐνεργεῖν· οὐδὲ μὴν παρὰ καιρὸν ἐτιμωρεῖτό τινα τούτων, τὴν κατ' ἀξίαν αὐτῶν κόλασιν εἰς τὸν τῆς καθόλου κρίσεως καιρὸν ὑπερτιθέμενος· διὸ λέλεκται· « Καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει. » Ἀντικρυς δὲ πέρας εἴληφε τὸ, « Καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Ἐπὶ μόνῳ γοῦν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὀνόματι ἤλπισε τὰ Χριστιανῶν

[96] Isa. XLII, 1-7. [97] Matth. XII, 15,16. [98] ibid. 17-21.

Digitized by Google

ἔθνη, τὴν ἐπωνυμίαν αὐτοῦ ὡς πατρὸς ἧς παρειλήφασιν εὐσεβείας ἐπιγραφόμενα. Καὶ γὰρ εἰς φῶς οὐκ ἄλλοις ἢ τοῖς ἔθνεσι δεδόσθαι προπεφώνηται, δι' αὐτοῦ τε, τῇ προῤῥήσει ἀκολούθως, ὀφθαλμοὶ τυφλῶν τῶν πάλαι τὴν διάνοιαν πεπηρωμένων, καὶ οὐ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτὸ τὸ σῶμα ἠφανισμένων, καὶ οἱ δεσμοῖς τε καὶ σειραῖς ἁμαρτιῶν, ἐν σκότει καὶ ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τὸ πρὶν κεκαλινδημένοι, δι' αὐτοῦ τῶν ἁμαρτιῶν λυθέντες, τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως καὶ τῆς παρὰ τῷ Θεῷ ἐλευθερίας ἠξίωνται. Καὶ σὺ δὲ, ἐπὶ σχολῆς τοῖς ἀποδεδομένοις ἀκολούθως βασανίσας τὴν λέξιν, ἐπὶ μόνῳ ἂν εὕροις τῷ Κυρίῳ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν ἕκαστον ἀκριβῶς τῶν δι' αὐτῆς δηλουμένων πεπληρωμένον.

A munis judicii reservaret, ex quo illud dictum est : « Et linum fumigans non exstinguet. » Planissime autem finem suum accepit etiam illud : « Et in nomine ejus gentes sperabunt : » in solo enim Salvatoris nostri Jesu Christi nomine, Christianæ gentes speraverunt, quæ etiam ex religione quam accepere, illius quasi parentis cognomine notatæ sunt. Etenim quod nullis aliis nisi gentibus in lucem sit datus, jam antea dictum fuerat : et per eumdem, ut ipsum oraculum significaverat, oculi cæcorum, eorum utique qui quondam mente excæcati erant, aperti sunt, neque eorum modo, sed etiam qui ipsum corpus perdidissent. Atqui vinculis et catenis peccatorum in tenebris et ignoratione veræ pietatis prius versabantur, per eumdem a peccatis soluti, lumen cognitionis libertatemque apud Deum accipere meruerunt. Tu vero ad horum exemplar quæ exposita sunt, si reliquam item dictionem exploraveris, in solo Domino Salvatoreque nostro, unumquodque eorum, quæ in illa continentur, absolute completum invenies.

Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. — Περὶ τοῦ μὴ πιστεύσειν εἰς αὐτὸν τὸν τῶν Ἰουδαίων λαόν.

B **454** *Ab eodem. — De eo quod Judaicus populus in ipsum crediturus non esset.*

« Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ σεραφεὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. » Εἶθ' ὑποβάς φησι· « Καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς Κυρίου λέγοντος· Τίνα ἀποστείλω, καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; Καὶ εἶπα· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με. Καὶ εἶπε· Πορεύθητι, καὶ εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. » Ἔχεις καὶ τούτων τὸ ἀποτέλεσμα ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, κατὰ μὲν τὸν Ἰωάννην φήσαντα· « Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη, διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν· εἶπε γὰρ πάλιν Ἡσαΐας· Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ἐπώρωσεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ· » κατὰ δὲ τὸν Ματθαῖον, ὅτε προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἶπον αὐτῷ· Διὰ τί ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλεῖς; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας, ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται· διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ ἀκούωσι, μή ποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. Τότε ἐπληρώθη ἐπ' αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου ἡ λέγουσα· « Πορεύθητι, καὶ εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Ἐπιτήρει δὲ τίνα τρόπον ὁ Ἰωάννης ἐπάγει λέγων· « Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ, » ὡς τὸν Χριστὸν

« Vidi Dominum sedentem super solio excelso et sublimi : et seraphim stabant in circuitu ejus [9]. » Deinde paululum progressus sic ait : « Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? et quis ibit ad populum hunc? Et dixi : Ecce ego adsum, mitte me. Et dixit : Vade, et dic populo huic, auditu audietis, et non intelligetis, et intuentes intuebimini, et non videbitis. Crassum enim factum est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt, nequando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos [1]. » Harum quoque rerum habes eventum in Salvatore nostro, ut apud Joannem legimus, qui ait : « Cum autem tam multa C signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro? et brachium Domini, cui revelatum est? propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum, ne videant oculis, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo [2]. » Cæterum, ut est apud Matthæum, accedentes discipuli ejus dixerunt ei : « Quare in parabolis loqueris eis? qui respondens ait illis : Vobis datum est nosse mysteria regni, illis autem non est datum : ideo in parabolis loquor eis, ut videntes non videant, et audientes non au- D diant, ne quando convertantur, et sanem eos. Tunc completa est in eis prophetia Isaiæ, quæ dicit : Vade, et dic populo huic, auditu audietis, et non intelligetis [3], » et quæ sequuntur. Attende vero quid sit quod Joannes adjungit, ubi ait : « Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo. » Quod sane non aliter accipiendum est, ac si Christum Christique gloriam propheta in ea visione viderit, in qua ait :

[9] Isa. VI, 1, 2. [1] ibid. 8-10. [2] Joan. XII, 37-41. [3] Matth. XIII, 10-14.

Digitized by Google

455 « Vidi Dominum Sabaoth sedentem in solio excelso et sublimi, » et quæ sequuntur. Quis autem non admiretur oraculum? cum etiam nunc adeo evidenter intueri liceat Judaici populi adversus Christum incredulitatem? Nam olim quidem illum hominem factum, miraculaque edentem apud se intuentes, animi atque intelligentiæ oculis cernere non poterant, neque apud ipsos ullus erat animæ intelligentis intuitus, quo perspicerent, quænam esset in mediis ipsis virtus, quæ tanta et tam multa miracula efficeret. Quin etiam cum auribus verba vitæ æternæ percipere idonei redditi essent, et vocem divinæ sapientiæ audirent, auribus mentis non audiebant, ut sic videlicet ipsimet prophetiæ manifestum finem imponerent. Adhuc autem cum divinam Christi virtutem, per quam omne genus hominum patriis superstitionibus liberatum, suæ ipsius religioni subjecit, tam clare micantem inspiciant, nequaquam vi mentis attendunt, neque animadvertunt, quemadmodum, quod neque a Mose neque a posterioribus Mose prophetis in solis ipsis obtineri potuit, hoc est ne simulacris addicerentur, neque multorum deorum superstitioni adhærerent, ipsum hoc in cunctis gentibus divina Salvatoris nostri virtus, ut constitueretur, effecerit. Deinde prophetica de illo testimonia assidue versantes, auditu quidem audiunt, sed non intelligunt, utpote cum etiam nunc prophetia, quæ nunc in manibus est, contra ipsos revera compleatur.

A ἑωρακότος καὶ τὴν Χριστοῦ δόξαν τοῦ προφήτου, κατὰ τὴν ὀπτασίαν, ἐν ᾗ ἔφησεν· « Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τίς δ' οὐκ ἂν ἐκπλαγείη τὴν προόρρησιν, ἐναργῶς οὕτως εἰσέτι νῦν ὁρῶν τῶν ἐκ περιτομῆς τὴν εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν; καὶ πάλαι μὲν γὰρ ἐνανθρωποῦντα καὶ παραδοξοποιοῦντα ἐν αὐτοῖς ὁρῶντες αὐτὸν, ὀφθαλμοῖς ψυχῆς καὶ διανοίας ὄμμασιν οὐκ ἐθεῶντο, οὐδέ τις ἦν ἐν αὐτοῖς νοερᾶς ἐνθυμήσεως ὅρασις, εἰς τὸ συνιέναι τίς ποτ' ἄρα ἦν ἡ τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα θαυματουργοῦσα ἐν αὐτοῖς δύναμις. Ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ἀκοαῖς ῥήματα ζωῆς αἰωνίου δέξασθαι κατηξιωμένοι, καὶ φωνῆς ἐνθέου σοφίας ἀκροώμενοι, ὡσὶ διανοίας οὐκ ἤκουον, ὡς ἐναργὲς τέλος ἐπαγαγεῖν αὐτοὺς τῇ προφητείᾳ. Καὶ εἰς δεῦρο B δὲ τὴν ἔνθεον τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, δι' ἧς πᾶν γένος ἀνθρώπων ἀποστήσας τῆς πατρίου δεισιδαιμονίας, ὑπηγάγετο τῇ κατ' αὐτὸν θεοσεβείᾳ, ἐναργῶς οὕτως ἐμφαινομένην ὁρῶντες, οὐδαμῶς ἐφιστῶσιν τῇ διανοίᾳ, οὐδ' ἐπιβάλλουσιν, ὅπως τὸ μήτε Μωϋσεῖ, μήτε τοῖς μετὰ Μωϋσέα προφήταις ἐπὶ μόνων αὐτῶν κατορθωθὲν, τοῦτο δὴ τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, μηδὲ τῇ πολυθέῳ προσέχειν πλάνῃ, τοῦτ' ἐπὶ πάντων ἐθνῶν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔνθεος ἀρετὴ συνεστήσατο. Εἶτα δὲ ταῖς προφητικαῖς ἐντυγχάνοντες περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαις, ἀκοῇ μὲν ἀκούουσιν, ἀλλ' οὐ συνιᾶσιν, ἔργῳ πληρουμένης εἰσέτι καὶ νῦν κατ' αὐτῶν τῆς ἐν χερσὶ προφητείας.

A Zacharia. — Quemadmodum super pullo sedens Hierosolyma ingressurus oraculo dicatur.

« Gaude vehementer, filia Sion; prædica, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi justus et salvos faciens : ipse mansuetus et impositus super jumentum et pullum adolescentem. Et perdet currum ex Ephrem, et equum ex Jerusalem : et peribit arcus bellicus, et abundantia pacis ex gentibus. Et principatum obtinebit a mari usque ad mare, et a fluminibus per exporrectiones terræ [a]. » Cum hæc post reditum de Babylone, novissimis prophetarum temporibus Zacharias cecinerit, **456** nullus post ejus prophetiæ tempus rex apud Judæos fuisse memoratur, qualem hæc prophetia describit, nisi unus duntaxat Salvator ac Dominus noster Jesus, Christus Dei, cujus tempore hoc quoque vaticinium suum finem est consecutum, cum ad suos discipulos verba illa dixit : « Ite in vicum qui contra vos est, et invenietis asinam et pullum alligatum. Solvite illum et adducite : et si quis vobis dixerit, quid facitis? dicite illi : Dominus his indiget. Et abeuntes illi fecerunt ut præceperat illis Jesus [b]. » Et ea quidem quæ vel ad oraculum, vel ad oraculi eventum pertinent, in hunc modum se habent. Sed quid tandem sibi vult hæc illius in asino vectatio, nisi humilem illius et obscurum significare adventum, cujus tempore primum ipsius accessum peregit? nam est alter item gloriosus, de quo Daniel

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου. — Ὡς ἐπὶ πώλου ὀχούμενος ἐλάσειν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα προφητεύεται.

« Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. Καὶ ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραὶμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐξολοθρευθήσεται τόξον πολεμικὸν, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν, καὶ κατάρξει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν εἰς διεκβολὰς γῆς. » Ταῦτα μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ζαχαρίου εἰς τὰ ὕστατα τῶν προφητῶν θεσπίσαντος, οὐδεὶς μετὰ τοὺς τῆς προφητείας χρόνους βασιλεὺς παρὰ Ἰουδαίοις γεγονὼς ἱστορεῖται, οἷον ἡ προφητεία παρίστησιν, εἰ μὴ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς D τοῦ Θεοῦ, καθ' ὃν καὶ αὕτη τέλους ἐτύγχανεν ἡ προόρρησις, ὅτε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς πρὸς λέξιν εἰπών· « Πορευθέντες εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην, εὑρήσετε ὄνον καὶ πῶλον δεδεμένον. Λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποιεῖτε; εἴπατε αὐτῷ· Ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει. Καὶ ἀπελθόντες ἐκεῖνοι ἐποίησαν καθ' ἃ προσέταξεν αὐτοῖς. » Τὰ μὲν οὖν τῆς προρρήσεως καὶ τὰ τοῦ συμπεράσματος τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί δὲ ἄρα ἐβούλετο σημαίνειν ἡ ἐπὶ ὄνῳ ὄχησις αὐτοῦ ἀλλ' ἢ τὴν ταπεινὴν καὶ ἄδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, καθ' ἣν ἐποιήσατο τὴν πρώτην ἄφιξιν; οὔσης γὰρ καὶ δευτέρας ἐνδόξου, περὶ ἧς καὶ Δανιὴλ γυμνότερον ἐκκαλύπτων τὴν θεωρίαν

[a] Zachar. IX, 9, 10. [b] Matth. XXI, 2, 3, 6; Marc. XI, 1-6; Luc. XIX, 30-34.

Digitized by Google

εἴρηκεν· « Ἐθεώρουν ἕως ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. Καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. » Τὰ μὲν τῆς πρώτης ἀφίξεως τῆς ἐνανθρωπικωτέρας καὶ ταπεινῆς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο ἔχει μέγα δεῖγμα καὶ σημεῖον, τὸ πρᾶον λέγεσθαι καὶ ἡσύχιον, ἥξειν τε ὀχούμενον ὑποζυγίῳ προφητεύεσθαι· τοῦτο γὰρ κοινοῦ καὶ ἀνθρωπίνου βίου γένοιτ' ἂν τεκμήριον· τὰ δὲ τῆς δευτέρας καὶ ἐνθέου λαμπρότατα δηλοῦται διὰ τῆς ἐπὶ νεφελῶν οὐρανοῦ παρακομιδῆς, καὶ τῆς αἰωνίου πάντων τῶν ἐθνῶν βασιλείας. Καὶ ἦν γε καλὸν ἀμφοτέρας παραθεῖναι τοῖς ἐκ περιτομῆς, λόγον τε αὐτοὺς ἀπαιτῆσαι, πῶς ἂν σώσαιεν τὰς προφητείας, μίαν ἄφιξιν Χριστοῦ προσδοκῶντες· ἐπεὶ γὰρ ἑκατέραν τῶν παρατεθεισῶν προφητειῶν καὶ αὐτοὶ τὸν Χριστὸν ὁρᾷν ὁμολογοῦσιν, ὥρα λέγειν, καὶ πυνθανομένοις ἡμῖν ἀποκρίνασθαι, πῶς οἷόν τε ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ ὑπὸ μίαν ἄφιξιν, ἐπὶ νεφελῶν οὐρανοῦ φέρεσθαι τὸν αὐτὸν, καὶ ἐπὶ ὑποζυγίου καὶ πώλου νέου ὀχεῖσθαι. Ἐπὶ πολὺ γὰρ ταῦτα διέστηκεν ἀλλήλων. Μυρίας δ' οὖν τοιαύτας καὶ ἄλλας περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείας συναγαγὼν, παραθείς τε καὶ συγκρούσας τὰ διαφόρως σημαινόμενα, ἐναργέστατα καταλήψῃ τινὰς μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας δηλώματα περιεχούσας, πεπληρωμένας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τινὰς δὲ εἰς τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον ἄφιξιν ἀναφερομένας. Ἐξωλόθρευσε γὰρ λεληθότως ἅρματα, καὶ ἵππον, καὶ πᾶν τόξον πολεμικὸν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔνθεος δύναμις, κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, ἐκ τῆς σωματικωτέρας Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ καλουμένου Ἐφραΐμ λαοῦ· διὸ ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο οὐκ ἔτι συνέστη αὐτῶν τὸ βασίλειον, οὐδὲ ἡ πάλαι ἐν πολέμοις ἰσχύσασα παρασκευή τε αὐτῶν καὶ ὁπλιτικὴ δύναμις. Καλῶς δὲ ἐν τούτοις τὸν πάντα τῶν Ἰουδαίων λαὸν Ἐφραΐμ ὠνόμασεν, ἀλλ' οὐχὶ Ἰσραὴλ, οὐδὲ Ἰούδαν, ἵνα μὴ τὰς σεμνοτέρας διαβάλλοι προσηγορίας. Εὕροις δ' ἂν καὶ ταῖς ἄλλαις προφητείαις τὸ πᾶν ἔθνος Ἐφραΐμ μετὰ πολλῆς διαβολῆς καὶ κατηγορίας ὠνομασμένον, ὥσπερ καὶ νῦν. Μετὰ γοῦν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, μηκέθ' ὁμοίως, ὡς τὸ πρὶν, διῃρημένου τοῦ λαοῦ, τίνας ἦν εἰκὸς δηλοῦσθαι διὰ τοῦ Ἐφραΐμ ἢ αὐτοὺς τοὺς τὴθ Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦντας; ὧν τὴν πολεμικὴν καὶ ὁπλιτικὴν δύναμιν, μέχρι τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων διαρκέσασαν, ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσία ἐνθέῳ καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει καθεῖλεν, ὁμοίως τῇ προφητείᾳ. Ταῦτα δὲ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν εὐαγγελίζεται ὁ λόγος, οὐχ ἁπλῶς χαίρειν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα χαίρειν αὐτῇ παρακελευόμενος διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου εἰς αὐτὴν παρουσίαν, ἣν καὶ θυγατέρα

A apertius prodens quæ contemplanda sint, exponit : « Aspiciebam donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Millia millium ministrabant ei, et decies millies dena millia astabant in conspectu ejus. Et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens. Et usque ad Antiquum dierum pervenit : et datus est ei principatus, et honor, et regnum. Et omnes populi, tribus, linguæ, serviunt ei. Potestas ejus, potestas æterna, quæ non præteribit, et regnum ejus non corrumpetur [a]. » Verum ea quidem, quæ ad primum adventum pertinent, qui et humanior et abjectior fuit, cum aliis, hoc quoque argumenti signique habent, quod mansuetus et placidus futurus dicatur, venturusque insidens jumento eodem oraculo declaretur : hoc enim communis humanique victus argumentum fuerit. Quæ vero ad
B alterum illum et divinitatis amplius præ se ferentem, manifestissime indicantur per illam in nubibus cœli advectationem, perque illud æternum in omnibus gentibus regnum : nec sane ab re fuerit utrumque Judæis proponere, rationemque ab illis postulare, quonam pacto, si unum duntaxat Christi adventum exspectant, prophetias suas sibi velint constare : nam cum utramque earum, quæ expositæ sunt, ad Christum pertinere ipsi quoque fateantur, dicant quæso, et interrogantibus nobis respondeant, qui fieri possit ut uno eodemque tempore, sub unum eumdemque adventum, idem et in nubibus cœli feratur, et jumento pulloque adolescente insidens vehatur. **457**
C Longe enim hæc a se invicem distant : quapropter si tu quoque innumerabiles alias his similes de Christo prophetias collegeris et contuleris, et earum significata diversa simul contenderis, alias quidem earum invenies primi illius adventus vaticinia comprehendere, quæ etiam sub eumdem primum completa sunt, alias vero ad secundum eumdemque gloriosum referri oportere. Et currus enim et equum et omnem arcum bellicum Salvatoris nostri divina virtus in priore ipsius adventu, de illa ad corpus umbramque pertinente Jerusalem, deque eo qui Ephrem vocatur populo, latenter ejecit ac perdidit : quare ex illo ad hunc usque diem nusquam amplius illorum regia dignitas constat, neque
D eorumdem qui olim valebat in bellis, apparatus et in armis virtus. Sapienter vero in his omnem Judaicum populum Ephrem nominavit, non autem Israel, neque Juda, ne veneratione digniores calumnietur appellationes. Invenies autem in aliis quoque prophetiis totam gentem Ephrem cum multa calumnia et accusatione nominari, sicut hic quoque. Cum igitur post reditum de Babylone non amplius itidem ut prius in tribus divisus esset populus, quos tandem per Ephrem merito significari intellexeris, nisi eos qui ipsam Jerusalem habitarent? quorum in bellis et in armis egregiam virtutem, quæ usque ad Romana tempora vigens fuit, Salvatoris nostri

[a] Dan. VII, 9-14.

Digitized by Google

adventus, sicut in prophetia dictum fuerat, divina et ineffabili virtute delevit. Proinde collectam de gentibus Ecclesiam oraculum evangelice instruit ac monet, non ut simpliciter gaudeat, sed ut vehementer gaudeat, quippe quod illam ad id faciendum exhortetur propter Dei Verbi ad ipsam adventum, quam item cœlestis Sion, aut etiam prioris congregationis filiam vocat, propterea quod nos omnes qui ex gentibus profecti in Christum Dei credidimus, Christi apostolorumque ejus proles et filii sumus, utpote qui de Judæorum congregatione tanquam de matre orti simus : nam etiam quod sequitur, in Salvatoris nostri adventu completum esse constat. Quis enim ignorat ejusmodi pacem ex gentibus post adventus illius tempora exstitisse, cujusmodi nunquam antea fuisset? neque enim ut prius, sic nunc civitates a civitatibus oppugnantur, neque gentes cum gentibus colliduntur, neque vero ut priscis temporibus, sic nostris vita hominum inquieta instabilisque est, **458** quippe cum neque Athenienses contra Lacedæmonios ferantur, neque Syri adversus Phœnicas, neque Arabes in Palæstinos, neque item Ægyptii adversus finitimos militiam exerceant. Sed ex illo in hunc usque diem, Deo favente, in unum omnia coivere, et revera, sicut in prophetia dictum fuerat, abundantia pacis ex gentibus prodiit, et unus Jesus, et ab ipso denuntiatum evangelicæ doctrinæ verbum, principatum, a mari usque ad mare, hoc est ab oriente sole usque ad occidentem, et a fluminibus ad exporrectiones terræ, sicut ea significaverant, quæ apud prophetam prædicta sunt, accepit; quæ sane Aquila quoque in hunc modum interpretatus est : « Et loquetur pacem in gentibus, et potestas ejus a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines terræ. » Tu vero hæc comparato cum illis quæ in psalmo continentur, qui inscriptus est in Salomonem, quæ videlicet de filio regis ex semine Salomonis oriundo dicuntur; de quo is psalmus ita loquitur : « Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines orbis terræ[7]. » Porro idem hic psalmus eam item quæ hic significatur, pacem, sic futuram describit : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis[8]. » Isaias quoque cum his ipsis concordat, cum ait : « Et conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceolas suas in falces. Et non sumet amplius gens in gentem gladium, et non discent ultra bellum gerere[9]. » Cæterum Michæam quoque invenies iisdem consentanea dicentem, itemque alios ex prophetis multos. Si vero diligenter, ut alias dixi, tempora observaveris, facile intueri poteris, quemadmodum ab Augusti temporibus, et a Salvatoris nostri adventu, qui per ea tempora emicuit, cum ad unum redactum Romanorum imperium omnia obtinuisset, veteres gentium differentiæ, et multiplices principatus aboliti sunt, atque ex illo in hunc modum, quæ ad pacem pertinerent, quam prophetæ prædixerant, ea finem suum contingere cœperint. Cæterum hactenus quidem cœpit, tempus autem veniet, cum plenissime prophetia complebitur, ubi gentium plenitudo ingressa illud fuerit, quod a sancto Apostolo dictum est[9*].

A τῆς ἐπουρανίου Σιών, ἥ καὶ τῆς προτέρας συναγωγῆς ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πάντας ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότας γεννήματα εἶναι καὶ τέκνα Χριστοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, οἷα ἐκ μητρὸς τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς προελθόντας. Καὶ τὸ ἑξῆς δὲ ἐπληροῦτο ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίᾳ. Εἰρήνη γοῦν ἐξ ἐθνῶν γέγονεν ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς ἀφίξεως αὐτοῦ, οἷα οὐδεπώποτε· οὐκ ἔτι γοῦν πόλεις πόλεσιν, ὡς τὸ πρίν, πολεμοῦσιν, οὐδὲ ἔθνη ἔθνεσι συρράσσουσιν, οὐδ', ὡς τὸ παλαιὸν, ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀκαταστατεῖ, οὐδ' Ἀθηναῖοι μὲν Λακεδαιμονίοις ἐπιστρατεύονται, Σύροι δὲ Φοίνιξιν, Ἀράβιοι δὲ Παλαιστίνοις, καὶ Αἰγύπτιοι τοῖς πλησιοχώροις. Ἥνωται δὲ ἐξ ἐκείνου σὺν Θεῷ τὰ πάντα, καὶ ἀληθῶς πλῆθος εἰρήνης ἐξ ἐθνῶν ἐξ
B ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο γέγονεν, ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ. Μόνος δὲ Ἰησοῦς, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ κηρυχθεὶς τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας λόγος ἦρξεν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἕως θαλάσσης, ἀπὸ τῆς ἕω εἰς τὸν καταδυόμενον ἥλιον, καὶ ἀπὸ ποταμῶν εἰς τὰς διεκβολὰς τῆς γῆς, ἀκολούθως τοῖς ἐν τῷ προφήτῃ προλελεγμένοις. Ἅπερ καὶ ὁ Ἀκύλας ὧδέ πως ἡρμήνευσεν εἰπών· « Καὶ λαλήσει εἰρήνην ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς γῆς. » Ταῦτα δὲ τοῖς ἐν τῷ ψαλμῷ σύγκρινον τῷ ἐπιγεγραμμένῳ εἰς Σολομῶνα περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως, δηλαδὴ τοῦ ἐκ σπέρματος Σολομῶνος προελευσομένου, λεγομένοις, περὶ οὗ φησὶν ὁ ψαλμός· « Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσ-
C σης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐνταῦθα δηλουμένην εἰρήνην ὁ αὐτὸς ψαλμὸς φάσκων· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. » Καὶ Ἡσαΐας δὲ τούτοις συντρέχει δι' ὧν φησι· « Καὶ συγκόψουσι μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα. Καὶ οὐ λήψεται ἔτι ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Εὕροις δ' ἂν καὶ Μιχαίαν τούτοις συνᾴδοντα, καὶ ἄλλους πλείους τῶν προφητῶν. Ἐπιστήσας δὲ, ὡς ἔφην, τοῖς χρόνοις, δυνήσῃ συνιδεῖν, ὡς ἀπὸ τῶν Αὐγούστου χρόνων, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐπιλαμψάσης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας, τῆς Ῥωμαίων μοναρχίας ἐπικρατησάσης, αἱ πάλαι τῶν ἐθνῶν διελύθησαν διαστάσεις καὶ πολυαρ-
D χίαι, καὶ τόνδε ἐξ ἐκείνου τρόπον τέλους ἦρξατο τυγχάνειν τὰ τῆς προφητευομένης εἰρήνης. Ἀλλὰ νῦν μὲν τέως ἦρξατο, ἔσται δὲ ὅτε πληρέστατα ἡ προφητεία συμπερασθήσεται, ἐπὰν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ τὸ πρὸς τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεδηλωμένον.

[7] Psal. LXXI, 8. [8] ibid. 7. [9] Isa. II, 4. [9*] Rom. XI, 25.

Digitized by Google

Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ριζ'. — Περὶ Ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, ἐπιφωνήματος.

A 459 *A psalmo* CXVII. — *De acclamatione, Hosanna filio David.*

« Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. Ὦ Κύριε, σῶσον δή, ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰσελθόντος ποτὲ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὅτε κατὰ τὴν πρὸ ταύτης προφητείαν ὀχούμενος ὄνῳ τὴν ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ πρόῤῥησιν ἐπλήρου, κατὰ τὸν θεῖον εὐαγγελιστὴν, οἱ ὄχλοι προάγοντες αὐτὸν καὶ ἀκολουθοῦντες ἐπευφήμουν λέγοντες· « Ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, ὡς ἀννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ὅτε καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις λεγόντων· Τίς ἐστιν οὗτος; Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης Ἰησοῦς, ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ τῆς Γαλιλαίας. » Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ εἴρηται, τὸ, Ὡς ἀννὰ, ὅπερ ἑρμηνευθὲν δηλοῖ, Σῶσον δή, τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν, Ἀννὰ Ἀδωναῖ ὡς ἀννὰ, περιέχει. Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, » ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ψαλμοῦ μετείληπται, ταῦτα δὲ σαφῶς ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἀνενήνεκται· εἰκότως εἰς αὐτὸν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προῤῥήσεως ἐξειλήφαμεν. Οὗτος γὰρ ὢν τυγχάνει εὐλογημένος, ὁ καὶ δι' ἑτέρου προφήτου ὠνομασμένος ὁ ἐρχόμενος, τοῦ φήσαντος· « Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ, » ὃς καὶ ἐλήλυθεν ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ἑαυτοῦ. Αὐτὸς δ' ἂν εἴη καὶ « Θεὸς Κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν. » Ἐν ὀνόματι γοῦν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ὁμολογεῖ ἐληλυθέναι λέγων πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἄλλος ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Αὐτὸς δὴ οὖν ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν Θεὸς Κύριος, ὁ εὐλογημένος, ὁ ἐλθὼν ἐν ὀνόματι Κυρίου, αὐτὸς ἦν καὶ ὁ λίθος, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ πάλαι πρότερον τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν διὰ τῆς Μωσαϊκῆς διδασκαλίας οἰκοδομοῦντες, ὃς καὶ ἀποδοκιμασθεὶς ὑπ' αὐτῶν, εἰς κεφαλὴν ἑτέρας γωνίας τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας κατέστη, ἣν ὡς μὴ τοῖς πᾶσιν ὁρωμένην, μόνοις δὲ τοῖς προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, θαυμαστὴν εἶναί φησιν ὁ λόγος φάσκων· « Καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Τὴν δὲ ἐπιφάνειαν αὐτοῦ πάλιν ἡμέραν ὀνομάζει, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἐπεὶ καὶ φῶς ἦν αὐτὸς τὸ ἀληθινὸν, καὶ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἡμέρα τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ γένοιτο καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν· « Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. » Καὶ τούτων δὲ τοῦτον συντετμημένων τὸν τρόπον, καιρὸς καὶ ἐπὶ τὰς περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ μεταβῆναι προφητείας.

« Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea. O Domine, salvum fac jam nunc; o Domine, da profectum jam nunc. Benedictus qui venit in nomine Domini : [Benediximus vobis de domo Domini :] Deus Dominus, et illuxit nobis [10]. » Salvatore nostro Jesu Christo ingresso quondam in urbem Hierosolyma, quo tempore, sicut prophetia, quam proxime ante hanc exposuimus, continet, dum asello insidens vehitur, fidem huic rei faciente evangelista, vaticinium quod est apud Zachariam complevit, turbæ quæ præibant et quæ sequebantur, acclamabant benedicentes : « Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis. Quo etiam tempore cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens : Quis est hic? Turbæ autem dicebant : Hic est propheta Jesus a Nazareth Galilææ [11]. » Quoniam igitur ex proximo psalmo dictum est illud, hosanna, quod si interpreteris, significat, salvum fac jam nunc, et Hebraicus contextus, Anna Adonai hosanna, habet, necnon illud : « Benedictus qui venit in nomine Domini, » ipsum quoque ab eodem psalmo est acceptum, et hæc ipsa plane ad Christum Deum referri constat : merito ad eumdem reliqua quoque ejusdem vaticinii hoc in loco retulimus. Hic enim est ille benedictus, qui ab alio propheta veniens est nominatus, ubi sic ait : « Adhuc modicum, et veniens veniet et non tardabit [12], » qui item venit in nomine Dei et Patris sui. Idem vero fuerit etiam « Deus Dominus qui illuxit nobis. » Itaque in nomine Patris sui confitetur se venisse ad Judæos, dicens : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me. Alius cum venerit in nomine proprio, illum accipietis [13]. » Hic ipse igitur, qui illuxit nobis Deus Dominus benedictus, qui venit in nomine Domini, lapis ille fuit, quem reprobaverunt, qui quondam antea populum circumcisione signatum, 460 per Mosaicam doctrinam ædificabant : qui item ab illis reprobatus in capite alterius anguli, collectæ utique de gentibus Ecclesiæ, est constitutus, quam sane Ecclesiam, non ut eam quæ ab omnibus, sed ut eam quæ ab unis propheticis oculis cernatur, admirabilem esse, ait oraculum, ubi sic ait : « Et est mirabile in oculis nostris. » Adventum vero ejus, rursus diem nominat, quam fecit Dominus, quandoquidem ipse etiam lux fuit vera, et sol justitiæ, et dies Dei, in qua utinam nobis quoque dicere liceat : « Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea. » Cæterum cum hæc a nobis in hunc modum breviter comprehensa sint, tempus jam fuerit, ad eas quæ de passione illius loquuntur, prophetias, transire.

[10] Psal. CXVII, 22-26. [11] Matth. XXI, 9-11. [12] Habac. II, 3 [13] Joan. V, 43.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

—

EUSEBII PAMPHILI
DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ
LIBER DECIMUS.

—

461 *HÆC INSUNT IN DECIMO LIBRO EVANGELICÆ DE SALVATORE NOSTRO DEMONSTRATIONIS.*

De Juda proditore, et futura cum eo adversus Christum conspiratione, ex subnotatis divinæ Scripturæ locis.

1. *A psalmo* XL.
2. *A psalmo* LIV.
3. *A psalmo* CVIII.
4. *A Zacharia.*
5. *A Jeremia.*

De iis quæ sub illius passionis tempus evenere.

6. *Ab Amos.*
7. *A Zacharia.*
8. *A psalmo* XXI.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΚΑΤΩ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΩΣ.

Περὶ τοῦ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενησομένης συσκευῆς, ἐκ τῶν ὑποσεσημειωμένων Γραφῶν.

α'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ μ'.
β'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ νδ'.
γ'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρη'.
δ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
ε'. Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.

Περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

ς'. Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.
ζ'. Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.
η'. Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ κα'.

PROŒMIUM.

Post exposita oracula de illius Dei ad homines accessu, qui antea nuntiabatur venturus, invitat jam nunc tempus nos, ut de iis disseramus, quæ consideranda sunt in ejusdem de vita humana discessu, videamusque diligenter, quæ rursus ea forent, quæ illi ab initio et a propheticis usque temporibus eventura **462** canerentur, ac primum ea putamus esse tractanda, quæ ad illos pertinent, qui illi mortem ac cædem machinati sunt, quæ sane non parvam rerum hoc loco propositarum sibi vindicant partem : sed antequam ad id veniamus, ea nobis firmiter tenenda sunt, quæ plerumque diximus de dispensatione, quæ omnes illius rationes complexa est, in qua illud considerari solet, quod alia sunt quæ ad ejusdem divinitatem, alia quæ ad assumptam humanitatem pertinent. Alias enim induci solet tanquam et Dei Verbum, et Dei virtus, et Dei sapientia : item magni consilii Angelus, magnusque et æternus Pontifex, qui ut omnia quæcunque genita sunt et sint id quod sunt, et in eo con-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Μετὰ τὰς ἀποδεδομένας προρρήσεις περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἀφίξεως τοῦ προκηρυττομένου Θεοῦ καλεῖ δὴ καιρὸς καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῦ βίου διεξελθεῖν, συνιδεῖν τε αὖθις οἷα συμβήσεσθαι περὶ αὐτῶν ἄνωθεν ἐκ τῶν προφητικῶν ἐθεσπίζετο χρόνων. Πρῶτα δὲ διελεύσομαι τὰ περὶ τῶν τὸν θάνατον αὐτῷ συσκευωρησαμένων, μέρος οὐ μικρὸν τυγχάνοντα τῆς προκειμένης προτάσεως. Πρὸ δέ γε τοῦ λόγου τὰ πολλάκις ἡμῖν εἰρημένα περὶ τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας τηρητέον, ὅτι δὴ τὰ μὲν κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐπινοεῖται. Πῇ μὲν γὰρ εἰσάγεται Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία· μεγάλης τε βουλῆς ἄγγελος, μέγας τε καὶ αἰώνιος ἀρχιερεύς, ὑπὲρ τῆς τῶν γεννητῶν ἁπάντων οὐσιώσεώς τε καὶ σωτηρίας ἱερωμένος, καὶ ἱλεούμενος τὸν Πατέρα· πῇ δὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἀνθρώπειον σκῆνος, ὃ δίκην ἀμνοῦ καὶ προβάτου ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης, οἷά τις ἀρχιερεύς, ἀναλαβὼν,

Digitized by Google

καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καλλιερησάμενος, προσηγάγετο τῷ Πατρὶ, δι' οὗ καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ὡμίλησε φύσει, οὐκ ἄλλως δυναμένῃ Λόγου Θεοῦ καὶ δυνάμεως ἀσωμάτου καὶ νοερᾶς ἐπηκόῳ γενέσθαι, οὐδέ τι μεῖζον σαρκῶν καὶ σωμάτων δι' ὀφθαλμῶν σαρκὸς ἐπινοῆσαι. Ὅσα τοίνυν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον δόξειεν ἐν τοῖς προκειμένοις περὶ αὐτοῦ λέγεσθαι, ταῦτα τὸν Ἀμνὸν ὁρᾷν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὸ σκῆνος τὸ ἀνθρώπειον ὑποβάλλει νοεῖν. Ἀμνὸς μὲν γὰρ ἦν αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, κατὰ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην τὸν λέγοντα· « Ἰδὲ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἀμνὸς δὲ ἦν καὶ ὁ ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, κατὰ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ λόγιον φάσκον· « Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος ἄφωνος. » Περὶ τοῦ αὐτοῦ δὲ ὡς περὶ ἀμνοῦ ἐλέγετο καὶ τὸ, « Ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦχθη εἰς θάνατον· » ἔδει γὰρ τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως ἀναληφθέντα ὑπὲρ τῶν λοιπῶν συγγενῶν ἀμνῶν, καὶ ὑπὲρ πάσης τῆς ἀνθρωπίνης ἀγέλης θυσίαν τῷ Θεῷ προσαχθῆναι. « Ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος καὶ δι' ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις ἡ ἐκ νεκρῶν, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος· καὶ « ὥσπερ δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς· » ἔνθεν καὶ αὐτὸς τοὺς μὲν ἑαυτοῦ μαθητὰς ζωὴν καὶ φῶς καὶ ἀλήθειαν ἑαυτὸν εἶναι, καὶ τὰς λοιπὰς ἐπινοίας τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας ἐπαίδευε, τοῖς δὲ ἀμυήτοις τῶν κατ' αὐτὸν ἀπορρήτων ἔλεγε· « Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » Ὥσπερ οὖν τὰ τῆς θεολογίας ἰδιώματα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀποδέδοται, τὸν ὅμοιον δὴ τρόπον κἀνταῦθα τοῦ ἀμνοῦ τὰ ἀνθρωποπαθῆ παραστήσεται, τῶν πρὸ τοῦ πάθους αὐτοῦ μέσων ὄντων, ὁμοῦ τε ἄμφω, τά τε κατὰ τὸν Θεὸν καὶ τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον αὐτοῦ περιειλημμένων. Τούτων χρησίμως ἡμῖν προτετηρημένων, ἤδη καὶ τῶν λογίων αὐτῶν ἐφαψώμεθα, περὶ τῆς Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κατὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένης συσκευῆς, περί τε τῶν ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συμβεβηκότων.

A serventur, dum sacro munere fungitur, patrem suum exorat. Alias autem tanquam et Agnus Dei, qui tollat peccata mundi, et ovis quæ ad cædem ducatur. Hoc autem fuit ipsum humanum corpus, quod illc instar agni atque ovis, cum de nostro grege veluti Pontifex assumpsisset, primitiis humani generis fauste feliciterque operatus, Patri munus attulit, per quod etiam cum humana natura commercium habuit, quæ alioqui neque Dei Verbum, neque vim incorpoream atque intelligentem exaudire aut percipere potuisset, neque quidquam supra carnem aut corpus per oculos corporis intueri. Quæcunque igitur de illo in his quæ nunc tractamus, humilius abjectiusque dici videbuntur, ea spectare Agnum Dei, qui tollit peccatum mundi, B corpusque illud humanum, meminisse oportebit. Agnus ille quidem fuit, tollens peccatum mundi, ut Baptista Joannes dicebat : « Ecce, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi [14]; » agnus item, ad cædem ductus, ut est in Isaiæ prophetæ oraculo, quod ita ait : « Tanquam ovis ad cædem ductus est, et tanquam agnus coram tondente obmutuit [15]. » De eodem vero tanquam de agno etiam illud dictum est : « Ex peccatis populi mei ductus est ad mortem [16] : » oportebat enim Agnum Dei, qui a maximo Pontifice assumptus fuerat, pro reliquis cognatis agnis, et pro omni humano grege, Deo victimam afferri. Nam « quoniam per hominem mors, per hominem etiam resurrectio a mortuis [17], » inquit Apostolus, et « sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic C per unius justitiam, in omnes homines in justificationem vitæ [18], » ex hoc ipse quoque suis quidem discipulis se et vitam, et lucem, et veritatem esse, et reliqua **463** omnia quæ ex theologia de illo considerantur, ostendebat. Ad profanos autem, et arcanorum ipsius expertes dicebat : « Quid me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum [19]? » Quemadmodum igitur quæ theologiæ de illo propria sunt, in prioribus libris sunt exposita, ita in hoc quæ ad agni humanas affectiones, patibilemque naturam pertinent, tractabuntur : quæ medii cujusdam instar fuere, ad ea quæ passionem illius antecesserunt, et utraque simul tum ea quæ ad Deum pertinent, tum ea quæ ad hominem, qui ille erat, complexa sunt. Postquam igitur hæc a nobis non inutiliter observata, retentaque sunt, jam tum ipsa etiam oracula aggredi tempus esse videtur, quæ et Judam proditorem, cumque eo futuram adversus Christum conspirationem, et quæ illi sub ipsum passionis tempus eventura erant, significabant.

Ἀπὸ ψαλμοῦ μ'. — Περὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων.

D *A psalmo* XL. — *De Juda proditore, et iis qui cum eo insidias adversus Salvatorem nostrum construxere.*

« Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν, καὶ ζήσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσει αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ. Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν

« Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in manus inimicorum ejus. Dominus opem feret illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ego dixi : Domine, miserere mei, sana animam

[14] Joan. I, 29. [15] Isa. LIII, 7, [16] ibid. 8. [17] I Cor. XV, 21. [18] Rom. V, 18. [19] Joan. VIII, 40.

Digitized by Google

meam, quia peccavi tibi; inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, et peribit nomen ejus? Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum[1], adversum me susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum constituerunt adversum me, nunquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat? et enim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem. Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis; in hoc cognovi quod voluisti me, quoniam **464** non gaudebit inimicus meus super me, me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum [20]. » Quoniam nonnulli suspicati sunt librum Psalmorum, hymnos tantum in Deum et carmina theologica continere, præsagia vero aut de rebus futuris prophetias non item, primum illud erit observandum, quod innumerabilia sunt, quæ in illis futura canuntur, quæ quidem longum esset in præsentia colligere, sed satis fuerit ad hujusce propositi confirmationem, duobus nunc uti psalmis, qui ipsi quidem Asaph inscripti sunt, dicti vero ipsius David temporibus. Tunc enim cum Asaph unus esset ex iis viris sanctis qui psalmos canebant, ut scriptum est in libro qui *Paralipomenon* inscribitur, psalmos qui illi attribuuntur, divino afflatus Spiritu enuntiavit. Quid igitur hujuscemodi psalmi continent? nimirum vaticinia, quibus Judæorum regiæ civitatis vastatio prædicitur, quæ vastatio Judæis accidit anno circiter quingentesimo post ejusmodi vaticinium. Ergo psalmus septuagesimus tertius, qui intellectus Asaph inscribitur, ita habet: « Ut quid, Deus, repulisti in finem? iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ? memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio, redemisti virgam hæreditatis tuæ, mons Sion hic, in quo habitasti in eo, leva manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis, et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ, posuerunt signa sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu desuper, quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi et vecte dejecerunt eam, incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui [21]. » Hæc quidem septuagesimus tertius psalmus. Septuagesimus autem octavus, qui ipse quoque est Asaphi, hæc continet: « Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem quasi pomorum custodiam, posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ [22]. » Ex his ea quæ prius recitata sunt, dico autem ea, quæ de septuagesimo psalmo accepimus, prædicta sunt adhuc regnante David, antequam templum a Salomone constructum esset. **465** Sed suum finem contigere, non

A ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. Οἱ ἐχθροί μου εἶπαν κακά μοι· πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου, κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι. Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι; καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. Σὺ δέ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐπειδή τινες ὑπειλήφασι τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν ὕμνους μόνον εἰς Θεὸν, B καὶ ᾠδὰς θεολογικὰς περιέχειν, οὐ μὴν καὶ προγνώσεις, οὐδὲ μελλόντων προφητείας, τοῦτο πρῶτον ἐπιτηρητέον, ὡς μυρία θεσπίζεται δι' αὐτῶν, ἃ καὶ μακρὸν ἂν εἴη συναγαγεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀρκεῖ δὲ χρήσασθαι εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου δύο ψαλμοῖς· ἐπιγεγραμμένως δὲ κατὰ τοῦ Δαβὶδ χρόνους. Τὸ τηνικαῦτα γὰρ εἷς τῶν ἱεροψαλτῶν ὁ Ἀσὰφ τυγχάνων, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ φέρεται τῶν Παραλειπομένων, τοὺς ἐπιγεγραμμένους αὐτὸν ψαλμοὺς θείῳ Πνεύματι προσεφώνησε. Τί δὴ οὖν περιέχουσιν οἱ ψαλμοί; προρρήσεις τῆς πολιορκίας τῆς βασιλικῆς πόλεως τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἥτις γέγονεν ἐγγὺς που πεντακοσίοις ἔτεσι μετὰ τὴν πρόρρησιν. Λέγει δ' οὖν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ἐπιγεγραμμένος συνέσεως τῷ Ἀσὰφ, « Ἵνα τί ἀπώσω, ὁ Θεὸς, εἰς τέλος; ὠργίσθη ὁ C θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου; μνήσθητι τῆς συναγωγῆς σου, ἧς ἐκτήσω ἀπ' ἀρχῆς, ἐλυτρώσω ῥάβδον κληρονομίας σου. Ὄρος Σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ, ἔπαρον τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας αὐτῶν εἰς τέλος. Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τοῖς ἁγίοις σου, καὶ ἐνεκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου, ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν σημεῖα· καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν ἔξοδον ὑπεράνω. Ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων, ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν. Ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριόν σου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματός σου. » Ταῦτα μὲν ὁ ἑβδομηκοστὸς τρίτος ψαλμός· καὶ ὁ ἑβδομηκοστὸς δὲ ὄγδοος, τοῦ Ἀσὰφ καὶ αὐτὸς τυγχάνων, τάδε περιέχει· « Ὁ D Θεὸς, εἰσῆλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου. Ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον, ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. » Τούτων δὲ τὰ μὲν πρῶτα, λέγω δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ τρίτου ψαλμοῦ, εἴρητο βασιλεύοντος ἔτι τοῦ Δαβὶδ, πρὸ τοῦ τὸν ναὸν ὑπὸ Σολομῶνος κατασκευασθῆναι· τέλους δὲ ἔτυχεν οὐκ ἄλλοτε ἢ πρῶτον μὲν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων πολιορκίας, δεύτερον δὲ ἐπὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πρὸς Ἰουδαίους πολέμου· ἕκαστα γὰρ τῶν εἰρημένων ἐπληροῦτο ἐπί τε τῆς πρώτης καὶ δευ-

[20] Psal. XL, 2-13. [21] Psal. LXXIII, 1-7. [22] Psal. LXXVIII, 1, 2.

Digitized by Google

τέρας τοῦ ἱεροῦ κατασκαφῆς, προγνωσθέντα καὶ ἀναφωνηθέντα ἐν τοῖς εἰρημένοις Ψαλμοῖς ὑπὸ τοῦ Ἀσάφ. Τὰ δὲ δεύτερα ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου, ἐπληροῦτο κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους, τοῦ κληθέντος Ἐπιφανοῦς, ὃς, τῆς Συρίας βασιλεύσας, ὑπάγεται μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα, μιαίνει δὲ τὸν ναὸν, καὶ καθαιρεῖ τὸ θυσιαστήριον· ἔπειτα τοὺς Ἰουδαίους Ἑλληνίζων, πλείστους ὅσους αὐτῶν ἄνδρας καὶ γυναῖκας ὑπὲρ τοῦ οἰκείου νόμου καὶ τῆς πατρῴας εὐσεβείας ἀνῄρει, ποικίλαις προαικιζόμενος τιμωρίαις. Εἰς ἐκεῖνον τοιγαροῦν τὸν καιρὸν, καὶ εἰς τοὺς μετὰ ταῦτα τῷ Ἀντιόχῳ τὰ ἴσα πράξαντας, ἀναφωνεῖ ὁ Ἀσὰφ τὸ ἀπὸ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ ὀγδόου ψαλμοῦ. Μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡ τῶν καλουμένων Μακκαβαίων γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· « Καὶ προσεπισυνήχθησαν πρὸς Ἰάκειμον καὶ Βακχίδην συναγωγὴ γραμματέων ἐκζητοῦσα δίκαια. » Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ ὤμοσεν αὐτοῖς λέγων· Οὐκ ἐκζητήσομεν ὑμῖν κακὸν, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῶν· καὶ ἐνεπίστευσαν αὐτῷ· καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἑξήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, κατὰ τὸν λόγον Ἀσὰφ ὃν ἔγραψεν, ἔδωκαν τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, σάρκας ὁσίων σου τοῖς ζώοις τῆς γῆς, αἵματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. » Τούτων οὕτω προῤῥηθέντων καὶ ἀποτελεσθέντων, οὐ θαυμαστὸν, εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ προεκτεθέντα τοῦ τεσσαρακοστοῦ ψαλμοῦ λόγια σημαίνει τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι κατὰ τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς χρόνον, ἅπερ μὴ πάντων ἀνθρώπων συνιέντων, ὅπως Λόγος ὢν Θεοῦ, καὶ σοφία, καὶ ζωὴ, καὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ πάντα πλοῦτον ἀγαθῶν κεκτημένος, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε σάρκα λαβὼν, καὶ τοῖς τὸ γένος θνητοῖς ἀνθρώποις καὶ πτωχοῖς ὁμοιωθεὶς, μορφήν τε δούλου καὶ πένητος ἀνείληφώς, καὶ μάλιστα καθ' ὃν καιρὸν ἐπλήρου τὴν ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ προφητείαν, εἰκότως ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ μακαρίζεται ὁ ταῦτα περὶ αὐτοῦ συνιεὶς, ἐπαγγελίας τυγχάνων τῆς ἀναγεγραμμένης. Εἶθ' ἑξῆς ἐκ προσώπου λοιπὸν δὴ τοῦ πένητος καὶ πτωχοῦ, αὐτοῦ δηλαδὴ τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος Σωτῆρος ἡμῶν, ἐπιλέγεται· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με. » Ὅτι δὲ ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ θεσπίζεται, αὐτάρκης μάρτυς ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τυγχάνει. Ἱστορεῖ γὰρ, ὅτι « Λαβὼν ὁ Ἰησοῦς ποτε λέντιον περιεζώσατο, καὶ νίψας τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν· Ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. » Ποίαν γὰρ πεπληρῶσθαι γραφὴν ἐν τούτοις ἐδήλου ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ ἐν ᾧ εἴρηται· « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν; » Φησὶν οὖν ἀρχόμενος· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι· » καὶ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ· ἅπερ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἐξέδωκε τὸν τρόπον· « Ἐμοῦ λέγοντος· Κύριε, οἰκτει-

A alias, quam semel quidem populantibus Babyloniis, iterum autem bello quod adversum Judæos a Romanis gestum est, unumquodque enim eorum, quæ dicta sunt, completum est tam prima templi eversione, quam ea quæ secuta est, tametsi in hisce duobus psalmis et provisum et enuntiatum est. Quæ vero secundo loco recitavimus, et a septuagesimo octavo psalmo accepimus, completa sunt ejus Antiochi temporibus, qui vocatus est Illustris, qui cum in Syria regnaret, irrupit quidem in urbem Hierosolyma, fœdavit vero templum, et sanctuarium evertit. Dumque Judæos Græcorum moribus cogit vivere, quamplurimos eorum tam mares quam feminas, qui neque proprias leges neque patriam pietatem deserere volebant, variis prius vexatos supplici-
B iis, interfecit. In illud ergo tempus, et in eos qui posthac, eadem quæ Antiochus patraverint, clamat Asaph ea quæ septuagesimo octavo psalmo continentur. Fidem huic rei facit, ea quæ vocatur Macabæorum historia, quæ in hunc modum se habet : « Et convenerunt ad Jacimum et Bacchidem congregatio scribarum requirentium quæ justa sunt[23], » et deinceps adjungit : « Et juravit illis dicens : Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris, et crediderunt ei, et comprehendit ex iis sexaginta viros, et occidit eos in uno die, secundum verbum Asaph quod scripsit, dederunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ, sanguinemque eorum effude-
C runt in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret[24]. » Cum hæc in hunc modum et prædicta et completa sint, mirum videri non debet, si eodem modo etiam oracula de quadragesimo psalmo nuper accepta, quid futurum esset per id tempus, quo Judæi adversus Salvatorem nostrum conspirarunt, significant : ex quibus cum universi homines non intelligerent, quonam pacto qui Verbum Dei est, et sapientia, et vita, et lumen verum, et omnes bonorum divitias possidens, propter nos assumpto corpore, et pauper et natura mortalibus hominibus et egenis similis sit factus, formamque et servi et pauperis acceperit, maxime quo tempore complebat ea quæ ad prophetiam hujus psalmi pertinent, merito in initio psalmi, is ut beatus commendatur,
D qui hæc de illo intellexerit, utpote qui promissum publicæ memoriæ traditum obtineat. 466 Tum deinceps, quod superest, ex ipsius pauperis atque egeni persona, ipsius videlicet Salvatoris nostri, qui propter nos inopem vitam assumpsit, adjungitur : « Ego dixi, Domine, miserere mei[25]. » Quod vero ex persona Salvatoris, quæ ad hunc psalmum pertinent, prædicta sint, optimus sane sit testis evangelista Joannes. Narrat enim, ut olim Jesus, cum accepisset linteum, præcinxerit se, cumque pedes discipulorum suorum abluisset, dixerit : « Ego scio quos elegerim, sed ut compleatur Scriptura : Qui edit mecum panem, levavit contra me calca-

[23] 1 Machab. VII, 12. [24] ibid. 15-17. [25] Psal. XL, 5.

Digitized by Google

neum suum [26]. » Etenim quam tandem aliam in his Scripturam completam esse dicebat, nisi eam quæ in hoc psalmo habetur, qui nunc in manibus est, in quo quidem psalmo illud dictum est : « Etenim homo pacis meæ in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [27]. » Initio ergo sic ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi [28] : » et per totum psalmum, ea quæ planius in hunc modum Symmachus edidit : « Me dicente, Domine, miserere mei, sana animam meam ; et si peccavi tibi, inimici mei dixerunt de me mala, quando morietur, et peribit nomen ejus? et cum ingrederetur, vana loquebatur cor ejus, congregabat injustitiam sibi. Cum egrederetur foras, obloquebatur, uno animo susurrabant contra me omnes qui oderant me, de me cogitabant mala mihi, verbum iniquum effusum erat inter ipsos, et qui cecidit non amplius surget, sed et homo qui pacem habebat mecum, cui confidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me consequenter ; tu autem, Domine, miserere mei, et suscita me, ut retribuam eis : propter hoc cognoscam quod voles, si non obloquetur inimicus meus, me autem propter simplicitatem suscepisti, et constitues me in conspectu tuo in æternum. » Cum his vero quæ Symmachus edidit concordant etiam ea quæ ab Aquila edita sunt, sensuque idem valent. Primum igitur de eo quod ex persona Salvatoris nostri enuntiari videatur, illud quod dictum est : « Sana animam meam, quia peccavi tibi, » observato, quæso te, ut idem apud Symmachum non eodem modo se habeat, sed sic : Sana animam meam, et si peccavi tibi. » Sic autem hoc ille ait, propterea quod nostra secum ipse peccata communicavit. Ex quo illud dictum est : « Et Dominus tradidit eum peccatis nostris, et, ipse peccata nostra fert [29]. » **467** Factus est igitur pro nobis exsecratio ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, quem non cognoscentem peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, dum illum pretium animatum ac vivum pro nostris omnium animis tradit, ut nos efficiamur justitia Dei in ipso. Sed quando etiam in similitudinem carnis peccati factus, condemnavit peccatum in carne, merito proferuntur ea quæ jam exposita sunt. Quod autem peccata nostra, sua faciens propter charitatem erga nos ac benevolentiam, hæc dicat, deinceps oratione progressus in eodem psalmo demonstrat, dicens : « Me autem propter innocentiam suscepisti [30]. » Quibus verbis planissime Agnum Dei, omnis mali expertem et innocuum ostendit. Sed quo tandem modo ille peccata nostra sua fecit, et quo item modo iniquitates nostras tulit? num ex eo quod corpus illius nos esse dicti sumus, ut ait Apostolus : « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte, et ex eo quod dum unum membrum patitur, simul omnia cum eo membra

A ρόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι, οἱ ἐχθροί μου ἔλεγον περὶ ἐμοῦ κακά· Πότε ἀποθάνῃ, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ; Εἰσερχόμενος ἐπισκέψασθαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἤθροιζεν ἀδικίαν ἑαυτῇ. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω κατελάλει. Ὁμοθυμαδὸν ἐψιθύριζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισοῦντές με, περὶ ἐμοῦ ἐννοοῦντες κακά μοι. Λόγος παράνομος ἐκκέχυτο ἔνδον αὐτῶν, καὶ πεσὼν οὐκέτι ἀναστήσεται· ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος, ὃς εἰρήνευέ μοι, ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου. Ἀκολούθως, σὺ δὲ, Κύριε, οἰκτειρόν με, καὶ ἀνέγειρόν με, ἵνα ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Διὰ τοῦτο γνώσομαι, ὅτι θελήσεις, ἐὰν μὴ καταλαλήσῃ ὁ ἐχθρός μου. Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἁπλότητα ἀντέσχου, καὶ παραστήσεις με ἔμπροσθέν σου δι' αἰῶνος. » Ἰσοδυναμεῖ

B δὲ τοῖς τοῦ Συμμάχου καὶ τὰ Ἀκύλου. Πρῶτον οὖν περὶ τοῦ δοκεῖν ἀπεμφαίνειν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ εἰρημένον, τὸ, « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι, » τηρήσεις τὸ παρὰ τῷ Συμμάχῳ μὴ οὕτως ἔχον, ἀλλὰ, « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι. » Καὶ οὕτω δὲ τοῦτό φησιν, ἐπειδὴ τὰς ἡμετέρας κοινοποιεῖ εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίας. Διὸ λέλεκται· « Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν· » καὶ, « Αὐτὸς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει. » Γέγονε γοῦν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὃν καὶ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν προέμενος αὐτὸν, ἵνα

C ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, εἰκότως προφέρεται τὰ ἐκκείμενα. Ὅτι δὲ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοικειούμενος, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην καὶ φιλανθρωπίαν, ταῦτά φησιν, ἐξῆς ὑποκαταβὰς ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ ἐπιφέρει, λέγων· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου· » σαφῶς τὸ ἀπειρόκακον τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ παριστάς. Πῶς δὲ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐξοικειοῦται ; καὶ πῶς φέρειν λέγεται τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἢ καθ' ὃ σῶμα αὐτοῦ εἶναι λεγόμεθα ; κατὰ τὸν Ἀπόστολον φήσαντα· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους· καὶ καθ' ὃ πάσχοντος ἑνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, » οὕτω τῶν πολλῶν μελῶν πασχόντων καὶ ἁμαρτανόντων, καὶ αὐτὸς κατὰ τοὺς τῆς συμπαθείας λόγους, (ἐπειδήπερ εὐδόκησε, Θεοῦ

D Λόγος ὤν, μορφὴν δούλου λαβεῖν, καὶ τῷ κοινῷ πάντων ἡμῶν σκηνώματι συναφθῆναι·) τοὺς τῶν πασχόντων μελῶν πόνους εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει, καὶ τὰς ἡμετέρας νόσους ἰδιοποιεῖται, καὶ πάντων ἡμῶν ὑπεραλγεῖ καὶ ὑπερπονεῖ, κατὰ τοὺς τῆς φιλανθρωπίας νόμους. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα πράξας ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν κολασθεὶς καὶ τιμωρίαν ὑποσχὼν, ἣν αὐτὸς μὲν οὐκ ὤφειλεν, ἀλλ' ἡμεῖς τοῦ πλήθους ἕνεκεν τῶν πεπλημμεληκότων, ἡμῖν αἴτιος τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως κατέστη, ἅτε τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεξάμενος θάνατον, μάστιγάς τε καὶ ὕβρεις, καὶ ἀτιμίας ἡμῖν ἐποφειλομένας εἰς αὐτὸν μεταθεὶς, καὶ τὴν ἡμῖν προστετιμημένην κατάραν

[26] Joan. XIII, 18. [27] Psal. XL, 10. [28] Ibid. 5. [29] Isa. LIII, 4-6. [30] Psal. XL, 13.

Digitized by Google

ἐφ' ἑαυτὸν ἑλκύσας, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀντίψυχον; διό φησιν ἐξ ἡμετέρου προσώπου τὸ λόγιον· « Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. » Ὥστε εἰκότως ἑνῶν ἑαυτὸν ἡμῖν, ἡμᾶς τε αὐτῷ, καὶ τὰ ἡμέτερα πάθη ἰδιοποιούμενός φησιν· « Ἐγὼ εἶπα· Κύριε, ἐλέησόν με, ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἥμαρτόν σοι. » Ὁρῶντας δὲ εἰκότως τοὺς ἐπιβουλεύοντας οὐ μόνον ἀνθρώπους ἀλλὰ καὶ ἀοράτους δυνάμεις τὴν ὑπερβάλλουσαν ἰσχὺν αὐτοῦ τῆς θείας προσηγορίας καὶ τοῦ ὀνόματος, δι' οὗ μικρὸν ὕστερον Χριστιανῶν τὴν πᾶσαν κατέπλησεν οἰκουμένην, σβέσειν αὐτὴν οἴμαι ὑπειληφέναι, εἰ τὰ πρὸς θάνατον ἐπιβουλεύσαιεν αὐτῷ. Τοῦτο δὴ οὖν αὐτὸ διελέγχει φάσκων· « Οἱ ἐχθροί μου εἶπαν κακά μοι· Πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; » Ἐπεὶ δὲ καθυποκρινόμενοι προσῄεσαν πειράζοντες ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν, ὡς ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ, ἄλλοτε ἄλλας αὐτοὺς προφάσεις καὶ κατηγορίας κατ' αὐτοῦ συσκευάζεσθαι ἱστοροῦσα, τούτων ἕνεκα ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατ' ἐμοῦ. » Ἐξῆς δὲ τούτοις ἤδη σαφῶς ἐμφαίνει καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν δυσσεβέστατον προδότην· ἐπειδὴ συνέβαινε μεθ' ἃς πεποίητο συνθήκας τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων περὶ τῆς τοῦ διδασκάλου προδοσίας, μηκέτ' ἀπαντᾷν αὐτὸν συνήθως ἐπὶ τὴν τῶν θείων μαθημάτων διδασκαλίαν, μηδ' ὡς παρὰ διδάσκαλον φοιτᾷν, μηδ' ὁμοίως τοῖς ἑτέροις παραβάλλειν τῇ τοῦ Σωτῆρος διατριβῇ, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κατοπτεύειν καὶ θηρεύειν καιρὸν, ὅτε δέοι ἐπιθέσθαι αὐτῷ. Τοῦτο δ' οὖν καὶ κατηγορεῖται πράττων ὑπὸ τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν, ὧν ὁ μὲν Ματθαῖός φησι· « Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· » ὁ δὲ Μάρκος· « Καὶ Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης εἷς τῶν δώδεκα ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐχάρησαν, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐζήτει πῶς αὐτὸν εὐκαίρως παραδῷ· » ὁ δὲ Λουκᾶς γράφει λέγων· « Εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Ἰσκαριώτην, ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ τοῖς στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ, ἵνα αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν αὐτοῖς ἄτερ ὄχλου. » Ταῦτα δὴ οὖν αὐτὰ θεσπίζουσα ἡ μετὰ χεῖρας πρόῤῥησις ἐπιλέγει· « Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, συνήγαγεν ἀνομίαν ἑαυτῷ. Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου. » Ὁ γοῦν Σύμμαχος, « Εἰσερχόμενος, » φησὶν, « ἐπισκοπῆσαι, μάταια ἐλάλει ἡ καρδία αὐτοῦ, ἤθροιζεν ἀδικίαν ἑαυτῇ. Ἐξερχόμενος δὲ ἔξω

A patiuntur[31], » ita nimirum, multis enim patientibus et peccantibus membris, ipse quoque ratione consentientis sibi invicem naturæ (quandoquidem cum Dei Verbum esset, ei placuit, et formam servi accipere, et communi omnium nostro domicilio copulari) patientium membrorum labores in seipsum assumpsit, et nostras valetudinis infirmitates, suas fecit, et ex legibus humanitatis pro omnibus nobis et dolores et labores sustinuit. Cæterum non modo rebus his gestis Dei Agnus, verum etiam pro nobis tormenta passus, supplicioque affectus, quo ipse quidem dignus minime erat, sed nos ipsi propter multitudinem peccatorum, ut peccata nobis dimitterentur, auctor exstitit : utpote qui pro nobis et mortem subierit, et verbera, et probra, et contume-
B lias, quibus nos digni eramus, in seipsum transtulerit, et exsecratio pro nobis factus, exsecrationem quæ nobis debebatur, ad seipsum attraxerit. Quid enim aliud ille, quam pro animis nostris pretium? Itaque ex persona nostra oraculum ait : « Livore ejus nos sanati sumus : et Dominus tradidit eum peccatis nostris[32]. » Proinde merito dum seipsum nobis conjungit, et nos ac vitia nostra sibi asciscit, ita ait : « Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi : » videntesque item merito non solum insidiatores homines, 468
sed etiam insidiatrices invisibiles potestates, vim immensam illius divinæ appellationis et nominis, quo haud ita multo post totum orbem terrarum
C Christianis implevit, illam se posse exstinguere putaverunt, si mortem illi machinarentur. Hoc ipsum igitur his verbis redarguit : « Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur et peribit nomen ejus[33]? » Quoniam autem simulatis verbis accedebant, tentantes ut ipsum caperent in sermone, ut legimus apud divinam Scripturam, quæ illos contra illum alias aliis et occasionibus et criminibus utentes inducit, idcirco illud adjungit : « Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi, egrediebatur foras et loquebatur in idipsum contra me[34]. » Hisce vero rebus expositis, deinceps ipsum illum scelestissimum proditorem verbis indicat : quandoquidem illud evenit, ut postquam de prodendo præ-
D ceptore cum principibus Judæorum pactus esset, non amplius ut solebat ad divina præcepta perdiscenda conveniret, neque vero tanquam ad præceptorem accederet, aut aliorum more præceptoris consuetudine uteretur, sed tempus duntaxat circumspiceret atque observaret, quo adoriri illum posset. Proinde illum ista molientem ac patrantem, sancti evangelistæ criminantur : quorum unus Matthæus ita ait : « Tunc abiens unus ex duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes ad principes sacerdotum, ait illis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? illi autem constituerunt ei triginta argenteos. Et ex illo quærebat opportunitatem, ut

[31] I Cor. XII, 26, 27. [32] Isa. LIII, 4-6. [33] Psal. XL, 6. [34] ibid. 7, 8.

Digitized by Google

ipsum eis traderet [35]. » Marcus autem sic : « Et Judas Iscariotes unus ex duodecim, abiit ad principes sacerdotum ut eum illis traderet. Illi autem audientes gavisi sunt. Et promiserunt se argentum ei daturos : et quærebat quomodo illum opportune traderet [36]. » Lucas vero in hunc modum scribit : « Intravit autem Satanas in Judam qui vocatur Iscariotes, unum de duodecim. Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et scribis et ducibus templi, ut eum illis traderet. Et gavisi sunt, et pacti sunt argentum illi dare : et quærebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis [37]. » Eadem igitur hæc, vaticinium quod nunc in manibus est, canens, ita ait : « Et ingrediebatur ut videret, vana loquebatur cor ejus, congregavit iniquitatem sibi. 469 Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. » Contra me susurrabant omnes inimici mei. Symmachus autem : « Ingrediens, inquit, ut inspiceret, vana loquebatur cor ejus, congregabat injustitiam sibi. Egrediens autem foras obloquebatur. Uno animo susurrabant contra me omnes qui oderunt me. » Solus igitur tanquam familiaris et discipulus ingressus, circumspiciebat et explorabat intus, insidias in corde suo occultans. Egressus autem, cum pluribus uno animo et in idem obloquebantur, dum Salvatorem inimicis tradebat, et latenter paciscebatur cum principibus Judæorum cum de aliis rebus, tum vero etiam de pecunia qua se traditurum illum promittebat, et de qua una cum ipsis illis susurrabat. Ex quo ait : « Egrediebatur foras, et loquebatur in idipsum. Adversus me susurrabant omnes inimici mei. Adversum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt adversum me [38]. » Videtur autem pactionem de argenteis, verbum iniquum, prophetice nominare : aut etiam ita dicit, propterea quod nefaria et iniqua adversus illum cogitabant, utpote qui illum exstinguendum et post necem abolendum, neque amplius inter vivos requirendum arbitrarentur. Tale est enim illud : « Nunquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat [39] ? » quod lucidius protulit Symmachus his verbis : « Et qui cecidit non ultra resurget. » Aquila vero, « Et qui, inquit, dormierit, non adjiciet ut resurgat [40] : » et hæc quidem adhuc communiter de universis dicta sunt, qui sub ipsum passionis tempus insidias illi fecerunt. At seorsum de proditore, tanquam de eo quem ipse ut discipulum instituisset, deinceps adjungit, dicens : « Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [41]. » Pro quo rursum Symmachus : « Et homo, inquit, qui pacem habebat mecum, cui confidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me. » Pessimus enim revera omnium et sceleratissimus, qui post communem mensam, et post cibi inter verba præceptoris assumptionem,

κατελάλει. Ὁμοθυμαδὸν ἐψιθύριζον κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ μισοῦντές με. » Μόνος μὲν οὖν ὡς ἂν γνώριμος καὶ μαθητὴς παρὰ διδάσκαλον εἰσιὼν, περιεσκόπει καὶ κατεμάνθανεν, ἔνδον ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας κρύπτων τὴν ἐπιβουλήν. Ἐξιὼν δὲ, μετὰ πλειόνων ὁμοθυμαδὸν καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατελάλει, τοῖς ἐχθροῖς προδιδοὺς τὸν Σωτῆρα, καὶ συνταττόμενος τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἄρχουσι λεληθότως περὶ ἑτέρων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἐφ' οἷς παραδώσειν αὐτὸν ὑπισχνεῖτο, περὶ ὧν μετ' αὐτῶν ἐκείνων ἐψιθύριζε. Διό φησιν· « Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό. Κατ' ἐμοῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μου, κατ' ἐμοῦ ἐλογίζοντο κακά μοι. Λόγον παράνομον κατέθεντο κατ' ἐμοῦ. » Ἔοικε δὲ τὴν συνταγὴν τὴν περὶ τῶν ἀργυρίων λόγον παράνομον διὰ τῆς προφητείας ὀνομάζειν· ἢ καὶ ὅτι ἀσεβῆ καὶ παράνομα κατ' αὐτοῦ διενοοῦντο, ὡς ἂν σθεσθησομένου καὶ διαφθαρησομένου μετὰ τὸν θάνατον, καὶ μηκέτι ζῶσιν ἐξετασθησομένου. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ, « Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι ; » ὅπερ λευκότερον ὁ Σύμμαχος ἐξέφηνεν εἰπών· « Καὶ πασὼν οὐκέτ' ἀναστήσεται ; » ὁ δὲ Ἀκύλας φησὶν, « Καὶ ὃς ἂν κοιμηθῇ, οὐ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι ; » Καὶ ταῦτα ἔτι κοινῶς περὶ πάντων εἴρηται τῶν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ· ἰδίως δὲ πάλιν περὶ τοῦ προδότου, ὡς ἂν περὶ μαθητευθέντος αὐτῷ, ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος, « Καὶ ἄνθρωπος, » φησὶν, « ὃς εἰρήνευέ μοι, ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου. » Χείριστος γὰρ ἀληθῶς ἁπάντων καὶ ἐναργέστατος ὁ μετὰ κοινὴν τράπεζαν καὶ τὴν ἐν λόγοις τοῦ διδασκάλου τροφὴν ἐπὶ τὰ χείρω τραπεὶς, καὶ τοῖς ἐναντίοις τὸν εὐεργέτην ἀνταμειψάμενος. Ἀλλ' ἐπειδήπερ ἐπιβουλεύοντες οἱ ἐχθροὶ ἔλεγον· « Πότε ἀποθανεῖται, καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ; » ᾠοντό τε κοιμηθέντα μηκέτ' ἀναστήσεσθαι, τούτου χάριν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τἀναντία τούτοις εὐχόμενος, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀκωλύτως τυχεῖν ἀξιῶν τὸν Πατέρα, φησί· « Σὺ δὲ, Κύριε, ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. » Καὶ πρόδηλόν γε τίνα τρόπον μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ, παραχρῆμα καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετῆλθε τοὺς ἐπιβεβουλευκότας αὐτῷ ἡ ἀνταπόδοσις, ὅπως τε ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ, ζωῆς τυγχάνοντος, θάνατος κατῃσχύνθη, ὥστε τοὺς ἐπονειδίζοντας εἰπεῖν· « Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον ; ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος ; » Ἐντυχὼν δέ τις ταῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἱστορίαις τῷ Ἰωσήπῳ γραφείσαις, εἴσεται τὰς μετελθούσας τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν συμφορὰς, αἷς εἰκότως περιπεπτώκασι, τὰ ἐπίχειρα ὧν εἰς αὐτὸν ἔδρασαν ἀπολαμβάνοντες. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς ἐκείνους ἐπληροῦτο πάντα, κατὰ

[35] Matth. xxvi, 14. [36] Marc. xiv, 10, 11. [37] Luc. xxii, 3, 6. [38] Psal. xl, 7, 8. [39] ibid. 9. [40] ibid. [41] ibid. 10.

Digitized by Google

τὴν πρόῤῥησιν· τοῦ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις διέδειξε τοῖς πᾶσιν, ὅπως ἐν αὐτῷ εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ, ὃς καὶ αὐτὸς διδάσκει λέγων· « Ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με, καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Ἐν τούτῳ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχαρῇ ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμοί. » Τούτοις ἐπιλέγει· « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου. » Καὶ τήρει γε τίνα τρόπον αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπων, ἐπὶ τοσαύτῃ τεθάῤῥηκε παῤῥησίᾳ, ὡς ἀκακίαν ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, καίτοι ἀνωτέρω φήσας· « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, ὅτι ἡμαρτόν σοι. » Ἀλλὰ τὸ μὲν, « ἡμαρτόν σοι, » ὁποίας ἔχεται διανοίας προδιειλήφαμεν. Καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ σαφέστερον παρέστησεν εἰπών· « Ἴασαι τὴν ψυχήν μου, καὶ εἰ ἡμαρτόν σοι· » ὃ καὶ αὐτὸ λέγοιτ' ἂν περὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, ἅπερ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν ἀνεδέξατο. Τὸ δὲ, « Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, » τὴν δι' ὅλου καθαρότητα τῆς αὐτοῦ φύσεως παρίστησι, δι' ἣν καὶ τὸ ἑδραῖον καὶ ἄσειστον τῆς ζωῆς, καὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ σωτηρίας διδάσκων ἐπιλέγει· « Καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα· » ἤ, « Καὶ παραστήσεις με ἔμπροσθέν σου δι' αἰῶνος, » κατὰ τὸν Σύμμαχον.

A se ad deteriora convertit, et contrariis rebus eum a quo juvabatur, et beneficia capiebat, remuneravit. At vero quoniam inimici insidiantes dicebant, « quando morietur, et peribit nomen ejus ? » et putabant morte sopitum non amplius surrecturum, idcirco ipse Salvator ac Dominus **470** noster his adversa precatur, et reditionis ad vitam sine impedimento se compotem fieri Patrem suum orat, dicens : « Tu autem, Domine, miserere mei, et suscita me, et retribuam eis. In hoc cognovi quod voluisti me, quod non gaudebit inimicus meus super me [43]. » Et sane haud obscurum est, quem in modum postquam a mortuis rediit, e vestigio neque ita multo post, eos qui illi insidias struxerant retributio ulta sit, utque ea, quæ vitæ ejus inimica erat B mors, sit pudore confusa, adeo illa quidem ut quasi probrum ei objicientes dicerent : « Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est, mors, victoria tua [44]? » Cæterum, si quis historias tempora post reditionem ad vitam Salvatoris nostri complexas, quæ a Josepho conscriptæ sint, evolverit, facile videbit quænam calamitates Judaicam gentem atque ejus principes invaserint, atque afflixerint, in quas merito illi inciderunt, ut sceleris quod in illum paraverant præmia digna reciperent : et hæc quidem omnia adversus illos completa sunt, ut oraculum prædixerat. Salvatoris autem nostri de morte ad vitam reditio plane omnibus demonstravit, quantum sibi Pater in illo placuerit, quam quidem rem ipse ostendit, dicens : « Miserere mei, et suscita me, et retribuam eis. In hoc cognovi quod voluisti me, quod non gaudebit inimicus meus super me. » Deinde adjungit : « Me autem propter innocentiam suscepisti. » Attende autem quonam pacto ipsi Deo et Patri suo supplicans, tanta utatur libertate loquendi, ut sibi ipsi innocentiæ testimonium exhibeat, tametsi superius dixit : « Sana animam meam, quia peccavi tibi. » Sed illud quidem, « peccavi tibi, » quo sensu sit accipiendum, antea planum fecimus, quod Symmachus apertius exposuit, cum dixit : « Sana animam meam, etsi peccavi tibi : » quod sane ipsum etiam de peccatis nostris dici potest, quæ Salvator ac Dominus noster in seipsum suscepit. Illud autem : « Me autem propter innocentiam suscepisti, » puritatem naturæ ipsius, quam totam possidebat, demonstrat, ex qua puritate vitam quoque et salutem stabilem atque inconcussam post reditum ipsius ad vitam exponens adjungit : « Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum, » aut aliter : « Et constitues me ante te in æternum, » ut interpretatus est Symmachus.

Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ νδ'. — Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ συσκευὴν πεποιημένων.

C **471** *A psalmo* LIV. — *Item de Juda et de iis qui cum eo adversus Christum conjurationem fecerunt.*

« Ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς, τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου. Πρόσχες μοι, καὶ εἰσάκουσόν μου. Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ· ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος, » καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιλέγει· « Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν· ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει. Ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς, καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικία· καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. Εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἐπ' αὐτοῦ

« Auribus percipe, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam. Præsta attentum te mihi, et exaudi me. Contristatus sum in nugatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris : quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ [45], » et quæ sequuntur, quibus adjungit : « Præcipita, Domine, et divide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus, et iniquitas et labor in medio ejus et injustitia : et non defecit de plateis ejus usura et dolus. Quoniam si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique. Et si is qui oderat

[43] Psal. XL, 11, 12. [44] I Cor. XV, 55. [45] Psal. LIV, 2-6.

Digitized by Google

me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, et dux meus, et notus meus : qui in idem dulces comparabas mihi cibos. In domo Dei ambulavimus cum consensu [45]. » Ex his igitur illud : « Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, et dux meus, et notus meus, qui in idem dulces comparabas mihi cibos, » simile est illi : « Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [46] : » quod cum de Juda sit accipiendum, in superiori prophetia positum est. Ut ergo in illo dicebatur, homo pacis aliquando fuisse, qui quondam a Salvatore instituebatur, cum ipse quoque ex numero apostolorum unus esset, sic etiam in præsenti, et unanimis, et dux, et notus dictus est. Item quemadmodum in illo de eodem dictum est : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem, » ita etiam nunc ex persona ipsius dicitur illud : « Qui in idem dulces comparabas mihi cibos. » Etenim ex iis ipse quoque unus erat, qui ad arcanam, qua cum suis discipulis utebatur, Salvatoris nostri consuetudinem spiritualemque cibum assumpti fuerant : **472** nam ad profanam multitudinem et ad turbas cum verba faceret, parabolis utebatur. Solis vero suis discipulis, in quorum ordinem etiam Judas admissus fuerat, apertius omnia demonstrabat. Ex quo illud dictum est : « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem ; » et illud : « qui in idem dulces comparabas mihi cibos, » quod sane evidentius expressit Aquila quidem sic : « Qui simul dulce comparabamus arcanum. » Symmachus autem sic : « Qui inter nos communicabamus dulcem sermonis consuetudinem. » Pro illo vero : « Tu autem homo unanimis, dux meus, et notus meus, » Symmachus ita convertit : « Tu autem homo moris ejusdem mecum, et dux meus, et notus meus : » nam cum ad tantam dignitatem assumptus esset, et ob id inter primos Salvatoris amicos censeretur, merito de eo sic ait : « Si inimicus probro me affecisset, sustinuissem utique, » et quæ sequuntur. Ubi autem hæc de Juda cecinit, ordine deinceps liberationem a morte evasionemque suam tanto ante indicat illis verbis : « Ego ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me. Vespere et mane et meridie narrabo et annuntiabo, et exaudiet vocem meam, redimet in pace animam meam [47]. » Sic tanquam in prece tempus quod mortem antecessit, significat, quo quidem tempore Judas quoque ad proditionem comparabatur contra illum. Tunc enim Salvator ac Dominus noster, veluti ob perniciem atque interitum sui familiaris dolens mœrensque, ac multo etiam magis ob totius Judaicæ gentis perditionem, tanquam ob suos ad insaniam redactos, et tanquam

A Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. » Τὸ, « Εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν, » καὶ « Εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἐπ' αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα, » ὁμοιόν ἐστι τῷ, « Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » περὶ τοῦ Ἰούδα ἐν τῇ πρὸ ταύτης προφητείᾳ κειμένῳ. Ὥσπερ οὖν ἐν ἐκείνῳ ἐδείκνυτο ἄνθρωπος εἰρήνης ποτὲ γεγονὼς, ὅτε τῷ Σωτῆρι ἐμαθητεύετο, εἷς καὶ αὐτὸς τοῦ τῶν ἀποστόλων ἀριθμοῦ χρηματίσας· οὕτω καὶ ἐν τῷ προκειμένῳ ἰσόψυχος καὶ ἡγεμὼν καὶ γνωστὸς αὐτῷ προσ- B αγορεύεται. Καὶ πάλιν ὡς ἐν ἐκείνῳ περὶ αὐτοῦ εἴρητο· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰς αὐτοῦ πρόσωπον λέγεται τὸ, « Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα. » Καὶ γὰρ τῶν καταξιουμένων καὶ αὐτὸς εἷς ἦν τῆς ἀπορρήτου πρὸς τοὺς μαθητὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμιλίας τε καὶ πνευματικῆς τροφῆς· τοῖς μὲν γὰρ ἔξω πλήθεσι καὶ τοῖς ὄχλοις ἐν παραβολαῖς ἐλάλει, μόνοις δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἰούδας ἐξητάζετο, ἐπέλυεν ἅπαντα. Διὸ λέλεκται· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν, » καὶ, « Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα· » ἅπερ σαφέστερον ἐξέφηνεν ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· « Οἳ ὁμοῦ ἐγλυκάναμεν ἀπόρρητον· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Οἵτινες ἐκοινολογούμεθα C γλυκεῖαν ὁμιλίαν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου, » ὁ Σύμμαχός φησι· « Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ὁμότροπέ μοι, καὶ ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου· » ἐπειδήπερ τοσούτων ἠξιωμένος φίλος ἐν τοῖς μάλιστα ἦν τοῦ Σωτῆρος, εἰκότως φησὶ περὶ αὐτοῦ τὸ, « Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα δὲ περὶ τοῦ Ἰούδα θεσπίσας, ἀκολούθως τὴν ἐκ τοῦ θανάτου σωτηρίαν καὶ ἀποφυγὴν ἑαυτοῦ προδιδάσκει λέγων· « Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος ἔσωσέ με. Ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου. Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου· » ὡς ἐν εὐχῇ τὸν πρὸ τοῦ θανάτου καιρὸν σημαίνει, καθ' ὃν καὶ ὁ Ἰούδας τὰ τῆς κατ' αὐτοῦ προδοσίας συνεσκευάσατο. Τότε οὖν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, ὡς ἐπὶ ὀλέθρῳ καὶ ἀπωλείᾳ τοῦ γνωρίμου δυσφορῶν, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους ἀποβολῇ, ὥσπερ ἐπὶ μεμηνόσιν οἰκείοις, καὶ ὡς ἐπὶ φιλτάτοις συμπάσχων, πᾶσαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίαν καὶ διδασκαλίαν, διὰ τὸ μηδὲν αὐτοὺς ὠφεληκέναι, ἀδολεσχίαν ἀποκαλεῖ, φάσκων· « Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ· ὅτι ἐξέκλιναν, » φησὶν, « ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι· » ἅπερ δύναται μὲν καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐκ περιτομῆς ἀναφέρεσθαι, τοὺς ἐχθρωδῶς καὶ ἐπιβουλευτικῶς ἐνεδρεύειν αὐτὸν D

[45] Psal. LIV, 10-15. [46] Psal. LX, 10. [47] Psal. LIV, 17-19.

Digitized by Google

πειρωμένους· δύναται δὲ καὶ περὶ δυνάμεων ἀοράτων ἐξωθεν αὐτὸν προσπολεμουσῶν, καὶ τὴν δι' ἀνθρώπων κατασκευὴν ἐνεργουσῶν λέγεσθαι· ἃ καὶ συνάδειν μοι δοκεῖ τοῖς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένοις κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ὅτε λέγει τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. Μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ· » καὶ πάλιν· « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. » Ὅμοια γοῦν τούτοις ἐστὶ καὶ τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ, ἐν ᾧ λέλεκται· « Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος· » δι' ὧν τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων τὰς καθ' αὐτοῦ ὁρμὰς σημαίνει. Ὡς γοῦν ἐν ταῖς προφητείαις ὠνόμασταί τι πνεῦμα πορνείας, κατὰ τὸ, « Πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν, » καὶ ἄλλο πνεῦμα πλανήσεως ἐν τῇ ἐρήμῳ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πνεῦμα θανάτου εἴη ἂν δειλίας ποιητικὸν, ὡς καὶ πνεῦμα ἰσχύος καὶ δυνάμεως καὶ ἀνδρείας τῆς κατὰ Θεὸν ἐνεργητικόν. Οὕτω δ' ἂν λεχθείη πνεῦμα φόβου καὶ τρόμου, καὶ πάλιν ἕτερον παρὰ ταῦτα πνεῦμα φόβου καὶ συγχύσεως, ἃ καὶ σχεδὸν, εἰπεῖν, ἅπασι μὲν τοῖς ἐν μαρτυρίῳ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον ἀναδεχομένοις ἐφορμᾷν εἴωθε, πολὺ πλέον δὲ καὶ μᾶλλον ἐπιτίθειται αὐτῷ τὸν ὑπὲρ ἁπάντων θάνατον ὑπομείναντι. Πλὴν ἀλλ' εἴτε πνεῦμα δειλίας καὶ θανάτου, εἴτε φόβου καὶ τρόμου, ἢ εἴ τις ἑτέρα τοιαύτη δύναμις ἐπιπέπτωκεν αὐτῷ, ἀλλ' οὔτι γε κατέῤῥαξεν αὐτόν· ἐπεὶ, οἷα γενναῖος ἀθλητὴς, τὴν μὲν δειλίαν τοῦ θανάτου, πεποιθήσει ζωῆς, (αὐτὸς γὰρ ἡ ζωὴ,) μακρὰν ἀπέῤῥιψεν ἀποσεισάμενος. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἐπελθὸν αὐτῷ πνεῦμα φόβου ἢ τρόμου ποιητικὸν πνεύματι θάρσους καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος πορῥωτάτω ἀπηκόντισεν· ἐπεὶ, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, « ἐπανεπαύσατο ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων πνευμάτων καὶ πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος. » Οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ σκότους τῇ τοῦ ἰδίου φωτὸς ἀπεσκέδασε δυνάμει· ἐπεὶ « τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. » Εὕροις δ' ἂν τὰ παραπλήσια τούτοις καὶ ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, ἐν τῷ πάλιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ λέλεκται προσώπου· « Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὁ ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος· » καὶ πάλιν· « Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· » καὶ αὖθις· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις δυνάμεις πονηρὰς, ταύρους, καὶ μόσχους, καὶ λέοντας, καὶ κύνας, καὶ μονοκέρωτας ἀποκαλεῖ, αἳ περιέσχον μὲν αὐτὸν καὶ περιεκύκλωσαν κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρὸν, οὐ μὴν καὶ ἐνεργῆσαί τι κατ' αὐτοῦ δεδύνηνται. Καὶ ταῦτα μὲν, εἰ καὶ ταῦτα τοῦ ψαλμοῦ τὰ μέρη ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀνάγοιτο· εἰ δὲ μὴ ἐπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον πρόσωπον, ἐπιστήσεις καὶ αὐτὸς ὡς ἂν ἐξομαλισθέντα τὰ κατὰ τὸν τόπον. Πλὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς

A ob sibi charissimos misericordia commotus, omnem qua cum illis utebatur sermonis consuetudinem ac doctrinam, eo quod illis nihil profuisset, nugationem appellat, dicens : « Contristatus sum in nugatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris : quoniam declinaverunt, inquit, in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi : » quæ quidem possunt etiam ad principes Judæorum referri, qui inimico insidiantique animo circumvenire illum conabantur. Possunt etiam de potestatibus invisibilibus, quæ extrinsecus illum oppugnabant, ac per homines talia illi machinabantur, intelligi. Proinde eadem mihi videntur concordare cum iis quæ ab ipso in Evangelio dicta sunt sub ipsum passionis tempus, ubi B ait ad suos discipulos : « Tristis est anima mea usque ad mortem, manete hic et vigilate mecum [48]. » Et rursus : « Nunc anima mea conturbata est [49]. » **473** Similia namque his sunt etiam, quæ psalmus hic continet, ubi sic ait : « Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me, et contexerunt me tenebræ : » quibus verbis contrariarum potestatum conatus adversum se significat. Quemadmodum enim in prophetiis nominatur quidem spiritus fornicationis, ut est illud : « spiritu fornicationis aberraverunt, [50] » et alius spiritus erroris in deserto, ita etiam spiritus fuerit formidinem mortis efficiens : sane ut etiam spiritus roboris, et potentiæ, et fortitudinis ejus, quæ Deo C aliena non est, auctor. Quare sic etiam dicetur spiritus timoris ac tremoris, et rursus alius præter hos, spiritus timoris et confusionis, qui quidem pæne, ut ita dixerim, omnes mortem pro vera religione testimonii gratia subeuntes, invadere consueverunt, ac multo etiam magis longeque vehementius illum aggressi sunt, qui pro omnibus mortem sustinuit : verumtamen sive spiritus formidinis et mortis, sive timoris et tremoris, sive alia quæpiam ejusdem generis potestas illum adorta est, ea illum non confregit, propterea quod tanquam generosus certator, formidinem quidem mortis, confidentia vitæ (ipse enim vita), procul deturbatam abjecit. Alium autem qui ipsum item invaserat spiritum timoris et tremoris efficientem, spiritu confidentiæ, D et potentiæ, et roboris, longissime a se præcipitavit : quandoquidem, ut est apud Isaiam, quievit super eum una cum aliis spiritibus, etiam spiritus consilii et fortitudinis. Sic porro etiam spiritum tenebrarum proprii luminis vi dissipavit, propterea quod « lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt [51]. » Cæterum, his similia etiam in vigesimo primo psalmo invenire poteris, in quo ex ejusdem persona rursus illud dictum est : « Circumdederunt me vituli multi : tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens [52]. » Et rursus : « Quoniam circumdederunt me canes multi : concilium malignan-

[48] Matth. xxvi, 38. [49] Joan. xii, 27. [50] Ose. iv, 12. [51] Joan. i, 5. [52] Psal. xxi, 13, 14.

Digitized by Google

tium obsedit me [83]. » Et rursus : « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam [84]. » Plane enim in his malignas potestates, taurorum, et vitulorum, et leonum, et canum, et unicornium nominibus appellat, quæ quidem illum sub ipsum passionis tempus obsederunt ac circumdederunt, **474** non tamen etiam aliquid efficere contra illum potuerunt. Et hæc quidem talem habeant rationem, si modo etiam hæ psalmi partes, ad Salvatorem Dominumque nostrum referantur. Quod si non ad illum, sed ad aliam personam, ipse quoque diligenter attendes, ut ea quæ ad ipsum hunc locum pertinent, sibi invicem æquata respondeant. Verumtamen de ipsa etiam Judæorum civitate, de ipsa, inquam, Jerusalem, ordine deinceps post vaticinium de iis qui insidias illi fecerint, adjungit in hunc modum : « Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate : » et quæ sequuntur, quæ quo sensu sint accipienda, non est nunc narrandi tempus.

A τῶν Ἰουδαίων μητροπόλεως, αὐτῆς δὴ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀκολούθως μετὰ τὴν κατὰ τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ πρόῤῥησιν ἐπιλέγει ἑξῆς· « Εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἃ καὶ ὁποίας ἔχεται διανοίας οὐ νῦν σχολὴ διηγεῖσθαι.

A psalmo CVIII. — *Item de Juda, et de suffecto in locum ejus apostolo, et de gente Judaica.*

B Ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ ρη'. — Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ τοῦ εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἀντεισαχθέντος ἀποστόλου, καὶ περὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.

« Deus, laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi ; ego autem orabam. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus. Dum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter [85]. » Quod etiam hæc ad proditorem Judam sint referenda, idoneus sane esto testis apostolus Petrus, qui post C Salvatoris nostri ascensum, coactis in unum locum apostolis omnibus, aliisque quamplurimis fratribus, in mediis illis stetit atque ait : « Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum ; quia numeratus erat nobiscum, et sortitus erat sortem ministerii hujus. Hic igitur possedit agrum de mercede injustitiæ suæ : et suspensus crepuit medius, et effusa sunt omnia viscera ejus. **475** Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem : ita ut appellaretur ager ille lingua eorum, Akeldamach, hoc est, *Ager sanguinis*. Scriptum est enim in libro *Psalmorum :* « Fiat commoratio ejus deserta, et non sit qui habitet in ea, et episcopa- D tum ejus accipiat alter [86]. » Petrus vero cum talia dixisset, subjecit in locum Judæ alium assumi oportere, quo duodecim apostolorum numerus, qui diminutus fuerat, compleretur, ut prophetia suum finem contingeret. Quo etiam tempore cum sors jacta esset, ea cecidit super Matthiam, et connumeratus est cum duodecim apostolis. Cum hæc igitur in hunc modum peracta sint, sequitur ut personam quæ in hoc psalmo loquitur, non aliam esse arbitremur, quam Salvatoris nostri, qui assignatam sibi a Patre sub ipsum passionis tempus orationem, publica tanto ante per Spiritum san-

« Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με, καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷν με, ἐνδιέβαλλόν με· ἐγὼ δὲ προσηυχόμην. Καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενηθήτω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος. » Καὶ τῆς τῶν προκειμένων ἐπὶ τὸν προδότην Ἰούδαν ἀναφορᾶς ἐχέγγυος μάρτυς ὁ ἀπόστολος Πέτρος, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν συνηγμένων τῶν ἀποστόλων πάντων σὺν καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀδελφοῖς, μέσος ἀναστὰς, καὶ ταῦτα φήσας· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἔδει πληρωθῆναι τὴν Γραφὴν, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ περὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσιν Ἰησοῦν ὅτι κατηριθμημένος ἦν ἐν ἡμῖν, καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας αὐτοῦ, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Καὶ γνωστὸν ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἰερουσαλὴμ, ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμάχ, ὅ ἐστι Χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ Ψαλμῶν· « Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος. » Ταῦτα γοῦν ὁ Πέτρος εἰπὼν ὑποτίθεται ἕτερον ἀντὶ τοῦ Ἰούδα δεῖν παραλαβεῖν εἰς τὸν λείποντα τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἀριθμὸν, ὅπως πληρωθῇ τὸ τῆς προφητείας. Ὅτε, κλήρου γενομένου, ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Τούτων οὕτως ἐκτελεσθέντων, ἀκολούθως ἂν εἴη τὸ λέγον ἐν τῷ ψαλμῷ πρόσωπον οὐχ ἕτερον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὃς τῷ Πατρὶ τὴν ἀναπεμφθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν εὐχὴν τῆς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀναγραφῆς προλαβὼν κατηξίωσε, τὸ μέλλον

[83] Psal. xxi, 17. [84] ibid. 21, 22. [85] Psal. cviii, 2-8. [86] Act. i, 16-20.

Digitized by Google

περὶ αὐτοῦ συμβήσεσθαι θεσπίσας. Φησὶν οὖν· « Ὁ Θεὸς, τὴν αἴνεσίν μου μὴ παρασιωπήσῃς, » τὴν ὑπ' αὐτοῦ παραδοθεῖσαν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διδασκαλίαν, καὶ τῆς καινῆς Διαθήκης τὴν αἴνεσιν παρακαλῶν μὴ κατασιγασθῆναι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα αἰῶνα παραμεῖναι τῷ βίῳ. « Στόμα δὲ ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου » κυρίως ἂν λεχθείη τὸ τοῦ Ἰούδα, ὃς πορευθεὶς πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς εἶπεν αὐτοῖς· « Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. Καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. » Τοιαῦτα γοῦν κατ' αὐτοῦ συνθέμενος, εἷς ἦν τῶν μετὰ ταῦτα σὺν αὐτῷ ἀνακειμένων ἐν τῷ τοῦ Πάσχα συμποσίῳ, ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀνέκειτο μετὰ τῶν δώδεκα, ἐσθιόντων τε αὐτῶν εἶπεν· « Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. » Καὶ λυπούμενοι σφόδρα ἤρξαντο λέγειν ἕκαστος αὐτῶν· « Μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε; » ἐν οἷς ἦν καὶ Ἰούδας, ὃς, τὸ πλῆρες παντὸς δόλου καὶ εἰρωνείας ἀνοίξας στόμα, ἀποκριθεὶς εἶπεν· « Μήτι ἐγώ εἰμι, Ῥαββί; » Δόλιον στόμα, δι' οὗ τὸ σημεῖον τοῖς ἐπιβούλοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐδήλου, λέγων· « Ὃν ἐὰν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν· » ὃ καὶ εἰπὼν, ἔργῳ τὸν δόλον ἀπεπλήρου, ὅτε προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, εἶπεν αὐτῷ· « Χαῖρε, Ῥαββί· καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· « Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; » καὶ πάλιν· « Ἰούδα, φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; » Τούτων δ' οὖν ἕνεκα προλαβὼν διὰ τοῦ ψαλμοῦ φησιν· « Ὅτι στόμα ἁμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη. Ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με δωρεάν. » Ἔνθα μετὰ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐπιβουλευσάντων αὐτῷ μνημονεύει. Λέγει δ' οὖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἄρα, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔτι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λαλοῦντος, « Ἰδοὺ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ· » οἷς καὶ εἶπεν ὁ Κύριος· « Ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε, μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με; καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ Γραφαὶ τῶν προφητῶν. » Ἔτι δέ φησιν ἐν τῷ ψαλμῷ· « Ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με, ἐνδιέβαλλόν με· ἐγὼ δὲ προσηυχόμην· » αὐτὸ τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῷ καλουμένῳ Γεθσημανῇ χωρίῳ μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων προσευχομένου, μικρόν τε ἀναχωρήσαντος αὐτῶν, καὶ προσπεσόντος τῷ Πατρὶ, δεύτερόν τε εὐξαμένου καὶ τρίτον, ὁ Ἰούδας σὺν τοῖς ἄρχουσι τῶν Ἰουδαίων τὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ κατήρτυε, συνάγων καὶ προξενῶν τὸ πλῆθος τῶν μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν αὐτὸν παρεσκευασμένων. Κακὰ δὲ εἰς αὐτὸν ἔθεντο ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεως αὐτοῦ, ὅτε πονηρὰ διετέθειντο τὸν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην καὶ διδάσκαλον, μυρίας ὅσας ἰάσεις καὶ θεραπείας, λόγων

A ctum descriptione dignatus, quod sibi usu venturum erat, cecinit. Ait igitur : « Deus, laudem meam ne tacueris : » ubi videlicet doctrinam quam ipse suis discipulis tradit, et laudem novi Testamenti, non esse premendam silentio exhortatur, sed in omne futurum ævum ad vitæ humanæ utilitatem permanere. « Os autem peccatoris, et os dolosi, » os ipsius Judæ proprie nominaverit quispiam, qui cum abiisset ad principes sacerdotum, eis dixit : « Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta stateres. Et ex illo quærebat occasionem, ut illum eis proderet [57]. » Cum ergo talia contra illum molitus esset, unus postea fuit ex iis qui cum illo in paschali cœna accubuerunt, quo tempore ipse quoque Salvator ac B Dominus noster accumbebat una cum ipsis duodecim, qui etiam comedentibus illis dixit : « Amen amen dico vobis, quod unus vestrum me tradet. » Et dum valde contristantur, cœperunt singuli dicere » : Nunquid ego sum, Domine [58]? » In quibus erat etiam Judas, qui cum omnis doli ac simulationis plenum os aperuisset respondit, ac dixit : « Nunquid ego sum, Rabbi [59]? » Dolosum ergo os, quo insidiatoribus Salvatoris nostri signum proposuit, dicens : « Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum [60]. » Quod cum dixisset verbo, re quoque ipsa dolum complevit, quo videlicet tempore cum ad Jesum accessisset, dixit ei : « Salve, Rabbi : et osculatus est eum [61]. » Jesus vero ad illum dixit : « Amice, ad quid venisti? » Et C rursus : « Juda, osculo filium hominis tradis [62]? » **476** Harum ergo rerum causa tanto ante in psalmo ait : « Quoniam os peccatoris et os dolosi super me apertum est. Locuti sunt contra me lingua dolosa et sermonibus odii circumdederunt me, et oppugnaverunt me gratis : » ubi cum ipso Juda etiam reliquorum meminit, qui ipsi insidias fecerunt. Itaque ipsum Evangelium narrat, quemadmodum Salvatore nostro suos adhuc alloquente discipulos, ille venerit : « Ecce, inquit, Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et lignis, a principibus sacerdotum et senioribus populi [63]. » Quibus etiam Dominus dixit : « Tanquam ad latronem exivistis cum gladiis et lignis comprehendere me? quotidie apud vos sedebam in templo docens, et non tenuistis me. Hoc autem totum factum est, ut impleantur Scripturæ prophetarum [64]. » Præterea vero quod ait in psalmo : « Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam : » ipsum quoque tunc suum finem contigit, cum Salvatore nostro in loco qui dicitur Gethsemani cum undecim apostolis orante, paululumque ab illis digresso ut procumbens Patrem precaretur, iterumque et tertio supplicante, Judas cum principibus Judæorum insidias illi maturavit, dum cogit ipse et conducit copias quæ cum gladiis

[57] Matth. xxvi, 14, 15. [58] ibid. 21, 22. [59] ibid. 25. [60] ibid. 48. [61] ibid. 49. [62] Luc. xxii, 48. [63] Matth. xxvi, 47. [64] ibid. 55, 56.

Digitized by Google

et fustibus, ut illum comprehenderent, paratæ erant. Tunc autem mala adversus ipsum posuerunt pro bonis, et odium pro dilectione ipsius, cum malis affecerunt ipsum Salvatorem et bene de ipsis meritum, et magistrum, qui innumerabiles sanationes et medelas, sermonumque documenta, et omnis generis utilitates ipsis præstiterat : quas ob res cum mala pro bonis adversus ipsum posuerint, et odium pro dilectione ipsius, merito adjungit : « Constitue super eum peccatorem, et diabolus stet a dextris ejus. Dum judicatur, exeat condemnatus, et oratio ejus fiat in peccatum. Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter. » Quæ quidem ipsa quem exitum sortita sint, sanctus apostolus Petrus paulo ante indicavit, dum Scripturam hanc ad ipsum proditorem accommodat. Et sane tibi ipsi interim licet intueri, num super Judaicam gentem constitutus sit princeps ac dux peccator, cui videlicet post scelera adversus Salvatorem nostrum audacissime commissa, traditi sunt, interim pro antiquis et ipsorum domesticis Deoque amicis principibus, externis **477** et simulacra colentibus servire coacti. Cæterum quis tandem non obstupescat ipsius prædictionis eventum? nam cum oraculum dixerit, « Fiant dies ejus pauci, » constat plane quam breve post structas adversus Salvatorem nostrum ab illis insidias, omne fuerit tempus, quo manere visi sunt. Post quod tempus novissimam vastationem extremumque interitum passi sunt, ex quo etiam episcopatum eorum accepit alter, conditus videlicet per Christum novus populus. Porro etiam reliqua hujus psalmi omnia per horum ipsorum exemplar intelliges : quæ vero sequuntur, et quasi de quibusdam Judæ filiis dici videntur, illis verbis : « Fiant filii ejus orphani [65], » et quæcumque alia his similia sunt, referentur primo quidem loco in ipsum Judam, post illum vero etiam in omnes illi similes salutare verbum prodentes. Eadem vero ratione intelliges uxorem quoque ejus, et peccata patris, et ejus quæ ipsius mater dicitur, Judaicæ gentis videlicet congregationis. De hac enim arbitror dici illud : « Et peccatum matris ejus non deleatur [66]. » Verumtamen sicut in ea quæ proxime antecessit prophetia, egenus et pauper nominabatur Salvator ac Dominus noster, veluti demonstravimus in illo : « Beatus qui intelligit super egenum et pauperem [67] : » ita etiam in præsenti psalmo iisdem vocatur nominibus. Fiant enim illa et illa ipsi Judæ, iisque qui illi similia æmulati sint, propter illa quæ est ausus, inquit. Quænam vero ista sint, adjungit, dicens : « Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam, et persecutus est hominem pauperem et egenum, et compunctum corde, ut morte afficeret. Et dilexit exsecrationem, et veniet ei. Et noluit benedictionem, et procul amovebitur ab eo [68]. » Post quæ verba deinceps

τε διδασκαλίας, καὶ παντοίας ὠφελείας αὐτοῖς παρεσχημένον· ἀνθ' ὧν, ἐπειδήπερ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν ἔθεντο κατ' αὐτοῦ, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεως αὐτοῦ, εἰκότως ἐπιλέγει· « Κατάστησον ἐπ' αὐτὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτὸν ἐξέλθοι καταδεδικασμένος, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενηθήτω εἰς ἁμαρτίαν. Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος· » ἃ καὶ αὐτὰ ὁποίαν εἴληφε τὴν ἔκβασιν, ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Πέτρος προλαβὼν διεσάφησεν, ἐπ' αὐτὸν προδότην ἐφαρμόσας τὴν Γραφήν. Καί σοι δὲ αὐτῷ πάρεστι συνορᾷν, εἰ μὴ καθέσταταί ἐπὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ἁμαρτωλὸς, ᾧ μετὰ τὰ τολμηθέντα αὐτοῖς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρεδόθησαν, ἀντὶ τῶν πάλαι οἰκείων καὶ θεοφιλῶν ἀρχόντων ἀλλοφύλοις καὶ εἰδωλολάτραις δουλεύειν κατηναγκασμένοι. Τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειε προῤῥήσεως τὸ ἀποτέλεσμα; φήσαντος γὰρ τοῦ λόγου· « Γενηθήτωσαν αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ὀλίγαι, » σαφὲς ὅπως βραχὺς ὁ πᾶς διεγένετο μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν χρόνος, καθ' ὃν ἔδοξαν διαμένειν· μεθ' ὃν τὴν ὑστάτην ὑπέμειναν πολιορκίαν καὶ τὴν παντελῆ καθαίρεσιν, ἐφ' ᾗ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτῶν ἔλαβεν ἕτερος, ὁ διὰ Χριστοῦ συγκροτηθείς. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ ψαλμοῦ αὐτοῖς τούτοις καταλλήλως νοήσεις· τὰ δὲ ἑξῆς, ὡς περί τινων υἱῶν τοῦ Ἰούδα λεγόμενα, ἐν τῷ, « Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὀρφανοὶ, » καὶ τὰ παραπλήσια, ἀνάγοιτ' ἂν καὶ ἐπ' αὐτὸν μὲν προηγουμένως τὸν Ἰούδαν, μετ' ἐκεῖνον δὲ καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ὁμοίους αὐτῷ τὸν σωτήριον λόγον προδιδόντας. Καταλλήλως δὲ νοήσεις καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ τῆς λεγομένης μητρὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συναγωγῆς. Περὶ αὐτῆς γὰρ ἡγοῦμαι λέγεσθαι τὸ, « Καὶ ἡ ἁμαρτία τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ ἐξαλειφθείη. » Πλὴν ὥσπερ ἐν τῇ πρὸ ταύτης προφητείᾳ πτωχὸς καὶ πένης ὠνομάζετο ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, καθάπερ ἀπεδείξαμεν ἐν τῷ, « Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ τούτοις ἐπικέκληται τοῖς ὀνόμασι. Τάδε γὰρ καὶ τάδε γενηθήτω τῷ Ἰούδα, καὶ τοῖς τὰ ὅμοια αὐτῷ ἐζηλωκόσι διὰ τὰ τετολμημένα αὐτῷ, φησί. Τίνα δὲ ταῦτα, ἐπιφέρει λέγων· « Ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη τοῦ ποιῆσαι ἔλεος, καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι. Καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ· καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. » Οἷς ἑξῆς ἐπικαταβάς, αὖθις πένητα καὶ πτωχὸν ἑαυτὸν ὀνομάζει λέγων· « Καὶ σὺ, Κύριε, Κύριε, ποίησον μετ' ἐμοῦ ἔλεος ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου. Ῥῦσαί με, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ. » Οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον· καὶ ἐγὼ ἐγενήθην ὄνειδος αὐτοῖς. Εἴδοσάν με, καὶ ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν. » Ἃ καὶ αὐτὰ τέλους ἐτύγχανεν ὅτε « οἱ παραπορευό-

[65] Psal. cviii, 9. [66] ibid. 14. [67] Psal. xl, 2. [68] Psal. cviii, 16-18.

Digitized by Google

μενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ λέγοντες· » Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. » Ἐπεὶ δὲ εἰσέτι νῦν οἱ ἐκ περιτομῆς, τὴν τῶν πατέρων αὐτῶν εἰς ἑαυτοὺς ἀρὰν ἐπισπώμενοι, βλασφήμοις καὶ ἀσεβέσι ῥήμασι ἀναθεματίζειν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, καὶ τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἅπαντας εἰώθασι, τούτου χάριν ἐξῆς ἐπιλέγει· « Καταράσονται αὐτοὶ, καὶ σὺ εὐλογήσεις. Οἱ ἐπανιστάμενοί μοι αἰσχυνθήτωσαν· ὁ δὲ δοῦλός σου εὐφρανθήσεται. Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με ἐντροπὴν, καὶ περιβαλέσθωσαν ὡς διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ σφόδρα ἐν τῷ στόματί μου, καὶ ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτόν· ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. » Καὶ πρόδηλόν γε ὁπόσοις εἰσέτι καὶ νῦν οἱ τὰς κατ' αὐτοῦ ἀρὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν συναγωγαῖς ποιούμενοι παλαίουσι κακοῖς, ἀπὸ τῶν αὐτῶν χρόνων μηδ' ὅλως ἀνανεῦσαι δεδυνημένοι, ὅπως τε αὐτὸς αἶνον τῷ Πατρὶ ἐν μέσῳ πολλῶν ἐθνῶν τὸν διὰ τῆς καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ καταρτίζεται, συνεργὸν τὸν Πατέρα, καὶ τῆς ἑαυτοῦ δεξιᾶς πάρεδρον κεκτημένος· διό φησιν· « Ἐν μέσῳ πολλῶν αἰνέσω αὐτὸν, ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος. » Καὶ τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν διδάσκει, λέγων· « Τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. » Ἀνωτέρω γοῦν φήσας τό· « Κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι, » καὶ σαφῶς δηλώσας ἑαυτοῦ τὸν θάνατον περιγράφων τὴν προφητείαν τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν ἠνίξατο εἰπών· « Ὅτι παρέστη ἐκ δεξιῶν πένητος, τοῦ σῶσαι ἐκ τῶν καταδιωκόντων τὴν ψυχήν μου. »

A oratione progressus, rursus pauperem atque egenum seipsum nominat, dicens : « Et tu, Domine, Domine, fac mecum misericordiam propter nomen tuum, quia benigna est misericordia tua Libera me, quia egenus et pauper sum ego [69]. » Quibus post alia adjungit : « Genua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum : et ego factus sum opprobrium illis. Viderunt me et moverunt capita sua [70] : » quæ sane ipsa nihilominus suum finem consecuta sunt, quo tempore qui præteribant, maledicebant ei moventes capita sua et dicentes : « Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere [71]. » Quoniam vero etiam nunc Judæi patrum suorum in seipsos **478** exsecrationem attrahentes exsecrabilibus et nefariis verbis B detestari Salvatorem ac Dominum nostrum, omnesque quicunque in fidem ejus transierint, consuevere, idcirco deinceps adjungit : « Maledicent illi, et tu benedices. Qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahunt mihi, pudore, et operiantur sicut diploide, confusione sua. Ego autem confitebor Domino in ore meo : et in medio multorum laudabo eum. Quoniam astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam [72]. » Et sane constat quam multis etiam nunc rebus adversis conflictentur quicunque exsecrationes adversus illum in suis conventibus jactant, quippe qui ab iisdem temporibus ne respirare quidem, aut suspicere unquam potuerint, quamque ille feliciter C in medio multarum gentium per suum ipsius Novum Testamentum suo Patri laudem perficiat, dum eumdem Patrem adjutorem et suæ dextræ assessorem obtinet, quas ob res ita loquitur : « In medio multorum laudabo eum, quia astitit a dextris pauperis. » Salutem præterea quæ ipsius mortem secuta est, docet his verbis : « Ut salvam faceret a persequentibus animam meam. » Supra enim cum illud dixerit : « Persecutus est hominem pauperem et egenum, et compunctum corde, ut morte afficeret, » planeque suam mortem indicaverit, dum prophetiam circumscribit : tum vero salutem quæ mortem ipsius secuta est, significavit, dicens : « Quoniam astitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam. »

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου.— Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα καὶ τῶν ἀργυρίων ἀφ' ὧν τὸν Κύριον προὔδωκε, καὶ περὶ τῆς ἀποβολῆς τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων.

A Zacharia. — Item de Juda et argenteis quibus Dominum prodidit, deque rejectione apud Judæos, tam eorum qui imperabant, quam eorum quibus imperabatur.

« Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δυο ῥάβδους, τὴν μίαν ἐκάλεσα κάλλος, καὶ τὴν ἑτέραν ἐκάλεσα σχοίνισμα, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατά μου, καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμὲ, καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς· τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα ἐσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ. Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, καὶ ἀποῤῥίψω αὐτὴν τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς πάντας τοὺς λαούς. Καὶ διασκεδασθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ γνώσονται οἱ Χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, ὅτι Λόγος Κυρίου ἐστί. Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Εἰ καλὸν ἐνώπιον

« Et capiam mihi duas virgas, unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum, et pascam oves meas, et auferam tres pastores in D mense uno, et gravabitur anima mea super eos. **479** Etenim animæ eorum rugierunt super me, et dixi, Non pascam vos ; quod moritur, moriatur, et quod deficit, deficiat : et quæ reliqua sunt devorent, unusquisque carnes proximi sui, et capiam virgam pulchram, et abjiciam eam, ad dissipandum Testamentum meum, quod disposui ad omnes populos, et dissipabitur in die illa, et cognoscent Chananæi oves quæ custodiuntur mihi, quod Verbum Domini est, et dicam ad eos : Si honestum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut renuite, et constituerunt mercedem meam, triginta argenteos, et

[69] Psalm. cviii, 21, 22. [70] ibid. 24, 25. [71] Matth. xxvii, 41, 42. [72] Psal. cviii, 28-31.

Digitized by Google

dixit Dominus ad me, Dimitte eos in fornacem, et specta num approbatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis, et accepi triginta argenteos, et projeci eos in domo Domini in fornacem, et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum Testamentum inter Judam et Israel [73]. » Hæc igitur suum finem consecuta sunt, quo tempore, ut est apud Lucam, « abiens Judas locutus est cum principibus sacerdotum et scribis, et ducibus templi, quomodo illum eis traderet; et gavisi sunt, et pacti sunt argentum illi dare [74]. » Ut vero apud Marcum legimus, cum abiit « ad principes sacerdotum, ut illum proderet; illi autem gavisi sunt, et promiserunt ei se argentum daturos. » Verum apud hos quidem argentum simpliciter nominatum est. Apud Matthæum autem numerus quoque indicatur, qui sane ab eo quem posuit Zacharias minime discrepat. Dicit igitur Matthæus : « Tunc abiens unus de duodecim, qui dicitur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum, dixit eis : Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam? illi autem constituerunt ei triginta stateres [75]. » Consentanea igitur hæc sunt ei quod in prophetia dictum est a Domino : « Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos. » Pro quo Symmachus quidem ait : « Et apprehenderunt mercedem meam triginta argenteos. » Aquila vero : « Et constituerunt mercedem meam triginta argenteos, » quibus illud adjungitur : « Et dixit Dominus ad me : Dimitte eos in fornacem, et vide num probatum sit, quemadmodum probatus sum pro illis. » Pro quo rursus Aquila quidem sic ait : « Et dixit Dominus ad me : Dimitte eos in fornacem, projice eos ad figulum, immensum pretium quo æstimatus sum pro illis, » **480** et sane attende quonam pacto ipse Dominus pretium suum confitetur triginta argenteos datum esse. Videtur autem ipsa verborum excogitatio talem præ se ferre sensum : Ego quidem Dominus a primo incipiens die nunquam desii meæ benignitatis indicia vobis Judæis impendere, innumerabilibusque vos beneficiis afficere, non solum dum ad vos ab initio prophetas mitto, sed etiam dum me ipsum vobis præsentem exhibeo, tum in monitis ac documentis, rationalibusque præceptis, tum in signis et portentis et aliis miraculorum generibus, tum etiam in sanationibus et medelis; vos ergo qui tanta beneficentia digni habiti estis, date mercedem meam, aut renuite : sic quidem ab illis, ut par est, fructus pietatis, et indicia fidei erga seipsum postulans. At illi (ut in ea quam proxime ante hanc posuimus prophetia, dictum est), « pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi, et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea [76]; » et cum triginta argenteos constituerint, tanquam eum qui tanti venderetur, æstimaverunt. Sed quoniam uniuscujusque opus quale sit ignis probabit, merito imperat ut mittantur in forna-

A ὑμῶν ἐστι, δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον. Καὶ σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην ἀνὰ μέσον Ἰούδα καὶ ἀνὰ μέσον Ἰσραήλ.» Καὶ ταῦτα τέλους ἐτύγχανεν, ὅτε, κατὰ μὲν τὸν Λουκᾶν, «ἀπελθὼν ὁ Ἰούδας συνελάλει τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ στρατηγοῖς τοῦ ἱεροῦ, ὅπως αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς· καὶ ἐχάρησαν, καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύρια δοῦναι.» Κατὰ δὲ τὸν Μάρκον, ὁπηνίκα «ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, ἵνα παραδῷ αὐτόν. Οἱ δὲ ἐχάρησαν, καὶ ἐπεγγείλαντο αὐτῷ ἀργύρια δοῦναι. » Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἁπλῶς τὸ ἀργύριον ὠνόμασται· παρὰ δὲ τῷ Ματθαίῳ μνημονεύεται καὶ ὁ ἀριθμὸς, συνᾴδων τῇ ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου παραθέσει. Λέγει δ' οὖν ὁ Ματθαῖος· «Τότε πορευθεὶς εἷς τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Ἰούδας Ἰσκαριώτης, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, εἶπεν αὐτοῖς· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν; Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα στατῆρας. » Σύμφωνα οὖν ταῦτά ἐστι τῷ, «Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς, » ἐν τῇ προφητείᾳ εἰρημένῳ ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Σύμμαχος ἐποίησε· «Καὶ ἐστάθμισαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς· » ὁ δὲ Ἀκύλας· « Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς· » οἷς ἐπιλέγεται· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν.» Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· «Καὶ εἶπε Κύριος· Ῥῖψον αὐτὰ πρὸς τὸν πλάστην. Ὑπερμεγέθης ἡ τιμὴ, ἣν ἐτιμήθην ὑπὲρ αὐτῶν. » Καὶ πρόσχες τίνα τρόπον αὐτὸς ὁ Κύριος τιμὴν ἑαυτοῦ ὁμολογεῖ τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς δεδόσθαι. Ἔοικε δὲ ἡ τῆς λέξεως διάνοια τοιοῦτόν τινα ἐμφαίνειν νοῦν· Ἐγὼ μὲν ὁ Κύριος, ἐκ πρώτης ἀρξάμενος ἡμέρας, οὐ διέλιπον τῆς ἐμαυτοῦ χρηστότητος ὑμῖν τοῖς ἐκ περιτομῆς δείγματα παρέχων, καὶ μυρία ὅσα ὑμᾶς εὐεργετῶν, οὐ μόνον τὰ διὰ τῶν ἀνέκαθεν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ τῆς ἐμαυτοῦ παρουσίας, ἔν τε ταῖς προτρεπτικαῖς διδασκαλίαις καὶ τοῖς λογικοῖς μαθήμασιν, ἔν τε τοῖς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ ταῖς ἄλλαις παραδοξοποιίαις, ταῖς τε ἰάσεσι καὶ ταῖς θεραπείαις· ὑμεῖς δὲ οἱ τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας ἠξιωμένοι δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε· αἰτῶν αὐτοὺς, ὡς εἰκὸς, καρποὺς εὐσεβείας, καὶ δεῖγμα τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. Οἱ δὲ, (κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ πρὸ ταύτης παραθέσει,) « ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου, » τριάκοντα ἀργυροῦς στήσαντες, ὥσπερ τοσούτου αὐτὸν πωλούμενον ἐτιμήσαντο. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ἑκάστου ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει, εἰκότως προστάττει καθῆναι αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, ἐπιλέγων· « Ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. » Χωνευτήριον δὲ

[73] Zachar. XI, 7, 14. [74] Luc. XXII, 4, 5. [75] Matth. XXVI, 14, 15. [76] Psal. CVIII, 4, 5.

Digitized by Google

ἐνταῦθα ἔοικε τὸν οἶκον Κυρίου ὀνομάζειν. Εἰπόντος γοῦν τοῦ Κυρίου, κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα· « Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐπιφέρει· « Καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον. » Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· « Εἰπόντος τοῦ Κυρίου· Ῥῖψον αὐτὸ, » δῆλον δ' ὅτι τὸ ἀργύριον, πρὸς τὸν πλάστην, ἐπιφέρει· « Καὶ ἔῤῥιψα ἐν οἴκῳ Κυρίου πρὸς τὸν πλάστην. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Εἰπόντος τοῦ Κυρίου· Ῥῖψον αὐτὸ εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ ἔῤῥιψα αὐτὸ εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον. » Μήποτε δὲ καὶ τοῦτο ἐπληροῦτο, ὅτε « Ἰούδας, » ὁ παραδιδοὺς τὸν Κύριον, « ἰδὼν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὸ ἀργύριον τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις, λέγων· Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. Οἱ δὲ εἶπαν αὐτῷ· Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει. Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναὸν, ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπαν· Οὐκ ἔστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν, ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστιν. » Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος· Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. » Ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις, ἐπεὶ μὴ ταῦτα φέρεται ἐν τῇ τοῦ Ἱερεμίου προφητείᾳ, εἴτε χρὴ ὑπονοεῖν περιῃρῆσθαι αὐτὰ ἐξ αὐτῆς κατά τινα ῥᾳδιουργίαν, ἢ καὶ σφάλμα γραφικὸν γεγονέναι, τῶν ἀμελέστερον τὰ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀντίγραφα πεποιημένων σφαλέντος τινὸς, καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ Ζαχαρίου Ἱερεμίαν τεθεικότος, ὡς δέον οὕτως ἀναγεγράφθαι· « Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου· » ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς τὸ χωνευτήριον, » ἐσφαλμένως πεποιηκότος· « Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. » Σαφῶς γὰρ διὰ μὲν τῆς προφητείας εἰς τὸν τοῦ Κυρίου ναὸν ἔῤῥίφθαι λέγεται τὸ ἀργύριον, καὶ δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου εἰς τὸν ναόν. « Ῥίψας γοῦν, » φησὶν, « Ἰούδας τὰ ἀργύρια εἰς τὸν ναὸν, ἀνεχώρησε. » Καὶ εἰκός γε ἐξ ἐκείνων τῶν ἀργυρίων βέβηλον γεγονέναι τὸν ναὸν, καὶ πεπληρῶσθαι τὸ, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » Καὶ ὅρα γε μήποτε χωνευτήριον ὁ οἶκος Κυρίου διὰ τοῦτο κέκληται, ἐπείπερ ὡς ἐν χωνείᾳ, μεταπλάττεσθαι τὰς ψυχὰς ἐκ τῆς τῶν θείων λόγων πυρώσεως ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ οἴκῳ συμβαίνει· ἢ ἄλλως ἀπελέγχεται μὴ καθαρὰς, ὡς ἐν χωνευτηρίῳ πυρουμένας καὶ δοκιμαζομένας. Ὅπερ ὁ Ἀκύλας, « Ἔῤῥιψα, » φήσας, « τὸ ἀργύριον ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου πρὸς τὸν πλάστην, » σαφῶς διδάσκει, ὡς τοῦ Λόγου τοῦ θείου δίκην πλάστου κατοικοῦντος εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ πλάττοντος καὶ ἀνανεοῦντος τὰς τῶν προσιόντων ψυχάς. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἡ τιμὴ τοῦ τετιμημένου εἰς ἐκεῖνον μεταβληθεῖσα τὸν οἶκον βέβηλον αὐτὸν κατεστήσατο, εἰκότως εὐθὺς ἐπιλέγει· « Καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον

cem, illud adjungens : « Quemadmodum probatus sum pro illis. » Fornacem vero hoc loco ipsam domum Domini nominare videtur. Nam cum Dominus dixerit, ut est apud LXX, « Dimitte eos in fornacem, » tum adjungit : « Et projeci eos in domo Domini in fornacem. » Ut vero est apud Aquilam, « cum Dominus dixerit : Projice illud ipsum videlicet argentum ad figulum, » tum adjungit : « Et projeci illud in domo Domini ad figulum. » At vero, ex Symmachi editione, « cum Dominus dixerit, projice illud in fornacem, » tum adjungit verba illa : « Et projeci illud in domo Domini in fornacem. » Num igitur hoc tunc forsitan completum est, cum « Judas » qui Dominum prodidit, « videns quod condemnatus esset, pœnitentia ductus, retulit argentum principibus sacerdotum et senioribus, dicens : Peccavi tradens sanguinem innocentem. At illi dixerunt ei : Quid ad nos? tu videris, et projectis argenteis in templo, recessit : et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt : Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. **481** Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, usque ad præsentem diem. Tunc impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem : Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus [77]. » Ubi diligenter considerabis, cum hæc non habeantur apud Jeremiam prophetam, num arbitrari oporteat ea per quamdam malitiam ex illo sublata esse, an vero librarii erratum fuisse, qui negligentius sanctorum Evangeliorum exemplaria confecerit, et ex negligentia in errorem inciderit, et pro Zacharia posuerit Jeremiam : utpote, cum ita scripto opus fuerit, « tunc completum est, quod dictum est per Zachariam prophetam. » Pro eo autem quod perperam conversum est : « Et miserunt eos in domo Domini in fornacem, » dictum est illud : « Et dedi eos in agrum figuli. » Plane enim in ipsa prophetia in templo Domini projectum fuisse argentum dicitur, et ab Evangelio itidem in templo : « Projectis enim, inquit, Judas argenteis in templo, recessit. » Et sane æquum est ex illis argenteis templum fuisse profanatum, et completum fuisse illud : « Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta [78]. » Porro autem etiam illud contemplare, num fornax dicta sit domus Domini, propterea quod in templo Dei quasi in fornace conflatoris, animos ex divinorum sermonum calore atque igne transformari contingit, aut alioqui non puros dum tanquam in fornace igne explorantur, redargui. Idcirco Aquila dum ita convertit : « Et projecit argentum in domo Domini ad figulum, » plane nos docet quemadmodum divinum Verbum instar figuli habitet in domo Domini, et eorum qui

[77] Matth. XXVII, 3-10. [78] Matth. XXIII, 38.

Digitized by Google

illuc accedunt animas informet ac renovet. Verumtamen cum pretium appretiati in illa domo projectum, eam ipsam profanam reddiderit, merito statim adjungit : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Judam et Israel. » Ex illo enim illa gentis multitudo abjecta est procul ab antiqua Dei tutela, quæ prius illos conservabat. Alteram autem virgam puto pro universa simul Judaica gente hoc in loco accipi oportere. Qua de causa illam etiam funiculum vocat, dicens : **482** « Unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum. » Tum de altera evidenter adjungit illud : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus, ad dissipandum testamentum inter Judam et Israel : » siquidem hi erant et funiculus et virga altera. Prior autem quæ pulchritudo nominata est, non alia fuerit quam ipsa Jerusalem, adoratioque Mosaica, omnisque prisca constitutio, quæ vetus dicitur testamentum, hocque ipsum vel ex ipsa prophetia plane constiterit, dum ait : « Et capiam virgam meam pulchram, et abjiciam eam ad dissipandum testamentum meum. » Vides ut testamentum quidem suum, virgam priorem esse dixerit ; alteram vero virgam, funiculum, et tamen se utramque abjecturum minatur, quamvis prius dixerit : « Et capiam mihi ipsi duas virgas, unam vocavi pulchritudinem, et alteram vocavi funiculum : » pro quo Aquila quidem sic convertit : « Unam vocavi decorem, et alteram vocavi funiculum. » Symmachus autem : « Hanc quidem vocavi decorem, illam autem vocavi funiculum. » Hoc igitur universæ gentis pulchritudinis decorisque nomine, divinam legem, et quod in ea continetur testamentum, merito appellat. Venerabilitas enim illa urbis Jerusalem, et quæ in ea ad munus pontificum sacerdotumque pertinebant, tum etiam omnia quæcunque olim apud illos populos ex divinis legibus, et ex veteri testamento de more prius administrabantur, decens quidam ornatus iis erant, qui talibus rebus ornarentur. Funiculus autem ipsa gentis multitudo apud ipsum quoque Mosem vocata est, in illis verbis : « Facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hereditatis ejus Israel. » At vero hujusce utriusque virgæ mutationem, magno impetu futuram iis temporibus, de quibus dictum est, divinat : utpote, cum et vetus, quod prius in ea erat, testamentum, et pulchritudo quæ in eadem olim cernebatur, delenda fuerit et ad nihilum redigenda, simulac pretio illius æstimato, qui triginta argenteis æstimatus est, illi pro sua ipsorum impietate meritæ ignominiæ obnoxii facti sunt; dicit igitur : « Et capiam virgam meam pulchram, et abjiciam eam ad dissipandum testamentum meum. » Et rursus : « Et abjeci virgam alteram, quæ dicitur funiculus. » Ad hæc, cum in prophetia dicatur illud : « Et auferam tres pastores in mense uno, » **483** arbitror sic tres ordines eorum significari, qui olim populo Dei præerant regum, pontificum et prophetarum ; quoniam ab his tribus, quasi pa-

A τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην ἀνὰ μέσον Ἰούδα καὶ ἀνὰ μέσον Ἰσραήλ. » Ἐξ ἐκείνου γάρ τοι τὸ πλῆθος τοῦ ἔθνους ἀπερρίφη τῆς πάλαι πρότερον ἐφορώσης αὐτοὺς ἐπισκοπῆς τοῦ Θεοῦ. Δευτέραν δὲ ῥάβδον ἡγοῦμαι τὸ πᾶν ἀθρόως Ἰουδαίων ἔθνος ἐνταῦθα δηλοῦσθαι. Καλεῖ δ' οὖν αὐτὴν σχοίνισμα, λέγων· « Τὴν μίαν ἐκάλεσα κάλλος, καὶ τὴν δευτέραν ἐκάλεσα σχοίνισμα. » Καὶ σαφῶς ἐπιλέγει περὶ τῆς δευτέρας φάσκων· « Καὶ ἀπέρριψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην ἀνὰ μέσον Ἰούδα καὶ ἀνὰ μέσον Ἰσραήλ. » Οὗτοι γὰρ ἦσαν τὸ σχοίνισμα καὶ ἡ ῥάβδος ἡ δευτέρα. Ἡ δὲ προτέρα κάλλος ὠνομασμένη οὐδ' ἄλλη γένοιτο τῆς Ἱερουσαλὴμ αὐτῆς, καὶ τῆς κατὰ Μωσέα λατρείας, ἁπάσης τε τῆς παλαιᾶς Διαθήκης· καὶ τοῦτο δὲ ἐξ αὐτῆς παρίσταται τῆς προφητείας φησάσης· « Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν, καὶ ἀπορρίψω αὐτὴν, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην μου. » Ὁρᾷς ὡς τὴν μὲν Διαθήκην ἑαυτοῦ τὴν ῥάβδον ἔφησεν εἶναι τὴν πρώτην, τὴν δευτέραν δὲ ῥάβδον τὸ σχοίνισμα, πλὴν ἀμφοτέρας τὰς ῥάβδους ἀπορρίψειν ἀπειλεῖ, προείπων πρότερον· « Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δύο ῥάβδους· τὴν μίαν ἐκάλεσα κάλλος, καὶ τὴν δευτέραν ἐκάλεσα σχοίνισμα· » ἀνθ' ὧν ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· « Τὴν μίαν ἐκάλεσα εὐπρέπειαν, καὶ τὴν ἑτέραν ἐκάλεσα σχοίνισμα· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Τὴν μὲν ἐκάλεσα εὐπρέπειαν, τὴν δὲ μίαν ἐκάλεσα σχοίνισμα. » Τοῦτο μὲν οὖν παντὸς ἔθνους κάλλος καὶ εὐπρέπειαν, τὸν θεῖον νόμον καὶ τὴν ἐν αὐτῷ περιεχομένην Διαθήκην ὠνόμασεν εἰκότως. Τά τε γὰρ σεμνὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰ τῆς ἀρχιερατικῆς λειτουργίας, καὶ πάντα ὅσα πάλαι πρότερον ἐν αὐτοῖς κατὰ τοὺς θείους νόμους, καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν Διαθήκην ἐπολιτεύετο, κόσμος εὐπρεπὴς ὑπῆρχε τοῖς ὑπὸ τούτων κοσμουμένοις. Σχοίνισμα δὲ τὸ πλῆθος τοῦ ἔθνους καὶ παρὰ Μωσεῖ κέκληται λέγοντι· « Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Ἀλλὰ γὰρ τῶν δύο τούτων ῥάβδων ἀθρόως μεταβολὴν γενήσεσθαι κατὰ τοὺς δηλουμένους χρόνους θεσπίζει, ὡς καὶ τῆς πάλαι ἐν αὐτῇ παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τοῦ πάλαι ἐν αὐτῇ κάλλους ἀφανισθησομένου, τοῦ τε σχοινίσματος καὶ τοῦ παντὸς ἔθνους διασκεδασθησομένου, ἐπὰν, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου τριάκοντα ἀργυρίων τιμησάμενοι, τῆς σφῶν δυσσεβείας τὴν προσήκουσαν ἀτιμίαν ὑπόσχοιεν. Λέγει δ' οὖν· « Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν, καὶ ἀπορρίψω αὐτὴν, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην μου· » καὶ πάλιν· « Καὶ ἀπέρριψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα. » Ἐπὶ τούτοις ἐπὰν ἡ προφητεία φάσκῃ· « Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, » νομίζω τρία τάγματα αἰνίττεσθαι τῶν πάλαι τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ προεστώτων, βασιλέων, καὶ ἀρχιερέων, καὶ προφητῶν· ἐπεὶ καὶ διὰ τῶν τριῶν τούτων ποιμένων πάντα τὰ κατὰ τοὺς πάλαι πρότερον ᾠκονομεῖτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ διαστροφὴν καὶ οἱ τρεῖς οὗτοι πεπόνθασι ποιμένες, καθ' ἕνα καιρὸν τὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν (ὅ τε γὰρ βασιλεὺς παρανόμως αὐτῶν ἡγεῖτο. ἀλλόφυλός τις ὢν καὶ οὐκ οἰκεῖος τοῦ ἔθνους· ὅ τε

Digitized by Google

ἀρχιερεὺς. Ὑπὸ Ῥωμαίων παραγενόμενος ἐπὶ τὴν λειτουργίαν. οὐ κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν οὐδὲ κατὰ τοὺς ἐννόμους θεσμοὺς ἐπὶ τὴν τιμὴν παρῆει· ὅ τε προφήτης μέχρις Ἰωάννου, παυσάμενος, οὐκέτι ἐν αὐτοῖς ἐνήργει, ἀντὶ δὲ τούτου ψευδοπροφήτης τις ἀσεβὴς καὶ πλανῶν τὸν λαὸν), εἰκότως τὰ τρία χαρίσματα, πάλαι πρότερον ὑπὲρ πάντα κόσμον εὐπρεπῆ τὸ πᾶν ἔθνος κοσμοῦντα, περιαιρήσειν ὑφ' ἕνα καιρὸν ἀπειλεῖ λέγων· « Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνί, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς· » ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· « Καὶ ἐκολοβώθη ἡ ψυχή μου ἐν αὐτοῖς· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Καὶ ὠλιγοψύχησα ἐν· αὐτοῖς· » ὁ δὲ Θεοδοτίων· « Καὶ ὠλιγοψύχησεν ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. » Καὶ τὸ αἴτιόν γε τῆς ὀλιγοψυχίας διδάσκει, ἐπιλέγων· « Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ· » ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Ἀκύλας· « Καί γε ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐπέρκασεν ἐν ἐμοί· » ὁ δὲ Σύμμαχος· « Καὶ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἤκμασεν ἐν ἐμοί. » Ὅμοιον δὲ τῷ, « Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ, » παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἰρημένῳ, φέρεται παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου κείμενον τό· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς· ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ, ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς. Μὴ σπήλαιον ὑαίνης ἡ κληρονομία μου ἐμοί; » Εἰκότως οὖν διὰ ταῦτα ἐξῆς ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς· τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλειπέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα ἐσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον ἑαυτοῦ· » μεθ' ἃ ἐπιλέγει· « Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν, καὶ ἀπορρίψω αὐτήν· » ἀνθ' οὗ Ἀκύλας, « Καὶ ἔλαβον, » φησὶ, « τὴν ῥάβδον μου, τὴν εὐπρέπειαν, καὶ περιέκοψα αὐτὴν, » δηλαδὴ τὴν κατὰ Μωσέα λατρείαν. Οὐκοῦν ἡ μὲν πρώτη ῥάβδος ἡ ἐν ἀρχαῖς τοῦ λόγου πρώτη, συντριβήσεσθαι καὶ ἀπορριφήσεσθαι λέγεται. Ὅτε δὲ ἡ τιμὴ τοῦ τετιμημένου, καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ προδότῃ δοθὲν ἀργύριον ἐβλήθη εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, ὡς εἰς χωνευτήριον, τότε δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς δευτέρας ῥάβδου, τοῦ παντὸς ἔθνους δηλαδὴ, ἀκολούθως οἷα πείσεται προφητεύεται ἐν τῷ, « Καὶ ἀπέρριψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν τὸ σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν Διαθήκην ἀνὰ μέσον Ἰούδα καὶ ἀνὰ μέσον Ἰσραήλ· » καὶ ἐπειδήπερ ἀποβολὴν ἐκείνων σαφῶς διὰ τούτων ὁ λόγος ἐμήνυσεν, εἰκότως ἐξῆς οὐκέτ' αὐτοὺς ἐπιγνώσεσθαι τὴν τῶν προφητευομένων δύναμίν φησιν, ἀλλὰ τοὺς Χαναναίους, λέγων· « Καὶ γνώσονται οἱ Χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, διότι λόγος Κυρίου ἐστί. » Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ Χαναναῖοι ἀλλ' ἢ ἡμεῖς οἱ πρὶν ἀλλόφυλοι, καὶ ἐξ ἁπάντων τῶν πάλαι ἀθέων καὶ ἀσεβῶν ἐθνῶν πρόβατα τῷ Χριστῷ πεφυλαγμένοι; οἳ καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος μεταβεβλήμεθα, καὶ συνέντες τὰ τεθεσπισμένα, γνῶσιν ἀληθῆ τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου εἰλήφαμεν. Ἐγνωμέν τε ἡμεῖς οἱ Χαναναῖοι καὶ συνήκαμεν τὰ δηλούμενα· οὐκ ἔγνωσαν δὲ οὐδὲ συνῆκαν οἱ τὸν Ἰσραὴλ αὐχοῦντες καὶ ἐπὶ τῷ σπέρματι Ἀβραὰμ ἐπαιρόμενοι.

storibus, omnia quæ ad illos veteres olim pertinebant, gubernabantur. Sed quando tres isti pastores uno tempore conversionem passi sunt, Salvatore utique nostro adveniente (nam et rex præter leges creatus, non ab ipsorum genere oriundus, sed externus ipsis tunc præerat; et pontifex a Romanis ad sacram functionem provectus, non ex successione generis, neque secundum leges atque instituta, honorem illum obtinebat; nec propheta, qui usque ad Joannem perveniens, desierat, amplius apud eos operabatur, sed loco ejus mendax quidam propheta et impius populum decipiebat), merito tria illa dona, quæ quondam supra omne ornamentum ac decus totam illam gentem ornabant, sublaturum se uno tempore minatur, dicens: « Et auferam tres pastores in mense uno, et gravabitur anima mea super eos; » pro quo Aquila quidem sic ait: « Et mutilata est anima mea in eis; » Symmachus autem: « Et exanimatus sum in eis; » Theodotion autem: « Et exanimata est anima mea super eos. » Et causam exanimationis ostendit in iis quæ adjungit: « Etenim animæ eorum rugierunt super me, » pro quo rursus Aquila hoc modo convertit: « Etenim anima eorum immaturuit in me, » Symmachus autem: « Et anima eorum invaluit in me. » Illi vero quod apud LXX dictum est: « Etenim animæ eorum rugierunt super me, » simile quiddam fertur etiam apud Jeremiam, quod ex persona Domini profertur his verbis: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus, facta est hæreditas mea mihi ut leo in silva, dedit super me vocem suam, nunquid spelunca hyænæ hæreditas mea mihi [19]? » has igitur ob res merito deinceps adjungit: « Et dixi, Non pascam vos; quod moritur, moriatur, et quod deficit, deficiat, et quæ reliqua sunt devorent, unusquisque carnes proximi sui. » Post quæ subjicit: « Et capiam virgam meam pulchram, et abjiciam eam. » Pro quo Aquila: « Et accepi, inquit, virgam meam, decorem, et excidi illam, » Mosaicam videlicet adorationem. Ergo prima quidem virga initio sermonis, prima item quæ frangatur et abjiciatur, fore dicitur. **484** Cum autem pretium ejus, qui æstimatus est, et pro eo argentum proditori erogatum, projectum est in domum Domini tanquam in fornacem, tum vero etiam ea quæ ad alteram virgam, hoc est, quæ ad universam gentem pertinent, quid latura sint mali, prophetice declaratur in illis verbis: « Et abjeci virgam alteram, funiculum ad dissipandum testamentum inter Judam et Israel: » et quoniam illorum rejectionem his verbis plane oraculum indicavit, merito deinceps non amplius illos vim prophetiarum intellecturos affirmat, sed Chananæos, sic dicens: « Et cognoscent Chananæi, oves quæ custodiuntur mihi, quod verbum Domini est. » Cæterum, qui tandem alii fuerint hi Chananæi, quam nos ipsi? qui prius alieni eramus, et qui ex

[19] Jer. XII, 8,9.

Digitized by Google

universis olim profanis atque impiis gentibus, oves Christo custoditi sumus? qui etiam beneficio illius sumus immutati, et ipsa vaticinia prophetarum intelligentes, cognitionem veram verbi Domini accepimus. Iidem nos qui sumus Chananæi, novimus atque intelleximus ea quæ dicuntur. Non noverunt autem neque intellexerunt, qui nomine Israel gloriantur, et qui semen Abrahæ jactare consueverunt.

A Jeremia. — Item de Juda nominatim.

« Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis ejus, et in cornibus altarium vestrorum. Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum et lucorum suorum in ligno denso et in collibus excelsis, robur tuum et omnes thesauros tuos in direptionem dabo, et excelsa tua in peccato in omnibus finibus tuis, et privaberis et humiliaberis ab hæreditate, quam dedi tibi, et transferam te ad inimicos tuos in terram quam non nosti ; quoniam ignis accensus est in furore meo, usque in sæculum ardebit [60]. » Tametsi hæc non apud LXX, attamen in Hebraico nacti atque in reliquorum interpretum editionibus, item in exquisitioribus quoque ipsorum LXX exemplaribus cum appositione stellularum, **485** necessario ea apposuimus, tanquam ea quæ nominatim ipsum proditorem Judam significent, et peccatum quod ab illo commissum est, fieri non posse ut unquam aboleatur. Hoc enim mihi videtur significare illud: « Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino. » Poterunt item referri ad universam Judaicam gentem, quibus deinceps ipso ordine post ipsorum scelus indelebile, extremam, quæ ipsos punitura est, perniciem interminatur, quæ non est nunc sigillatim ad verbum interpretandi tempus. Sed quando tam multa hactenus de eo, qui Salvatorem ac Dominum nostrum erat prodituru, aliisque qui illi insidias facturi erant, divinitus prædicta exposuimus: tempus jam fuerit quæ sub ipsam ejusdem passionem eventura fuerunt, ut item divinitus per prophetas denuntiata sint, intueri.

A Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.—Ἔτι περὶ τοῦ Ἰούδα ὀνομαστί.

« Ἁμαρτία Ἰούδα γέγραπται ἐν γραφείῳ σιδηρῷ, ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ, ἐγκεκολαμμένη ἐπὶ τοῦ στήθους τῆς καρδίας αὐτοῦ, καὶ τοῖς κέρασι τῶν θυσιαστηρίων ὑμῶν. Ἡνίκα ἀναμνησθῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν τὰ θυσιαστήρια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄλση αὐτῶν ἐπὶ ξύλου δασέος, καὶ ἐπὶ βουνῶν μετεώρων, ἰσχύν σου καὶ πάντας τοὺς θησαυρούς σου εἰς προνομὴν δώσω, καὶ τὰ ὑψηλά σου ἐν ἁμαρτίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις σου. Καὶ ἀφαιρεθήσῃ, καὶ ταπεινωθήσῃ ἀπὸ τῆς κληρονομίας, ἧς ἔδωκά σοι, καὶ ἀναβιβῶ σε ἐν τοῖς ἐχθροῖς σου ἐν τῇ γῇ, ἣν οὐκ ἔγνως· ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐν τῷ θυμῷ μου, ἕως αἰῶνος καυθήσεται. » Εἰ καὶ μὴ παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, ἀλλ' οὖν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ταῦτα εὑρόντες, καὶ ἐν ταῖς τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεσιν, ἔτι μὴν μετὰ παραθέσεως ἀστερίσκων καὶ ἐν τοῖς ἀκριβέσι τῶν παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα ἀντιγράφοις, ἀναγκαίως αὐτὰ παρεθέμεθα, ἅτε καὶ ὀνομαστὶ τὸν προδότην Ἰούδα δηλοῦντα, καὶ τὴν πεπραγμένην αὐτῷ ἁμαρτίαν ἀνεξάλειπτον εἶναι διδάσκοντα. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ τὸ, « Ἁμαρτία Ἰούδα ἐγγέγραπται ἐν γραφείῳ σιδηρῷ, ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ. » Εἴη δ' ἂν καὶ ἐπὶ πᾶν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀναφερόμενα, οἷς ἑξῆς καὶ ἀκολούθως μετὰ τὴν ἀνεξάλειπτον αὐτῶν ἀσέβειαν τὸν μετελθόντα αὐτοὺς ἔσχατον ὄλεθρον ἀπειλεῖ· ἅπερ κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν οὐ τοῦ παρόντος τυγχάνει καιροῦ. Ἀλλὰ γὰρ τοσούτων περὶ τοῦ προδώσειν μέλλοντος τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τῶν τε ἄλλως ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ προαναφωνηθέντων, καιρὸς ἰδεῖν καὶ τὰ ἀμφὶ τὸ πάθος αὐτοῦ μέλλοντα συμβήσεσθαι θεσπιζόμενα.

Ab Amos. — De solis defectu, qui in ipsa Salvatoris nostri passione accidit, et de extremo Judaicæ gentis interitu.

« Jurat Dominus in superbiam Jacob, si obliviscetur in victoriam omnia opera vestra, et super his non turbabitur terra, et lugebit omnis qui habitat in ea, et ascendet quasi fluvius consummatio, et descendet quasi fluvius Ægypti, et erit in die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et obtenebrabitur super terram in die lux, et convertam solemnia vestra in luctum, et omnia cantica vestra in lamentum, et inducam super omnem lumbum saccum, et super omne caput calvitiem, et ponam eum tanquam luctum dilecti, et qui cum eo fuerint tanquam diem doloris : ecce dies veniunt, dicit Dominus, et mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi ver-

Ἀπὸ τοῦ Ἀμώς.—Περὶ τῆς ἐκλείψεως τοῦ ἡλίου, τῆς ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγενημένης, καὶ περὶ τοῦ παντελοῦς ὀλέθρου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.

« Ὀμνύει Κύριος κατὰ ὑπερηφανίας Ἰακώβ, εἰ ἐπιλησθήσεται εἰς νῖκος πάντα τὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τούτοις οὐ ταραχθήσεται ἡ γῆ, καὶ πενθήσει πᾶς ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ ἀναβήσεται ὡς ποταμὸς ἡ συντέλεια, καὶ καταβήσεται ὡς ποταμὸς Αἰγύπτου. Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς. Καὶ μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πάσας τὰς ᾠδὰς ὑμῶν εἰς θρῆνον· καὶ ἀναβιβῶ ἐπὶ πᾶσαν ὀσφὺν σάκκον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν φαλάκρωμα· καὶ θήσομαι αὐτὸν ὥσπερ πένθος ἀγαπητοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ὡς ἡμέραν ὀδύνης. Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐξαποστελῶ λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ

[60] Jer. XVII, 1-4.

Digitized by Google

δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Καὶ σαλευθήσονται ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βορρᾶ ἕως ἀνατολῶν περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσι. » Τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὕβριν καὶ ὑπερηφανίαν καὶ ἐπανάστασιν, ἣν ἐπανέστησαν αὐτῷ οἱ ἐκ περιτομῆς, θεσπίζουσα ἡ παροῦσα προφητεία, ὀμνύναι τὸν Κύριόν φησι καθ' ὑπερηφανίας Ἰακὼβ, ὡς οὐ μὴ γένοιτο λήθη τῶν κατ' αὐτοῦ τετολμημένων αὐτοῖς, καὶ ὅτι πένθους ἄξια πείσεται ἡ γῆ αὐτῶν μετὰ καὶ τῶν οἰκητόρων, καὶ ὅτι οὐκέθ' ὡς τὸ πρὶν εἰς βραχὺ παιδευθέντες αὖθις ἀποκατασταθήσονται, ἀλλ' εἰς συντέλειαν τὰ κατ' αὐτοὺς ἥξει. « Ἀναβήσεται γοῦν, » φησὶν, « ὡς ποταμὸς ἡ συντέλεια αὐτῶν, » τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτοῖς οὐδ' ἄλλοτε ἢ κατὰ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν ὀργὴν, ποταμὸν ἀναβησόμενον ἐπ' αὐτοὺς, ὡς ἐν ὕψει τὸ πρὶν ὄντας, αἰνιττόμενος. Καὶ δὴ μετὰ τὴν δηλωθεῖσαν κατ' αὐτῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ὀργὴν, αὖθις τὰ κατ' αὐτοὺς πράγματα, « ὡς ποταμὸς, » φησὶν, « Αἰγύπτου καταβήσεται· » δι' ὧν οἶμαι δηλοῦσθαι, ὅτι τὰ πάλαι μετέωρα καὶ παρὰ Θεῷ τετιμημένα, καὶ ὥσπερ ἐν ὕψει κείμενα πλεονεκτήματα τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ὅμοια τοῖς ῥευστοῖς καὶ δίκην ποταμοῦ παρατρέχουσι τῶν ἀπίστων ἐθνῶν πράγμασι καταστήσεται, ἀφ' ὕψους τε εἰς ταπεινὸν περιτραπήσεται. Εἶθ' ἑξῆς τούτοις αὐτὰ δὴ τὰ ἀμφὶ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους συμβεβηκότα δηλῶν· « Ἐν ἐκείνῃ, » φησὶ, « τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ συσκοτάσει ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς· » ἃ καὶ ἐναργῆ τὴν ἔκβασιν εἴληφεν, ὅτε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑψωθέντος, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν, « ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης· περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἠλεὶ, Ἠλεὶ, λαμμᾶ σαβαχθανί. » Τούτων δὲ τοῦτον ἐπιτελεσθέντων τὸν τρόπον, ἑξῆς ἐπιλέγει· « Καὶ μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν εἰς πένθος, καὶ πάσας τὰς ᾠδὰς ὑμῶν εἰς θρῆνον· καὶ ἀναβιβῶ ἐπὶ πᾶσαν ὀσφὺν σάκκον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν κεφαλὴν φαλάκρωμα· καὶ θήσομαι αὐτὸν, ὥσπερ πένθος ἀγαπητοῦ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, ὡς ἡμέραν ὀδύνης. Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ ἐξαποστελῶ λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, » καὶ τὰ ἑξῆς· ἅπερ ἅπαντα, διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ γεγενημένην ἔσεσθαι προφητευθέντα, ἐναργῆ τὴν ἔκβασιν τῆς προρρήσεως ἀπεδείξατο μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν. Οὐ πρότερον γοῦν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο μετέστρεψεν αὐτῶν ὁ Θεὸς τὰς ἑορτὰς εἰς πένθος, καὶ τὰς ᾠδὰς εἰς θρῆνον, τῆς περιβοήτου μητροπόλεως ἀποστερήσας αὐτοὺς, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ σεμνὸν ἁγίασμα, κατὰ τὴν ἐπὶ Τίτου καὶ Οὐεσπασιανοῦ Ῥωμαίων αὐτοκρατόρων ἡγεμονίαν καθελὼν, ὡς μηδὲ ἐλθόντας δύνασθαι ἐπ' αὐτῆς τὰς ἐννόμους ἑορτὰς καὶ πανηγύρεις ἐπιτελεῖν. Τί δεῖ λέγειν, ὡς ὁ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου πάντας αὐτοὺς μετῆλθεν, ἀνθ' ὧν ἐξήλασαν ἑαυτῶν τὸν τοῦ

bum Domini, et commovebuntur aquæ a mari usque ad mare, et ab aquilone usque ad orientem circuibunt quærentes verbum Domini, et non invenient [91]. » Contumeliam et superbiam et insolentiam adversus Salvatorem nostrum, quam in illum excitarunt Judæi, hæc prophetia prædicens, jurare Dominum ait contra superbiam Jacob, **486** non futuram esse oblivionem eorum, quæ contra ipsum ausi sint, dignaque luctu mala passuram esse ipsorum terram, una cum habitatoribus, neque ultra sicut prius, ubi breviter emendati fuerint, esse iterum restituendos, sed in consummationem, quæ ad ipsos spectant, esse ventura. « Siquidem ascendet, inquit, ut fluvius consummatio ipsorum : » sic utique iram quæ illos non alias quam Romanis regnantibus invaserit, per fluvium ascensurum super eos, veluti qui prius in sublimi versarentur, significans. Deinceps post hanc, de qua dictum est, contra illos immissam a Deo iram, rursus ad illos spectantia negotia, persequitur : « Ut fluvius, inquit, Ægypti descendet. » Quibus verbis significari arbitror, quæ olim sublimia et apud Deum venerabilia fuerint, et quæ quasi in sublimi positæ Judaicæ gentis prælationes, ea similia et fluentis, et rebus nationum fide carentium, fluvii instar labentibus, esse constituenda, ac de sublimiori in inferius esse præcipitanda. Deinde post hæc ipsa quæ dicta sunt, ipso ordine ea quæ sub ipsum salutaris passionis tempus evenerint, aperiens : « In illo, inquit, die, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et obtenebrabitur super terram in die lux, » quæ sane evidentem exitum sortita sunt, tunc cum Salvatore in altum sublato, ut est apud evangelistam, « A sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam; et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magna dicens : Eli, Eli, lamma sabachthani [92]. » Quæ cum in hunc modum suum finem contigerint, deinceps adjungit : « Et convertam solemnia vestra in luctum, et omnia cantica vestra in lamentum, et inducam super omnem lumbum saccum, et super omne caput calvitiem, et ponam eum sicut luctum dilecti, et eos qui cum ipso fuerint, ut diem doloris. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et mittam famem super terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini, » et quæ sequuntur : quæ quidem omnia propter superbiam ipsorum, qua adversus Christum usi sunt, divinitus prædicta, evidentem oraculi exitum ostenderunt, post ipsorum adversus Salvatorem nostrum insidias. Non ergo ante illud tempus, sed ex illo tempore in hunc usque diem solemnia illorum in luctum convertit Deus, et cantica in lamentum : quippe qui illos celeberrima civitate privaverit, et venerabile illud sanctuarium quod in illa erat, **487** Tito ac Vespasiano apud Romanos imperantibus, everterit, usque adeo ut non amplius venire

[91] Amos VIII, 7-12. [92] Matth. XXVII, 45,46.

Digitized by Google

et celebrare in ea legitima solemnia, et legitimos conventus possint. Cæterum, quid opus est dicere, quemadmodum fames audiendi verbum Domini, omnes illos invaserit? propterea quod procul a seipsis Dei Verbum exegerint, cum illud uno animo negaverunt, et ab eodem negati sunt.

A Θεοῦ Λόγον, ὁμοθυμαδὸν αὐτὸν ἀρνησάμενοι, καὶ ἀπαρνηθέντες ὑπ' αὐτοῦ;

A Zacharia. — Item de solis defectu, et de tempore salutaris Passionis.

« Et adveniet Dominus Deus meus, et omnes sancti cum eo; in die illa non erit lux, et frigus, et gelu erit in uno die, et dies ille notus Domino, et neque dies, neque nox, ad vesperam erit lux, et in die illa egredietur aqua viva de Jerusalem, dimidium ejus in mare primum, et dimidium ejus in mare extremum, in æstate et in vere erit sic, et erit Dominus in regem super universam terram; in B die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum, ambiens omnem terram et solitudinem[83]. » Hæc quoque in adventu Salvatoris nostri completa sunt: cum advenit, sive cum suis sacris apostolis, sive cum suis sanctis, divinis videlicet quibusdam potestatibus et incorporeis spiritibus, necnon angelis et ministris suis, de quibus dictum est in sacris Evangeliis, quod utique ad illum accesserint angeli, et illi ministraverint. Porro autem die illo (sic autem sacræ litteræ consueverunt omne tempus vocare, quo ille inter homines versatus est) una cum aliis prædictionibus etiam quod nunc tractatur, oraculum completum est, cum utique sub illius passionis tempus ab hora sexta tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. C Ex quo sic ait prophetia: « In die illa non erit lux. » Et rursus: « Et neque dies, neque nox, ad vesperam erit lux, » quibus verbis perspicue indicari puto illius temporis conditionem, cum Salvatore nostro altius sublato in ipsa diei luce, **488** nox ab hora sexta id, quod circum terram est, obtinuit usque ad horam nonam. Post quam rursus desinentibus tenebris, dies et lux reversa est: post quæ rursus consueta nox secuta est. Quæ omnia sermo propheticus innuit, ubi ait: « Et dies ille notus Domino, et neque dies, neque nox, ad vesperam erit lux, » dies quidem ille non erat, propter meridianas tenebras, sed nec item nox, propter ipsius diei recursum, quem indicavit significans per illa verba, « ad vesperam erit lux. » Quis autem non admiretur etiam hibernæ horæ commemorationem? quam ipsam itidem divinavit oraculum, cum ait: « Et frigus et gelu erit. » Quod item ipsum Evangelii testimonium commendat, cum Petrus dum Jesum sequitur, accenso igne in atrio Caiphæ, una cum aliis calefaciebat se. Proinde Joannes frigoris quoque mentionem apertissime facit, dicens: « Stabant servi et ministri ad prunas, quia frigus erat, et calefaciebant se[84]. » Et ad verbum quidem hujusmodi finem contigerunt, quæ sic prædicta sunt: ad sensum vero, cum Judæis salutare

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου. — Ἔτι περὶ τῆς ἐκλείψεως τοῦ ἡλίου, καὶ τοῦ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος καιροῦ.

« Καὶ παρέσται Κύριος ὁ Θεός μου, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς, καὶ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν. Καὶ ἡ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νὺξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξελεύσεται ὕδωρ ζῶν ἐξ Ἰερουσαλὴμ, τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἐσχάτην. Ἐν θέρει καὶ ἐν ἔαρι ἔσται οὕτως. Καὶ ἔσται Κύριος εἰς βασιλέα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται Κύριος εἷς, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἕν, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. » Καὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο, ἣν ἐποιήσατο ἤτοι μετὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ μαθητῶν, ἢ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, θείων τινῶν δυνάμεων καὶ ἀσωμάτων πνευμάτων, ἀγγέλων τε καὶ λειτουργῶν αὐτοῦ, περὶ ὧν εἴρηται ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι « προσῆλθον αὐτῷ ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. » Κατὰ δὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην (οὕτω δὲ φίλον ἀποκαλεῖν τῇ ἱερᾷ Γραφῇ πάντα τὸν χρόνον τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ διατριβῆς) ἐπληροῦτο μετὰ τῶν ἄλλων προρρήσεων καὶ τὰ ἐν χερσὶ τεθεσπισμένα, ὁπηνίκα παρὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρὸν, ἀπὸ ὥρας ἕκτης σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης. Διό φησιν ἡ προφητεία· « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ οὐκ ἔσται φῶς· » καὶ πάλιν· « Καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νὺξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς· » δι' ὧν λευκότατα ἡγοῦμαι τὴν τοῦ καιροῦ κατάστασιν, ἐν ᾧ τοῦ Σωτῆρος ἀνυψωθέντος, καὶ ἡμέρας οὔσης, νὺξ ἀπὸ ὥρας ἕκτης τὸ περιέχον συνέσχε μέχρι τῆς ἐννάτης, μεθ' ἣν αὖθις τοῦ σκότους διαλείποντος, ἡμέρα καὶ φῶς ἐγίνετο, μεθ' ἃ πάλιν συνήθως ἡ νὺξ κατελάμβανεν. Ἅπερ ὁ τῆς προφητείας λόγος ἠνίττετο φάσκων· « Καὶ ἡμέρα ἐκείνη γνωστὴ τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νὺξ, τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Οὐχ ἡμέρα μὲν γὰρ ἦν διὰ τὸ μεσημβρινὸν σκότος· καὶ πάλιν οὐ νὺξ διὰ τὴν ἐπικαταλαβοῦσαν ἡμέραν, ἣν παρέστησεν ἐπισημηνάμενος διὰ τοῦ φάναι, « τὸ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. » Τίς δ' οὐκ ἂν θαυμάσειε τῆς χειμαδίου ὥρας τὴν μνήμην; ἣν καὶ αὐτὴν ἐθέσπισεν ὁ λόγος φήσας· « Καὶ ψῦχος καὶ πάγος ἔσται· » ὃ καὶ αὐτὸ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου μαρτυρία συνίστησιν, ὁπηνίκα ὁ Πέτρος ἀκολουθῶν τῷ Ἰησοῦ, περιαψάντων πυρὰν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ Καϊάφα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐθερμαίνετο. Ὁ γοῦν Ἰωάννης ἀντικρυς καὶ τοῦ ψύχους ἐμνημόνευσεν εἰπών· « Εἱστήκεισαν οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. » Καὶ πρὸς μὲν τὴν λέξιν τοιούτου τέλους ἐτύγχανε τὰ προηγορευμένα· πρὸς δὲ

[83] Zachar. XIV, 5-10. [84] Jean. XVIII, 18.

Digitized by Google

διάνοιαν τὸ, πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος, τοῦ σωτηρίου φωτὸς αὐτοῖς ἐπιλάμψαντος, αὐτῶν τε μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς ἑλομένων, τοῦθ' ὅπερ καὶ εἵλοντο μετῆλθεν αὐτοὺς, ἀναχωρήσαντος μὲν αὐτῶν τοῦ φωτὸς, διαλαβούσης δὲ αὐτοὺς νυκτὸς ἀφεγγοῦς, σκοτισθείσης αὐτῶν τῆς διανοίας, πρὸς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Ἀλλὰ καὶ ψυγείσης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης αὐτῶν, τὰ σύμβολα τούτων εἰκότως ἐτελεῖτο, ἐπληροῦτό τε ἐξῆς τὰ τῆς προῤῥήσεως, κατὰ τὴν τοιάνδε τῆς σωτηρίου ἐπιφανείας ἡμέραν ὕδατος ζῶντος ἐξελθόντος ἐξ Ἱερουσαλὴμ, εἰς πάντα τὰ ἔθνη προελθόντος τοῦ γονίμου καὶ ζωτικοῦ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, ἀρξαμένου μὲν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας καὶ ἐξ αὐτῆς γε τῆς Ἱερουσαλὴμ, διαδοθέντος δὲ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν καὶ εἰς πάντα τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα. Τούτου δὲ τοῦ ὕδατος καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν μνημονεύει λέγων πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν· « Εἰ ᾔδεις τίς ἐστιν ὁ αἰτῶν σε πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν. » Ὅση δὲ τοῖς ἀπογευσαμένοις τοῦ ζῶντος καὶ λογικοῦ νάματος ὑπῆρξεν ὠφέλεια, παρίστησιν ἐξῆς, διδάσκων, ὡς οἱ πιόντες αὐτοῦ, τοὺς πάλαι πολλοὺς βασιλεύσαντας αὐτῶν δαίμονας πονηροὺς ἀπαρνησάμενοι, τὸν ἕνα Κύριον καὶ βασιλέα σῳῶν αὐτῶν ὁμολογήσουσι, καὶ ὡς ὁ Κύριος ὁ μόνος τὸ πρὶν Ἑβραίοις γνωριζόμενος, γενήσεται βασιλεὺς πάντων τῶν εἰς αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς πιστευσάντων ἐθνῶν· καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἓν ἔσται, κυκλοῦν πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὴν ἔρημον. Ὃ καὶ αὐτὸ τίς οὐκ ἂν ὁρῶν ἐκπλαγείη; ἀπὸ γοῦν τῆς Χριστοῦ προσηγορίας, αὐτὸς δὲ ἦν ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος, τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα, πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ χώραν, καὶ αὐτά γε τὰ ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς οἰκοῦντα ἔθνη περιεκύκλωσε, τοῖς τῆς προφητείας ἀκολούθως θεσπίσμασιν.

A lumen illuxisset, ipsique potius tenebras quam lumen amplexi essent, hoc quod ab ipsis electum assumptumque est, universam ipsorum nationem invasit. Cum enim ipsi recessissent a luce, et eos obscura nox occupasset, obscuratis ipsorum mentibus, eo quod illuminatio evangelica radios suos in corda ipsorum non immitteret, quinetiam refrigerata ipsorum erga Deum charitate, talium rerum signa merito expressa sunt, et in tali salutaris adventus die completa sunt ea, quæ ad hoc oraculum pertinent, dum aqua vivens erumpit ex Jerusalem, et in omnes gentes progreditur fecundus et vitæ apportator evangelicæ doctrinæ sermo : qui cum profectus sit de Judæa et de ipsa Jerusalem, disseminatus postea est in omnem terram et in omnes B orbis terrarum fines. Hujus vero aquæ ipse quoque Salvator ac Dominus noster meminit, dum loquitur cum muliere Samaritana : « Si scires, inquit, quis est qui petit a te bibere, tu petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam[88]. » Quanta autem ad eos, qui vivam rationalemque aquam gustaverint, ventura sit utilitas, declarat deinceps, dum docet quemadmodum qui eam aquam biberint, et multos illos, qui antea ipsis imperabant, malignos dæmonas abnegaverint, ii unum sui ipsorum et Dominum et regem confitebuntur, item quod is Dominus, qui ab unis Hebræis antea noscebatur, **489** rex fiet omnium earum nationum, quæ ex universa terra in ipsius fidem venerint; et nomen ejus unum erit, C ambiens universam terram et solitudinem, quod quidem ipsum ubi quis viderit, qui fieri possit ut non admiretur? etenim a Christi vocabulo, Christus porro ipse Dominus est, Christianorum nomen deductum omnem locum et civitatem et regionem ipsasque in desertis orisque extremis terræ habitantes nationes circuivit, fidem eo modo faciens et consentiens hujusce prophetiæ vaticinio.

Ἀπὸ ψαλμοῦ κα'. — Περὶ τῶν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος ἐπιτελεσθέντων. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς.

A psalmo XXI. — *De iis quæ in ipsa salutari passione facta sunt. In finem pro susceptione matutina.*

« Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ D οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Σὺ δὲ ἐν ἁγίοις κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν, καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουδένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν· Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπερῤῥίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ.

« Deus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus, clamabo per diem ad te, et non exaudies; et per noctem, et non ad insipientiam mihi. Tu autem in sanctis habitas, laus Israel. In te speraverunt patres nostri, speraverunt, et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt. In te speraverunt, et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo; opprobrium hominum et abjectio plebis. Omnes videntes me, subsannaverunt me, locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in Domino : eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum, quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre; spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero. De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris a me, quoniam tri-

[88] Joan. IV, 10.

Digitized by Google

bulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet. Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, ut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea. Et lingua mea adhæsit gutturi meo, et in pulverem mortis deduxisti me : **490** quoniam circumdederunt me canes multi. Congregatio malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos : dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt me : diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem. Tu autem, Domine, ne procul amoveas auxilium meum. Ad susceptionem meam respice. Eripe a framea animam meam, et ex manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum. Omne semen Jacob glorificate eum. Timeant eum omne semen Israel ; quoniam non sprevit, neque moleste tulit deprecationem pauperis, neque avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum, exaudivit me. A te laus mea in Ecclesia magna. Vota mea reddam in conspectu timentium eum. Comedent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum : vivent corda eorum in sæculum sæculi. Reminiscentur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium ; quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentibus ; comederunt et adoraverunt omnes pingues terræ, in conspectu ejus prolabentur omnes, qui descendunt in terram, et anima mea illi vivit, et semen meum serviet ei, annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus[86].» Illud quidem «Deus, Deus meus, respice in me, quare dereliquisti me?» quod initio psalmi dictum est, a Salvatore nostro, ut est apud Matthæum, ipso passionis tempore dictum est, in hunc modum : « A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam, et hora nona clamavit Jesus voce magna : Eloim, Eloim, lamma sabachthani, quod ex interpretatione est : Deus, Deus meus, quare dereliquisti me[87]? » accepta vero sunt Hebraica verba ex ea, quæ nunc est in manibus prophetia. Siquidem vel iisdem syllabis illud ipsum : « Eli Eli, lamma sabachthani, » initio psalmi continetur; quod Aquila in hunc modum interpretatus est : « Fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me ? **491** Porro quod hæc eamdem cum iis, quæ passionis tempore a Salvatore nostro dicta sunt, habeant vim, nemo utique negaverit. Tempus igitur jam nunc fuerit psalmum ipsum absque controversia ad alium nullum referre, quam ad illum :

[86] Psal. xxi, 2-32. [87] Matth. xxvii, 45, 46.

γεννημένου, ὃν ἐφάσκομεν εἶναι τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ. Τούτῳ γὰρ καὶ συμβαίνει τὰ περὶ τὸ πάθος, ὡς καὶ τὰ τῆς ἐνσάρκου γενέσεως ἥρμοζε. Τὸ γοῦν γεννηθὲν καὶ ἀποθνήσκει· τὸ δὲ θνῆσκον οὐκ ἄλλως θανάτου τυγχάνει ἢ πρότερον ὁδεῦσαν διὰ γενέσεως. Ταῦτ' οὖν διέξεισιν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, οὐ καθ' ὃ ἄσαρκος καὶ ἀσώματος ὑπάρχει τὴν φύσιν, οὐδὲ καθ' ὃ Θεοῦ Λόγος καὶ Θεὸς ἐπινοεῖται, ἀλλὰ καθ' ὃ οἷός τε ἦν πρὸς τὸν Πατέρα εὐχῇ λέγειν· « Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας, ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. » Οὗτος δὴ οὖν, πρὸς τῷ πάθει γεγονὼς, εὔχεται τὰ προκείμενα πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τοσούτων, φησὶ, μελλόντων με περιστήσεσθαι ἀντικειμένων ἐνεργειῶν, καὶ δαιμόνων ἀκαθάρτων, καὶ πνευματικῶν πονηρίας, καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῦ πάντων χειρίστου, αὐτοῦ δὴ τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου (οὓς τῆς κακίας ἕνεκε θῆρας πονηροὺς ὀνομάζειν ἄξιον, καὶ ἤτοι ταύρους ἀγρίους, ἢ μόσχους, ἢ λέοντας, ἢ κύνας), μέλλων τε πρὸς ἅπαντας ἵστασθαι, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν εἰς αὐτοὺς ἐνεργεῖν, τῷ μηδὲν παραδέχεσθαι αὐτοὺς τῶν ἐμῶν ἀγαθῶν δι' ἄκραν κακίας ἕξιν, ἀλλὰ μηδὲ βοηθοῦ μηδὲ συνεργοῦ τυγχάνων τινὸς τῶν προειρημένων, εἰς τὸν ὑπὲρ τῶν ἐν ᾅδου ψυχῶν ἄθλον, πῶς οὐκ ἂν εὐλόγως εἴποιμ· « Ὅτι θλῖψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν; » Τὸ μὲν οὖν τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις μὴ συνεργεῖν αὐτῷ μηδὲ βοηθεῖν ἐπ' ἀγαθὸν αὐτῷ, νομίζομεν, ὅτι οὐδὲν ἦν θαυμαστόν· τὸ δὲ πάντων μέγιστον τῆς θλίψεως τῆς μάλιστα πιεζούσης αὐτὸν τόδ' ἦν ἄρα, τὸ μηδένα μηδὲ τῶν αἰσίων καὶ δεξιῶν ἀγγέλων, μηδὲ μὴν τῶν θείων δυνάμεων, τολμᾷν ἐπιβαίνειν τοῖς τοῦ θανάτου βασιλείοις, μηδὲ συνεργεῖν ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν αὐτόθι ψυχῶν. Μόνῳ γὰρ αὐτῷ τοῦτ' ἀτρεμὲς ἦν, ἐπεὶ καὶ μόνῳ ἠνεῴχθησαν πύλαι θανάτου, καὶ μόνον αὐτὸν πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔπτηξαν, αὐτός τε ὁ τὸ κράτος ἔχων τοῦ θανάτου, ὑπεξαιρεθεὶς τῶν βασιλείων θρόνων, ἅτε μόνον αὐτὸν ἐπιγνοὺς ἑαυτοῦ Κύριον, ἐλάλησεν αὐτῷ δεήσει καὶ ἱκετηρίᾳ μαλακῷ, κατὰ τὰ δηλούμενα ἐν τῷ Ἰὼβ περὶ τούτων. Πλὴν ἀλλὰ τὴν ἀσεβῆ τοῦ τυράννου καταδυναστείαν τοσοῦτον ὁρῶν ἰσχύουσαν, ὡς μηδένα ἄλλον τολμᾷν τῶν κατ' οὐρανὸν ἐν τοῖς αὐτόθι χωρίοις συμπαρεῖναι αὐτῷ, καὶ τῇ τῶν αὐτόθι ψυχῶν συνεργεῖν σωτηρίᾳ, εἰκότως φησίν· « Ὅτι θλῖψις ἐγγὺς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν, » ἑνὸς μόνου τοῦ κἀκεῖσε βοηθεῖν αὐτῷ δυναμένου, καταλελοιπότος αὐτὸν, ὡς ἂν εἰς πάντας ἀνακηρυχθείη τὸ λαμπρὸν καὶ ἐξαίρετον τῆς ἰδίας αὐτοῦ προαιρέσεως, τῆς τε κατὰ πάντων νίκης. Καὶ ἐπειδήπερ ὁ μόνος αὐτῷ βοηθεῖν δυνάμενος οὐκ ἦν αὐτῷ τότε βοηθὸς, εἰκότως ἀρχόμενος ἔλεγε τὸ, « Ἠλεὶ, Ἠλεὶ, λαμμᾶ σαβαχθανὶ, » τοῦτ' ἔστι· « Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; » συλλαμβανομένῳ μὲν οὖν καὶ κυοφορουμένῳ ὑπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου τῷ δηλουμένῳ ἡ πατρικὴ δύναμις συνῆν, ὅτε Πνεῦμα ἅγιον ἐπῆλθε τῇ Παρθένῳ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασεν αὐτῇ, αὐτός τε ὁ Πατὴρ τὸν γεννώμενον, ὡς ὁ λόγος παρέστησεν, ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἐξέσπασεν· ἀποδυομένου δὲ παρὰ τὸν

A fixum corpus videntes, dum rem et fugiendam et ominosam putant se videre, me subsannaverunt, tantum adversum me irrisionis, tantumque detractionis jactantes, ut de me non modo cogitantes ratiocinarentur animoque versarent nefaria, sed intrepide quoque loquerentur et palam enuntiarent, « siquidem locuti sunt labiis et moverunt caput, dicentes: **501** Speravit in Domino, eripiat eum, » et nunc igitur, ut dicebam, cum talia me circumsteterunt, te Patrem meum, qui extraxisti me de ventre matris meæ, in quem projectus sum ex utero, in quo speravi ab uberibus, qui etiam de ventre matris meæ agnitus es mihi, et interim agnosceris Deus, supplex oro ac precor « ne recedas a me, quoniam in proximo est afflictio. » Venit enim, inquit, et B quanta nondum antehac, adest atque appropinquat, quæ comprehendit jam, et mihi instat extrema omnium immodicæ meæ afflictionis nubes. Neque enim ego per afflictionem hanc quæ nunc me circumstat, crucem ipsam intelligo, neque probra ex hominibus, neque ludibria, neque vero ea quæ ante crucem mihi acciderunt, flagella, contumelias et alia quæcunque debacchati sunt contra me filii hominum, sed video post solutionem corporis in ipsa morte et ad inferos descensu appropinquantem adversariarum et inimicarum Deo potestatum insolentem impetum. Quapropter dico afflictionem in proximo esse, « quoniam non est qui adjuvet. » Qui enim fieri potest, ut non immodica et maxima ipsa illa fuerit afflictio, in qua C non fuerit qui adjuvaret? ille enim pro earum animarum salute accedebat, quæ apud inferos ex longissimo tempore adventum ejus exspectabant, et descendebat fores æreas contriturus, et vectes æreos confracturus, et eos, qui antea vincti apud inferos erant, in libertatem vindicaturus, quod ipsum etiam factum est, quando multa corpora eorum qui dormierant sanctorum surgentia, simul cum eo ingressa sunt in vere sanctam Dei civitatem, adversantes vero potestates ut hominibus nocerent, contra illum quasi in acie veniebant, mœrorem non parvum atque afflictionem illi afferentes, quippe qui etiam illas nimia bonitate defleret. Cæterum attende quemnam in modum cuncta hæc dicta D sint, quasi ex persona ejus qui in utero sit gestatus, et de ventre matris natus, et quem dicebamus esse Agnum Dei. Huic enim ipsi ita acciderunt quæ ad passionem spectant, quemadmodum quæ ad ortum in corpore conveniebant: nam quod ortum est, id etiam occidit; quod vero occidit, non alias mortem contingit, quam si prius per ortum ingressum sit. Hæc igitur exponit Salvator ac Dominus noster, non quatenus et carnis et corporis expers erat natura, neque quatenus Dei Verbum Deusque ipse intelligitur, sed quatenus idoneus erat in oratione ad Patrem dicere: **502** « Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero. Ex ventre matris meæ Deus meus es tu. »

Digitized by Google

Illic igitur dum in ipsa passione est, supplex ad Patrem suum ea dicit, quæ jam exposita sunt. Et cum tam multæ, inquit, me circumventuræ sint copiæ ex adverso efficaces, et impuri dæmones, et spiritualia nequitiæ, et denique is qui omnium pessimus est, ipse, inquam, princeps sæculi hujus (quos propter malitiam, feras malignas nominare par est, et vel tauros agrestes, vel vitulos, vel leones, vel canes), et me contra omnes stare oporteat, neque quidquam boni in eos sim collaturus, propterea quod ipsi propter supremum malitiæ habitum, meorum bonorum capaces non sunt, neque adjutorem aut socium habeam quempiam eorum ipsorum qui dicti sunt, in certamine mihi pro salute animarum ineundo, quæ sunt apud inferos, cur tandem non merito dixerim: « Quod in proximo sit afflictio, et quod non sit qui adjuvet? « Cæterum malignas quidem atque adversas potestates non fuisse illi auxilio, neque succurrisse ad bonum properanti, mirari nihil necesse est, verum quod omnium maximum est, ex ea afflictione quæ illum maxime premebat, id sane fuit, ne faventium quidem ac propitiorum angelorum quempiam, nec divinarum potestatum prorsus ullam, ausam esse regias mortis domos invadere, atque ad auxilium animarum, quæ illic erant, sociam se præbere. Si quidem uni illi hoc immotum servabatur, quandoquidem uni etiam apertæ sunt portæ mortis, et unum illum orci janitores conspicati formidaverunt, ipseque ille qui mortis imperium habeat, de regiis sedibus cedens, utpote qui unum illum suum Dominum cognosceret, cum illo est locutus precantium ac supplicantium more non minus gnaviter, quam apud Job de his ipsis rebus scriptum est: sed tamen nefariam illius tyranni impotentiam usque adeo cernens invaluisse, ut nullus alius cœlestium adesse illi in talibus locis auderet, atque ad earum animarum salutem, quæ illic detinebantur socium se præbere, merito ait afflictionem propius adesse, propterea quod non sit qui adjuvet, quippe cum unus ille qui potuisset etiam talibus in locis illi opitulari, ipsum deseruisset, ut videlicet illustre illud eximiumque inceptum, illaque singularis adversus omnes victoria tanquam propria ipsius apud omnes prædicaretur. Itaque cum ille qui unus ipsi auxilio esse poterat, tunc ipsi adjutor non esset, merito in ipso initio ait illud: **503** « Eli, Eli, lamma sabachthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti[a]? » Nam cum idem conciperetur, et in utero a sancta Virgine gestaretur, tunc quidem paterna vis cum ipso erat, quo tempore Spiritus sanctus Virgini supervenit, et virtus Altissimi obumbravit illi, ipseque Pater eum qui gignebatur, sicut oraculum indicavit, de ventre matris extraxit, cum autem sub ipsum passionis tempus ad luctam adversus mortem exueretur, non item illi tunc erat adjutor. Ego namque

A καιρὸν τοῦ πάθους πρὸς τὴν κατὰ τοῦ θανάτου πάλην, οὐκέτι βοηθὸς αὐτῷ παρῆν. Τοῦτο γοῦν αὐτῷ μαρτυροῦντι πιστεύω· τὸ γάρ, « Ἠλεί, Ἠλεί, λαμμᾶ σαβαχθανί, » εἰρημένον αὐτῷ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ ψαλμοῦ προφητικῶς ἀναπεφωνημένον, καὶ, « Ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν, » τί ἕτερον ἐδήλου ἢ ὅτι ὡς μέγας ἀθλητὴς τοῖς τοσούτοις ἀντιπάλοις προβεβλημένος ἦν, ἀγωνοθετοῦντος καὶ βραβεύοντος τοῖς γινομένοις τοῦ ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ; Ἔφορον δ' οὖν τῶν πραττομένων παρεκάλει τὸν Πατέρα καὶ πάρεδρον, ὡς ἂν δεξιὸν ἀλείπτην, αὐτῷ συμπαρεῖναι, ταύτῃ μάλιστα ὅτι μηδ' ὑπῆρχεν αὐτῷ βοηθὸς ἕτερος ἢ μόνος εἷς ὁ βραβευτὴς τῶν γινομένων. Διό φησιν εὐχόμενος· « Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι B οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν. » Ὁρῶν δὲ ἐνθέοις ὄμμασιν, ἔτι ἐπὶ τοῦ ἱκρίου προσηρτημένου αὐτῷ τοῦ σώματος, τὰς ἔξωθεν ἀμφὶ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀσάρκους καὶ ἀνθρώποις ἀοράτους δυνάμεις δίκην οἰωνῶν ὠμοβόρων καὶ τρόπον θηρίων περὶ αὐτὸν ἰλυσπωμένας, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὅσον οὔπω νεκρὸν ἔσεσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα, πανταχόθεν τε συῤῥεούσας τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, καὶ ἔτι τοὺς ἀμφὶ τὴν γῆν διιπταμένους καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης δαίμονας· εἰκὸς δ' ὅτι καὶ τοὺς ὑποχθονίους ἤδη, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ ταρτάρῳ θῆρας ἀγρίους καὶ φοβεροὺς, περὶ ὧν Ἡσαΐας πρὸς τὸν ἐκπεπτωκότα τοῦ οὐρανοῦ Ἑωσφόρον ἀποτεινόμενος ἔλεγεν· « Ὁ ᾅδης κάτωθεν ἐπικράνθη συναντήσας σοι, C συνηγέρθησάν σοι πάντες οἱ γίγαντες· » ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα συνορῶν ἔξωθεν τὸ ἀνεσκολοπισμένον σῶμα κυκλοῦντα, καὶ παρασκευαζόμενα κατ' αὐτοῦ, τὸ σύστημα αὐτῶν διαγράφει φάσκων· « Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοὶ, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὁ ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. » Ψυχὴν γάρ, ὡς εἰκὸς, ἀνθρωπείαν, καὶ τῇ τῶν πολλῶν παραπλησίαν, πλέον δὲ οὐδὲν ἡγούμενοι εἶναι τὴν τὸ σῶμα Ἰησοῦ κατασκηνοῦσαν, ἤνοιξαν τὸ στόμα οἱ προειρημένοι, ὡς ὁμοίως ταῖς ἄλλαις τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς καὶ αὐτὴν καταπιούμενοι· διό φησιν· « Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν ὡς λέων ὁ ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος· » οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· « Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην· » ὅπερ αἰσθητῶς μὲν D καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν εἴποι ἂν τις πεπληρῶσθαι, ὅτε εἷς τῶν στρατιωτῶν, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἔνυξε. καὶ ἐξῆλθεν εὐθὺς ὕδωρ καὶ αἷμα. » Πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν ὅλην τῆς πνευματικῆς φύσεως νέκρωσιν δηλοῦν ἔοικε δι' ὧν φησιν· « Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου. Ἐξηράνθη ὡς ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου. » Τί γὰρ ἂν ἄλλο ταῦτα πάντα σημαίνοι ἢ νεκροῦ σώματος σύστασιν; Ἐπιφέρει γοῦν εὐθὺς λέγων· « Καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. » Ταῦτα μὲν οὔπω γενόμενα προ-

[a] Matth. XXVII, 46.

Digitized by Google

βλέπων, ὡς ἐγγὺς δὲ καὶ πλησίον ἤδη ἑστῶτα, καὶ περικυκλοῦντα αὐτὸν, ἔλεγεν. Αὖθις δὲ ἐπαναλαβὼν τὰ ἤδη προπεπραγμένα εἰς τὴν τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι παραμυθίαν, οἷα ὑπέμεινεν ἐπιβουλευθείς, διδάσκει λέγων· « Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· » διὰ τούτων, ὡς εἰκὸς, δηλῶν ὁμοῦ μὲν καὶ τοὺς στρατιώτας, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπαναστάντας αὐτῷ. « Οἱ μὲν γὰρ στρατιῶται τοῦ Πιλάτου, παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ὅλην τὴν σπεῖραν ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, χλαμύδα κοκκίνην περιέθηκαν αὐτῷ. Καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν ἐπέθηκαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ κάλαμον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ λέγοντες· Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι· » μονονουχὶ ἔργῳ πληροῦντες τὸ, « Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· » ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· » καὶ ἔτι τὸ, « Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με, » καὶ τὸ, « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον, » αὖθις ἐπληροῦτο, ὅτε ἦλοις αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τῷ σταυρῷ κατέπειραν, καὶ ὀπηνίκα τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λαβόντες διεμερίσαντο ἑαυτοῖς. Ὁ γοῦν Ἰωάννης ἱστορεῖ λέγων· « Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος. Τὸν χιτῶνα δὲ, ὅτι ἄρραφος ἦν, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου, εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ τίνος ἔσται, ἵνα πληρωθῇ ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίουν. » Καὶ Ματθαῖος δὲ τοῖς γεγενημένοις τοῦτον τὸν τρόπον μαρτυρεῖ λέγων· « Σταυρώσαντες δὲ αὐτὸν, διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, βαλόντες κλῆρον, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτόν. » Κύνες δὲ ἦσαν κυκλοῦντες αὐτὸν, καὶ συναγωγὴ πονηρευομένων, οἱ ἐκ περιτομῆς ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων, οἵ τε γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Φαρισαῖοι, οἱ καὶ τὸ πᾶν ἀνασείσαντες πλῆθος ἐξαιτήσασθαι τὸ αἷμα αὐτοῦ καθ' ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων. Σαφῶς γοῦν ὁ Ἡσαΐας κύνας αὐτοὺς ἀποκαλεῖ φάσκων· « Πάντες κύνες ἐνεσι, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν. » Δέον γὰρ αὐτοὺς, εἰ καὶ μὴ ποιμένων τρόπον ἀνειλήφεσαν, ἀλλὰ δίκην γοῦν ἀγαθῶν κυνῶν, τὴν τοῦ δεσπότου λογικὴν ποίμνην καὶ τὰ πρόβατα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ φυλάττοντας, ἐπιστημονικῶς ὑλακτεῖν, σαίνοντας μὲν καὶ ἐπιγινώσκοντας

A hoc ipsum illi testificanti credo : nam illud : « Eli, Eli, lamma sabachthani, » quod ab ipso in cruce dictum est, necnon a psalmo prophetice enuntiatum, itemque quod afflictio prope adesset, et quod non esset qui adjuvaret, quid tandem sibi aliud volunt, quam quod tanquam magnus certator, tam multis tantisque adversariis ipse esset objectus, præfecto ejus certaminis et totius negotii gubernatore supremo omnium Deo? præsidem ergo rerum gerendarum atque assessorem precabatur Patrem, ut quasi peritissimus Aliptes sibi adesset tunc maxime, cum alius ipsi adjutor adesse poterat nullus, præter unum ipsum qui totius negotii esset gubernator. Quocirca dum orat, sic ait : « Ne recedas a me, quoniam afflictio prope adest, quoniam non B est qui adjuvet. » Divinis autem oraculis cernens, cum adhuc illi corpus in ligno esset suspensum, extrinsecus circum hunc aerem versantes incorporeas et hominibus invisibiles potestates, quæ circum ipsum quasi crudivoræ aves et feræ advolvebantur, et ad mortuum cito futurum ipsius corpus, undique confluentes principatus et potestates aeris hujus ac spiritus, qui nunc efficaciam suam exercet in filiis contumaciæ, nec non circa terram per totum orbem, qui incolitur ab hominibus volitantes dæmones, credibile autem est vidisse infernas quoque ac tartareas belluas agrestes atque formidabiles, de quibus Isaias, ad eum qui de cœlo ceciderat Luciferum sermonem intendens, ita loquebatur : « Infernus subter conturbatus est in occursum adC ventus tui, suscitati sunt tibi omnes gigantes : » hæc itaque omnia conspiciens, suum extrinsecus cruci affixum corpus in orbem cingentia, seque adversus ipsum comparantia multitudinem eorum collectam describit, sic dicens : « Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, ut leo rapiens et rugiens. » **504** Etenim dum animam, ut par est, humanam et cæteris similem nec amplius præterea quidquam esse arbitrantur, quod in corpore Jesu habitabat, belluæ, de quibus diximus, aperuerunt os suum, ut quemadmodum alias hominum animas consueverant, ita etiam hanc devorarent, quapropter sic ait : « Aperuerunt super me os suum, tanquam leo rapiens et rugiens, » quibus deinceps adjungit : « Quasi aqua effusus sum, » quod quidem vel ipsis sensibus percipi potuit, atque historia fidem faciente completum est, cum videlicet unus militum, ut est apud evangelistam Joannem, « Agni Dei lancea latus aperuit, et exivit continuo aqua et sanD guis [10], » sed tamen totam spiritualis naturæ mortificationem significare videtur, ubi ait : « Quasi aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit gutturi meo. » Quid enim aliud tandem universa hæc significent,

[10] Joan. XIX, 34.

Digitized by Google

quam mortui corporis conditionem? proinde illico adjungit illud : « Et in pulverem mortis deduxisti me. » Hæc igitur dum providet nondum facta, ut adventantia tamen et de proximo imminentia, et seipsum jamjam circumvenientia, dicebat. Sed rursus repetitis iis quæ jam antea gesta sunt, ut seipsum de iis quæ postea eventura erant, consolaretur, quæ sustinuerit insidiis circumventus, docet his verbis : « Quoniam circumdederunt me canes multi. Congregatio malignantium obsedit me : » quibus sane verbis tum ipsos milites tum etiam Judæos qui in seipsum conspiraverant, intelligi vult. Siquidem « milites Pilati suscipientes Jesum in prætorio, congregaverunt ad eum universam cohortem. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, imposuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genibus flexis ante eum, illudebant ei dicentes : Ave, Rex Judæorum. Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem, et induerunt eum vestimentis suis : et abduxerunt eum ut crucifigerent [11]; » propemodum re ipsa complentes illud : « Quoniam circumdederunt me canes multi : concilium malignantium obsedit me. » **505** Quin illud etiam : « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. » Item illud : « Ipsi autem consideraverunt et inspexerunt in me, » et illud : « Diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem. » Hæc, inquam, omnia tunc completa sunt, cum in cruce et manus illius et pedes, clavis transfixerunt, et cum illius vestimenta accipientes, ea inter se diviserunt. Nam eam rem Joannes exponit his verbis : « Milites igitur cum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem : tunica vero, quia erat incon.sutilis a summo contexta per totum, dixerunt inter se : Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit, ut impleretur Scriptura quæ dicit : Partiti sunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem : et milites quidem hæc fecerunt [12]. » Matthæus vero iisdem rebus gestis in hunc modum fidem facit : « Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophetam : Diviserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam miserunt sortem : et sedentes servabant eum [13]. » Canes autem erant qui illum circumdederant, et conventus malignantium, ipsi ad circumcisionem pertinentes magistratus Judæorum, et Scribæ et principes sacerdotum et Pharisæi, qui etiam universam multitudinem compulerunt, ut sanguinem illius et adversum seipsos et adversum filios suos peterent. Proinde Isaias plane illos canes vocat, dum dicit : « Omnes canes stu-

A τὸν ἑαυτῶν δεσπότην καὶ ἀρχιποιμένα, πάσῃ τι φυλακῇ τὴν πεπιστευμένην αὐτοῖς ποίμνην φρουροῦντας, ὑλακτεῖν δὲ, εἰ ἄρα, κατὰ τῶν ἔξωθεν ἐπιβουλευόντων τῇ ποίμνῃ· οἱ δὲ κυνῶν τρόπον ἐνεῶν, ὡς ἀληθῶς καὶ μεμηνότων τοὺς ὑλαγμοὺς ἔφερον, τὰ πρόβατα τοῦ ποιμένος ἐξαγριοῦντες, ὥστε εἰκότως αὐτοῖς ἁρμόζειν τό· « Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. » Καὶ πάντες δὲ οἱ εἰς δεῦρο τὸν ὅμοιον τρόπον ἐκείνοις διαπραττόμενοι, ἐν τῷ βλασφημεῖν καὶ ὑλακτεῖν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἀλλότροι ἐκείνων λογισθεῖεν. Ἀλλὰ καὶ οἱ δίκην τῶν τότε ἀσεβούντων στρατιωτῶν ἀνασταυροῦντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντες οὐκ ἂν τῆς ἐκείνων μακρὰν γένοιντο διαθέσεως. Πάντες οὖν εἰσέτι καὶ νῦν οἱ τὸ B σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν Ἐκκλησίαν, λωβώμενοι χεῖρας αὐτοῦ καὶ πόδας καὶ προσέτι τὰ ὁστέα διαχειρίζονται, εἴ γε πάντες ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθεῖς ἀλλήλων μέλη. Καὶ οὐκ ἂν εἴποι ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· « Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω, » ὡς οὐδὲ ταῖς χερσὶν οἱ ὀφθαλμοί. Κατὰ γοῦν τοὺς καιροὺς τῶν διωγμῶν, εἴ ποτέ τινα κατὰ τῶν μελῶν τοῦ Χριστοῦ πρὸς τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ἐνεργοῖτο, εἴποι ἂν καὶ περὶ αὐτῶν οὐκ ἀκαίρως τὸ, « Ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. » Τότε δὲ καὶ διαμερίζονται τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ βάλλουσι κλῆρον, ὅτε τὸν τοῦ λόγου κόσμον, ἤτοι τὰς λέξεις τῶν θείων Γραφῶν, ἄλλοτε ἄλλως ἕκαστος C διαφθείρων ἐπισπᾶται, καὶ ὅτε τὰς περὶ αὐτοῦ δόξας διαστρόφοις διδασκαλίαις ἀπολαμβάνουσιν, ὁποῖα σύνηθες τοῖς ἀθέοις αἱρεσιώταις ποιεῖν. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ Κύριον καὶ Πατέρα τὴν εὐχὴν ἀποτείνας, ἐπιφέρει λέγων· « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου. » Ὡς γὰρ εἰς βραχὺ καταλειφθεὶς πρὸς τὴν τοῦ ἀγῶνος ἐπίδειξιν, καὶ μόνος δίχα βοηθοῦ πρὸς τὸν θάνατον ἀποδυσάμενος, εὖ εἰδὼς τὴν βοήθειαν τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς οὐκ ἄλλως αὐτῷ γενήσεσθαι ἢ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, εἰκότως ἐπὶ τοῦ παρόντος εὔχεται διεξόδου τυχεῖν τῆς τῶν ἀντιπάλων παρατάξεως. Διό φησι· « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου, εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. » Διὰ γὰρ τῆς σῆς βοηθείας ἡ ἀντίληψίς μοι γένηται, δι' ἣν ἀντίληψιν ὁ πᾶς εἰκότως προγέγραπται ψαλμὸς ὑπὲρ τῆς ἐωθινῆς ἀντιλήψεως. Εἰς τὴν ἀντίληψιν τοιγαροῦν πρόσχες, παρέχων μοι τὴν ὅσην οὔπω κατὰ τὴν ἓω ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀντίληψιν, ἧς ἐλπίζω τεύξεσθαι, ἐπὰν, μὴ μακρύνας μου αὐτὴν, « ῥῦσῃ ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· ἐπὰν σώσῃς με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου· » Δι' ὧν ἡγοῦμαι αὐτὸν τὰς καταχθονίους αἰνίττεσθαι δυνάμεις, ὧν ὡ καθ' ἡμᾶς ἂν εἴη κατ' εἶδος διαστελλασθαι καὶ διελεῖν, ὅπως ἡ μέν τις αὐτῶν ῥομφαία οὖσα ἀνατείνεται

[11] Matth. xxvii, 27-31. [12] Joan. xix, 23,24. [13] Matth. xxvii, 35,36.

Digitized by Google

κατὰ τῆς ψυχῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· ἡ δέ τις κύων οὖσα θανάτῳ, τὴν θανατηφόρον χεῖρα προὐβάλλετο, εἰς τὸ καθάψασθαι αὐτῆς. Διό φησι· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· » ἄλλη δέ τις πονηρὰ καὶ τῶν ἐκεῖσε θηρίων ἡγουμένη δύναμις, λέων προσαγορευομένη, τὸ πλατὺ καὶ ἀχανὲς τοῦ θανάτου στόμα διανοίξασα, μετὰ τῶν ἄλλων τῶν εἰς ᾅδου κατιόντων καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν καταπιεῖν ὥρμητο, ὡσπερεῖν πάλαι πρότερον κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, οὐχ ἕτερος ὢν τοῦ ἐνταῦθα λέοντος, τοῦ τὸ στόμα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνεῴξαντος, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοῦ σωθῆναι τὸν Πατέρα παρακαλεῖ λέγων· « Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος. » Εἶεν δ' ἂν καὶ ἄλλαι τινὲς πονηραὶ καὶ θεόμαχοι δυνάμεις, τῷ μονοκέρωτι τοῦ Θεοῦ ἀντιπράττουσαι καὶ ἀντιπαρεξάγειν αὐτοῦ ἐπιχειρο σαι, ἀφ' ὧν καὶ αὐτῶν ὁ τοῦ Θεοῦ μονόκερως, αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, μόνον τὸν Πατέρα κέρας ἔχων, τὴν ἑαυτοῦ ταπείνωσιν ῥυσθῆναι ἀξιοῖ, λέγων· « Καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Ποίαν δὲ ταπείνωσιν ἢ ταύτην αὐτὴν, καθ' ἣν « ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν καὶ ἐκένωσε, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ; » ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον κατελθών, καὶ μέχρι τούτου φθάσας, λέγω δὴ μέχρι τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ ῥομφαίας, καὶ τῆς χειρὸς τοῦ αὐτόθι λεγομένου κυνὸς (ὅθεν καὶ παῖδας Ἑλλήνων εἰκὼς (1) τοιοῦτόν τινα παρακούσαντας κύνα θανάτου, καὶ τοῦτον τρικέφαλον ἀναζωγραφεῖν), καὶ μέχρι δὲ τῶν φαρύγγων τοῦ προδεδηλωμένου λέοντος ἐλθών, καὶ τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ τοῖς ἀντιπάλοις καὶ θεομάχοις μονοκέρωσιν ὑποστρώσας, καὶ ἐπὶ τοῦτό γε τέλος τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τῆς ἑαυτοῦ κενώσεώς τε καὶ ταπεινώσεως στήσας, κἄπειτα εὐξάμενος ἤδη λιπὼν τυχεῖν τῆς βοηθείας καὶ τῆς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀντιλήψεως, ἐπιλέγει· « Σὺ δέ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου, εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. » Καὶ τοῦτ' εἰπὼν οὐκ εἰς μακρὰν ἐπηκόου τοῦ Πατρὸς τυγχάνει, μὴ μακρυνθέντος, μηδὲ τὸ βραχύτατον ὑπερθεμένου, αὐτοῖς δὲ ἔργοις μονονουχὶ φήσαντος αὐτῷ· « Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι. » Καὶ δὴ τοῦτ' αἰσθόμενος, τῆς τε πατρικῆς βοηθείας, καθάπερ ἠύξατο, τυχὼν, ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπέρχεται τοῦ ἐπινικίου ὕμνου, ὑπὲρ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεως τὸν ψαλμὸν ποιούμενος, ἐν οἷς φησι· « Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » Πρώτοις μὲν οὖν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐπαγγέλλεται τὰ τῆς ἐπ' αὐτῷ χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως εὐαγγελίσεσθαι, ἀδελφοὺς αὐτοὺς ὀνομάζων· οἷς ἀκόλουθα καὶ ὁ Ματθαῖος διδάσκει λέγων· « Καὶ ἰδοὺ ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, » δηλονότι ταῖς ἀμφὶ τὴν Μαγδαληνὴν Μαρίαν, λέγων· « Χαίρετε. » Αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. Τότε λέγει αὐταῖς ὁ Ἰησοῦς· « Μὴ φοβεῖσθε. Ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. » Ὁ Ἰωάννης δὲ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν εἰσάγει καὶ αὐτὸς τὸν Ἰησοῦν

pidi, qui nequeunt latrare [14]. » Cum enim eos oporteret, tametsi pastorum morem non susceperant, attamen bonorum canum instar, Domini sui rationalem gregem atque oves domus Israel custodientes, docte ac prudenter latrare, Dominumque suum ac pastorum principem demulcere atque agnoscere, omnique custodia creditum sibi gregem conservare, latrare autem si forte acerbius vellent, contra eos id facere, qui extrinsecus gregi insidiarentur, ipsi contra, canum stupidorum reque vera insanientium instar, latratus suos emiserunt, et oves pastoris efferarunt, ut merito conveniat eis illud : « Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. » **506** Quin etiam omnes quicunque in hunc usque diem itidem ut illi pergunt maledicere ac latrare adversus Christum Dei, ab illis diversi putandi non sunt. Nec minus ii, qui tunc in illum impie grassantium militum instar, nunc Filium Dei iterum cruci affigunt, palamque ignominia afficiunt, non longe admodum ab illorum nefaria voluntate recedunt; omnes vero hi sunt, qui etiam nunc Christi corpus, hoc est, Ecclesiam suscipientes, manus illius et pedes et ossa præterea dissipant, si modo omnes unum corpus sumus in Christo Jesu, singuli autem singulorum invicem membra. « Neque vero caput pedibus dixerit, opera vestra non indigeo, sicut nec manibus quidem oculi [15]. » Illis ergo temporibus quibus insectationes grassantur, si qua forte Christi membra ab inimicis atque hostibus vexentur, non intempestive de illis tum quoque dixerit : « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi autem consideraverunt, et inspexerunt in me. » Tunc etiam dividunt ejus vestimenta sibi, et in vestem ejus sortem mittunt : cum ipsius verbi ornatum, hoc est, divinarum Scripturarum voces alias aliter unusquisque corrumpit et lacerat, item cum opiniones de illo perversis documentis excipiunt, cujusmodi sunt, quæ nefarii hæretici facere solent. Post omnia hæc ad suum Deum et Dominum et Patrem orationem intendens subjicit illud : « Tu autem, Domine, ne procul amoveas auxilium meum. » Siquidem tanquam in angustum redactus ad ipsam certaminis ostentationem, et solus absque adjutore adversus mortem nudatus, cum plane compertum haberet, auxilium sibi a Patre non aliter affore quam per restitutionem a morte ad vitam, merito in præsentia orat ex acie adversariorum evadere. Quocirca sic ait : « Tu autem, Domine, ne procul amoveas auxilium meum : ad susceptionem meam respice. » Etenim ab auxilio tuo susceptio mihi veniet, propter quam susceptionem totus psalmus merito inscriptus est, « pro susceptione matutina. » Ad susceptionem igitur respice, præstans mihi quam celerrime sub ipsam auroram reversionis a mortuis susceptionem, quam sane spero me consecuturum, cum eam non procul

[14] Isa. LVI, 10. [15] I Cor. XII, 21.

(1) *Εἰκώς*. Lege εἰκός. Edit.

Digitized by Google

a me amoveris, et eripueris « a framea animam, et ex manu canis unicam meam, » et cum servaveris « me ex ore leonis, et a cornibus **507** unicornium humilitatem meam : » quibus verbis illum arbitror significare infernas potestates, quas sane non nostrum fuerit speciatim distinguere ac dividere, quemadmodum ex eis alia quidem, quæ framea sit, intenta sit in animam Salvatoris nostri ; alia vero, quæ ipsi morti sit canis, mortiferam manum porrexerit, ut illam attingeret, ex quo ait : « Eripe a framea animam meam, et de manu canis animam meam ; » alia item maligna quædam potestas, omnium illic ferarum princeps, quæ leo appelletur, ubi latum supraque omnem modum hians mortis os diduxerit, una cum cæteris quæ ad inferos descendunt, illius quoque animam devorare conata sit, non aliter sane quam quemadmodum olim prius devoverat mors invalescens, quæ quidem mors non alia fuerit quam qui hoc loco leo nominatur, et qui os contra Salvatorem nostrum aperuit, a quo ipse se salvum evadere Patrem suum orat, dicens : « Salva me ex ore leonis. » Fieri etiam potest ut aliæ præterea sint quædam malignæ ac Deo rebelles potestates adversus Dei unicornem nitentes, eumque in contrarias partes abducere conantes, a quibus item, Dei unicornis, ipse Dominus noster, solum Patrem cornu habens, suam liberari humilitatem postulat, dicens : « Et a cornibus unicornium humilitatem meam. » Sed quam tandem humilitatem, nisi hanc ipsam secundam quam, « cum in forma Dei esset, humiliavit seipsum et evacuavit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [16] ? » Cæterum is qui ad tantam humilitatem descendit et hucusque pervenit, hoc est usque ad orci frameam et usque ad manum ejus, qui illuc dicitur canis (ex quo etiam scriptores Græcorum par est cum de tali cane audivissent, quo orco inserviret, hunc ipsum tricipitem pinxisse), item qui usque ad fauces ejus, de quo jam dictum est, leonis perrexit, et humilitatem suam adversariis et Deo inimicis unicornibus substravit, et hujusmodi fine omnem suæ evacuationis et humilitatis dispensationem terminavit, ac deinde precatus est, quod jam reliquum erat, se et auxilii et susceptionis a Patre compotem fieri, illud adjungit : « Tu autem, Domine, ne procul amoveas auxilium meum, et susceptionem meam respice. » Quod sane ubi dixit, non diu moratus a Patre suo est auditus, qui quidem neque cunctatus est, **508** neque vel brevissimo tempore supersedit, operibus vero tantummodo ipsis ad eum respondit ; « Adhuc loquente te, dicam, ecce adsum [17]. » Itaque is qui hoc ipsum jam senserat, et paterni auxilii, quemadmodum supplicaverat, compos factus erat, tum denique illinc hymnum ad victoriam inchoat, dum pro matutina susceptione psalmum facit, ubi ait : « Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio

A λέγοντα πρὸς τὴν Μαριάμ· « Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου· πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Πρώτοις μὲν οὖν τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ, οὓς ἰδίους ἀδελφοὺς ὀνομάζει, τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς διηγήσεσθαί φησι· μετὰ δὲ ἐκείνους τάξει καὶ ἀκολουθίᾳ τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ συστᾶσαν Ἐκκλησίαν διδάξειν τὸν πατρικὸν ὕμνον ἐπαγγέλλεται. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν μέσῳ μαθητῶν διεξοδεύοι λόγους ἐπὶ σοφίᾳ διαπρέπων διδάσκαλος, ὑπὲρ τοῦ κἀκείνους ἀκούσαντας προσυπακοῦσαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὸς, « ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας, » φησὶν, « ὑμνήσω σε, » ὑπὲρ τοῦ μαθοῦσαν τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ἀκούσασαν παρ' αὐτοῦ, ὃν προσήκει τρόπον, μηκέθ' ὡς τὸ πρὶν τοὺς B δαίμονας, ἀλλ' αὐτὸν μόνον τὸν πάντων Θεὸν, διὰ τοῦ καταγγέλαντος αὐτὸν ἀνυμνεῖν. Ταῦτα πράξειν ὑπισχνούμενος, σφόδρα ἀκολούθως ἐντεῦθεν ἤδη προστάττει τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς ὑμνεῖν τὸν Πατέρα. Διό φησιν· « Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν· » καὶ, « Φοβηθήτωσαν ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραὴλ, ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν, οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσέ μου· » δι' ὧν σαφῶς παρέστησε τῶν προωνομασμένων κακῶν τὴν ἀπαλλαγήν. Εἰ γὰρ ἐν τῷ κεκραγέναι πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσεν αὐτοῦ, ηὔξατο δὲ ῥυσθῆναι ἀπὸ μὲν ῥομφαίας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἐκ δὲ κυνὸς τὴν μονογενῆ αὐτοῦ, καὶ ἔτι C ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ, ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖν τούτων ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι τὸν φήσαντα, ὅτι « μὴ προσώχθισεν ὁ Θεὸς τῇ δεήσει αὐτοῦ, μηδὲ τὸ πρόσωπον ἀπέστρεψεν ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῷ κεκραγέναι εἰσήκουσεν αὐτοῦ. » Διὸ καὶ ὑπῆρξεν αὐτῷ ῥυσθέντι τῶν τοσούτων, καὶ ἐκ τοῦ θανάτου διαφυγόντι συνδιατρίβειν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁμοῦ καὶ ἀδελφαῖς, καὶ ὑμνεῖν ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας τὸν Πατέρα. Τήρει δὲ πάλιν ὡς πτωχὸν αὖθις ἑαυτὸν ἀποκαλεῖ συμφώνως ταῖς πρότερον παρατεθείσαις προφητείαις, δι' ὧν πένης καὶ πτωχὸς ὠνομάζετο. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ διὰ τούτων παρέστησεν, αὖθις πρὸς τὸν D Πατέρα ἐπιστρέφων τὸν λόγον· « Παρὰ σοῦ, » φησὶν, « ὁ ἔπαινός μου ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, » τῆς ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ συστάσης ἐξ ἐθνῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίας μνημονεύων, ἐν ᾗ ὁ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔπαινος διὰ παντὸς ᾄδεται, νεύματι τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ συνεργίᾳ· διό φησι· « Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· » μεγάλη γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ Ἐκκλησία αὕτη, ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων συγκεκροτημένη, οὐδὲ συγκρίνεσθαι διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ὑπερφυὲς τοῦ βίου, καὶ διὰ τὸ τῶν δογμάτων μέγεθος, ἀξία τῷ Ἰουδαίων ἔθνει καὶ τῇ τῶν ἐκ περιτομῆς συναγωγῇ, πάσῃ πτωχείᾳ λόγου καὶ βίου, καὶ φρονήματος, καὶ τῆς ἄλλης περὶ Θεοῦ

[16] Philipp. II, 6, 7. [17] Isa. LVIII, 9.

Digitized by Google

δόξης ἐσμιχρυμμένη. Εἶτ' ἐπιλέγει· « Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐνώπιον πάντων τῶν φοβουμένων αὐτόν· » φοβουμένους αὐτὸν ἀποκαλῶν τὴν πρότερον ὀνομασθεῖσαν Ἐκκλησίαν μεγάλην, οἷς ἔλεγεν· « Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν. » Ποίας δὲ εὐχὰς ἀποδώσειν φησίν, ἢ ἃς ἐπηγγείλατο; ποίας δὲ ἐπηγγείλατο ἢ ἐκείνας, δι' ὧν ἔφησε· « Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε, » εὐχαὶ γάρ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, ἃς ἐπαγγειλάμενος δώσειν ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας διεβεβαιοῦτο. Τούτοις ἑξῆς ἐπιλέγει· « Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. » Δι' ὧν σφόδρα ἀκολούθως τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ κατορθώματα ἀναφωνεῖ, ἃ καὶ πεπλήρωται διὰ τῆς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν κλήσεως, διά τε τῆς ἐν τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης ἀνθρώπων ἐκλογῆς, ὧν αἱ ἐκβάσεις ὀφθαλμοῖς θεωρούμεναι πάντων ἂν γένοιντο τῶν διὰ τοῦ ψαλμοῦ λεγομένων παραστατικαί. Πένητες δὲ πάλιν ἡμεῖς, οὓς κατὰ Θεὸν πτωχεύοντας ἐκτρέφων ὁ σωτήριος Λόγος τῷ νοητῷ καὶ λογικῷ ἄρτῳ ταῖς ζωοποιοῖς τῶν ψυχῶν τροφαῖς, τὴν αἰώνιον ἡμῖν παρέχει ζωήν. Διό φησιν ὁ ψαλμός· « Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. » Καὶ ὁ ἐπίλογος δὲ τῆς ὅλης προφητείας μετὰ πάντα ἐπιφέρων· « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. Καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος· » ἀντικρυς τὸν ἐξ ἐθνῶν προθεσπίζει λαόν, καὶ τὴν διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ συστᾶσαν ἐπὶ τῆς γῆς γενεάν. Τίς γὰρ ἂν εἴη ὁ μετὰ ταῦτα τεχθήσεσθαι λεγόμενος τῷ Θεῷ λαός, πάλαι μὴ ὢν, μηδ' ὑφεστὼς ἐν ἀνθρώποις, ὕστερον δὲ γεγονώς; τίς τε οὐ μὴ οὖσα τότε, λεγομένη δὲ ἐλεύσεσθαι γενεά, εἰ μὴ αὕτη ἡ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ συστᾶσα Ἐκκλησία; καὶ ὁ νέος ἐξ ἐθνῶν λαός, ἐφ' ᾧ καὶ διὰ Ἡσαΐου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θαυμαστικῶς ἀπεφθέγξατο φῆσαν· « Τίς ἤκουσε τοιαῦτα, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὠδίνει γῆ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, καὶ εἰ ἐτέχθη ἔθνος εἰσάπαξ. » Ταῦτα μὲν οὖν ἡμεῖς, ἐφ' ἕτερα συνελαύνοντος τοῦ καιροῦ, διαδραμόντες ἀκροθιγῶς διεξήλθομεν, ὅτῳ δ' ἂν μέλοι τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρακελεύσεως, [φήσαντος· « Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς· ἐν αἷς δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὐταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. » Ἑκάστῃ λέξει τοῦ ψαλμοῦ τὸν νοῦν ἐμβαθύνας, τὴν ἀκριβῆ διάνοιαν θηρεύσαι ἂν τῆς ἐν τοῖς εἰρημένοις ἀληθείας (1).]

A Ecclesiæ laudabo te. » Primis enim suis discipulis et apostolis quæ ad suam lætitiam et exsultationem pertinent, pollicetur se nuntiaturum, eos interim nominans fratres : quibus etiam consentanea Matthæus exponit, dum dicit : « Et ecce Jesus occurrit illis, » ubi illas intelligit, quæ cum Maria Magdalene erant, « dicens : Salvete. Illæ autem accesserunt et tenuerunt ejus pedes, et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus : Nolite timere. Ite, annuntiate fratribus meis, ut abeant in Galilæam, et ibi me videbunt [18]. » At vero Joannes post reditionem a mortuis ipse quoque inducit Jesum dicentem ad ipsam Mariam : « Noli me tangere : nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, et dic eis : Ascendo ad Patrem meum B et Patrem vestrum, et Deum meum et Deum vestrum [19]. » Primis ergo apostolis suis, quos suos fratres nominat, nomen se Patris sui narraturum ait. Post illos autem, ipso ordine ipsaque consequendi ratione Ecclesiæ, quæ per totum orbem terrarum in nomine ipsius fundata est, paternum hymnum se expositurum promittit. Quemadmodum enim si quis excellens sapientia præceptor in mediis suis discipulis verba percurrat, ut ipsi quoque audientes auscultent, ita etiam ille « in medio Ecclesiæ, inquit, laudabo te, » ut cum hoc Ecclesia didicerit, dum ab ipso audit, non ultra ut antea dæmonas, sed, ut par est, ipsum universi Deum per eum, qui illum denuntiat, hymnis concelebret. Hæc ubi se facturum promisit, tum ad C modum convenienter atque apte jam inde imperat Ecclesiæ ac suis fratribus, ut hymnis celebrent Patrem, ubi ait : « Qui timetis Dominum, laudate eum. Omne semen Jacob, glorificate eum. Et timeant ab eo omne semen Israel, quoniam non sprevit, neque moleste tulit deprecationem pauperis, **509** neque avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum, exaudivit me. » Quibus verbis plane ostendit se ab illis esse liberatum malis, quæ superius dicta sunt. Si enim cum clamaret ad illum, ab illo exauditus est, et clamans precatus est, ut eriperet a framea quidem animam suam, a cane autem unicam suam, nec non ab ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem suam, se- D quitur ut intelligamus illum liberationem a talibus malis consecutum, quippe qui dixerit, Deum non moleste tulisse deprecationem suam, neque faciem suam avertisse ab ipso, sed clamantem ipsum exaudivisse. Quocirca eidem de tantis malis erepto, et ipsi de morte elapso abunde contingit una versari ac degere cum suis et discipulis et fratribus, et in media Ecclesia patrem laudare. Sed attende rursus, ut pauperem seipsum iterum vocat, in eo concordans cum ante expositis prophetiis, in quibus pauper et egenus est nominatus ; sed quia suum ad vitam reditum in his indicavit, rursus sermonem convertens ad Patrem, « a te, inquit, laus mea in Ecclesia magna, » in quibus sane verbis Ecclesiam in nomine ipsius ex gentibus collectam, et in toto

[18] Matth. xxviii, 9,10. [19] Joan. xx, 17.

(1) Uncis conclusa supplevit Fabricius. Vide *Admonitionem* initio voluminis.

Digitized by Google

orbe constitutam intelligit, in qua Salvatoris nostri laus, patre ipso annuente atque opem ferente assidue canitur, ex quo ait : « A te laus mea in Ecclesia magna. » Magna enim re vera Ecclesia hæc est, quippe quæ ex omni genere hominum collecta sit, et ne comparanda quidem propter gravitatem et præstantiam vitæ, et propter institutorum magnitudinem ad Judaicam gentem, et ad circumcisorum conventum, qui omni egestate, et orationis, et vitæ, et prudentiæ, et reliquæ de Deo sentiendi rationis, oppressi attenuatique sunt. Deinde subjicit ; « Vota mea Domino reddam in conspectu omnium timentium eum, » ubi per timentes eum intelligit eam, quam ante Ecclesiam magnam nominavit, cum illis verbis usus est : « Qui timetis Dominum laudate eum. » Sed quæ tandem vota redditurum se ait, nisi quæ pollicitus est? quæ porro pollicitus est, nisi illa quæ tum significavit cum dixit : « Narrabo nomen tuum fratribus meis. In medio Ecclesiæ laudabo te. » Vota enim sunt promissa, quæ se in medio Ecclesiæ præstaturum pollicitus confirmavit. His illud adjungit : « Comedent pauperes et **510** saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum. Vivent corda eorum in sæculum sæculi. Reminiscentur et convertentur ad Dominum, omnes fines terræ. Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium, quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentibus. » Quibus verbis valde apte admodumque ordinate, quæ a se post reditum in vitam recte facta sint, quosve successus habuerit, commemorat, quæ universa per omnium gentium vocationem completa sunt, et per hominum in orbis terrarum finibus electionem. Quarum rerum eventa quæ ipsis oculis intueri licet, facile iis quæ in hoc psalmo dicuntur, fidem facere possunt. Per pauperes autem rursus nos intelligit, quos in paupertate secundum Deum degentes, dum salutare verbum intelligibili rationalique pane, hoc est, cibis qui vitam animis afferant, enutrit, vitam nobis largitur æternam. Ex quo psalmus ita ait : « Comedent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum. Vivent corda eorum in sæculum sæculi. » Peroratio vero totius prophetiæ, quæ post omnia illud continet : « Annuntiabitur Domino generatio ventura. Et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus : » absque omni controversia populum de gentibus collectum prædicit, constituamque per Salvatorem nostrum Jesum Christum in terra generationem : nam quis tandem fuerit is populus, qui, post ipsa hæc, Deo dicatur oriturus? quique antea quidem non fuerit, neque exstiterit inter homines, postea vero exstiterit? quæ porro generatio illa, quam tunc quidem non esse, post autem venturam significat? nisi hæc quæ per Salvatorem nostrum in toto orbe constituta est Ecclesia, recensque hic collectus de gentibus populus? de quo etiam per Isaiam Spiritus sanctus cum admiratione locutus est, cum dixit : « Quis audivit talia? et quis ita vidit? si parturivit terra in die uno, et si nata est gens omnino [20]. » Hæc igitur nos ad alia ob brevitatem temporis festinantes percurrimus, atque ut dicitur, summis labiis attingentes, præterivimus. Cui autem curæ sit adhortatio Salvatoris nostri, [quando ait [21] : « Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam æternam vos habere, et illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. » Ita quamlibet dictionem psalmi qui mente altius scrutatus fuerit, accuratum sensum venari poterit dictorumque veritatem.]

FRAGMENTUM

LIBRI XV DEMONSTRATIONIS EVANGELICÆ.

(Mai *Biblioth. nova Patrum*, IV, p. 314, Romæ 1847.)

MONITUM.

Demonstrationis evangelicæ scriptos fuisse ab Eusebio Cæsariensi libros omnino viginti, testes certissimi sunt sanctus Hieronymus De vir. ill. *cap.* 81, *et Photius in* Bibliotheca *cod.* 1, *p.* 11. *Et ne quid evidentiæ veritati desit, idem Hieronymus librum* XVIII, *in præf. ad Oseam sic memorat : « Eusebius Cæsariensis in octavo decimo libro* Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως *quædam de Osee propheta disputat. » Atqui in editionibus hujus operis nonnisi decem priores exstant libri; reliquos eruditi jam din desiderant. Nobis interim in patrum ad Danielem catena, quam ex Vaticano codice edidimus, bonum hujus deperditi operis segmentum se obtulit; quod Græce simul Latineque cæteris Eusebii nostro labore editis scriptis hic adjungimus. Jam quod et in nostro hoc segmento, et in memorato apud Hieronymum loco, prophetarum oraculis Eusebius utatur, id consentaneum cæteræ operis parti est.*

Fragmentum libri XV *Demonstrationis Evangelicæ*, Ex Catena Patrum ad Danielem (cap. II, 31.) a nobis edita *Script. vet.* t. I.

Necessarium putavi Eusebii Cæsariensis, cognomento Pamphili, adscribere verba, quæ in XV

Ἀναγκαῖον ἐλογισάμην Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, τοῦ ἐπικληθέντος Παμφίλου, παραθέσθαι φωνὰς εἰρημέ-

[20] Isa. LXVI, 8. [21] Joan. V, 39.

Digitized by Google

νας ἐν πεντεκαιδεκάτῳ τόμῳ τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως*· οὗτος γὰρ πᾶσαν ἐκθέμενος τὴν ὅρασιν οὕτως φησί· « Ἡγοῦμαι ταῦτα μηδὲν διαφέρειν τῆς προφήτου θεωρίας· ὡς γὰρ ὁ προφήτης θάλασσαν εἶδρα μεγάλην, οὕτως ὁ βασιλεὺς εἰκόνα πολλήν. Καὶ πάλιν ὡς ὁ προφήτης ἔδρα δ' θηρία, ἅπερ ἑρμηνεύων μετέβαλεν εἰς δ' βασιλείας, οὕτως ὁ βασιλεὺς τὰς διὰ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, τέσσαρας βασιλείας ἠνίττετο· καὶ αὖθις ὡς ὁ προφήτης τῶν τοῦ ὑστάτου θηρίου κεράτων δέκα διαίρεσιν ἔδρα, καὶ τρία κέρατα ὑφ' ἑνὸς συντριβόμενα· καὶ ὁ βασιλεὺς ὡσαύτως ἐπὶ τῶν τελευταίων τῆς εἰκόνος μέρος τι σιδηροῦν καὶ μέρος ὀστράκινον ἐθεώρει· καὶ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁ προφήτης μετὰ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλειῶν ὅρασιν ἔδρα υἱὸν ἀνθρώπου τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν παρειληφότα· οὕτως καὶ ὁ βασιλεὺς λίθον συντρίβοντα τὴν εἰκόνα πᾶσαν καὶ γινομένην εἰς ὄρος μέγα καὶ πληροῦν θάλασσαν ἐδόκει ὁρᾷν· καὶ εἰκότως· ἔπρεπε γὰρ τῷ μὲν ἡπατημένῳ περὶ τὴν τοῦ βίου φαντασίαν βασιλεῖ, καὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν οἷα χρωμάτων ὡραιότητα, ἐπιγραφῆς ἀνακειμένης θαυμάζοντι, εἰκόνι μεγάλῃ τὸν πάντων ἀνθρώπων ἀπεικάζειν βίον· τὸν δὲ προφήτην, τὸν πολὺν καὶ μέγαν σάλον τοῦ βίου μεγάλῃ θαλάσσῃ παραβάλλειν· καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ, τὰς παρὰ ἀνθρώποις πολυτελεῖς ὕλας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χαλκοῦ τε καὶ σιδήρου θαυμάζοντι, τὰς κατὰ χρόνους ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπικρατεῖς βασιλείας, ταύταις ἀφομοιοῦν ταῖς ὕλαις· τῷ δὲ προφήτῃ ἐν μορφαῖς θηρίων τὰς αὐτὰς βασιλείας καταλλήλως τῷ τῆς ἀρχῆς τρόπῳ διαγράφεσθαι· καὶ πάλιν τῷ μὲν βασιλεῖ μέγα, ὡς εἰκὸς, ἐφ' ἑαυτῷ φρονοῦντι, καὶ ἀλαζονευομένῳ ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων βασιλείᾳ, ἡ τῶν πραγμάτων μεταβολὴ δείκνυται, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν τὸ τέλος· εἰς καθαίρεσιν τοῦ ἐν αὐτῷ τύφου, καὶ εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι βέβαιον τὸ ἐν ἀνθρώποις, ἢ μόνον τὸ ἐπὶ πάντων τέλος τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας· ἔσεσθαι γὰρ μετὰ τὴν πρώτην Ἀσσυρίων ἀρχὴν, ἣν ὁ χρυσὸς ἠνίξατο, δευτέραν τὴν τῶν Περσῶν, τὴν διὰ τοῦ ἀργύρου δεδηλωμένην· ἔπειτα τρίτην τὴν Μακεδόνων, ἣν ὁ χαλκὸς ἐσήμανε· μεθ' ἣν τετάρτην διαδέξασθαι τῶν Ῥωμαίων, κραταιωτέραν οὖσαν τῶν πρὸ αὐτῆς· διὸ καὶ σιδήρῳ παρεβάλλετο· εἴρητο γοῦν καὶ περὶ αὐτῆς. Καὶ βασιλεία τετάρτη ἔσται ἰσχυρὰ ὡς σίδηρος· ὃν τρόπον ὁ σίδηρος λεπτύνει καὶ δαμάζει πάντα, οὕτως πάντα λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει· καὶ μετὰ τὰς εἰρημένας ἁπάσας, τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, διὰ τοῦ συντρίβοντος τὴν πᾶσαν εἰκόνα λίθου παρισταμένην· καὶ ὁ προφήτης τούτων ἀκολούθως, τὴν ἐπὶ τέλει τῶν ὅλων Θεοῦ βασιλείαν, οὐ πρότερον θεωρεῖ, ἢ τὰς εἰρημένας τέσσαρας δυναστείας διαγράψαι τὸν λόγον. Διὰ τῶν τεσσάρων μόνων καὶ οὐδὲ ἑτέρων ἡγοῦμαι τὰς ὁράσεις καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ προφήτῃ δεδεῖχθαι, διὰ τὸ ταύταις καταδουλωθῆναι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου χρόνων. »

Demonstrationis Evangelicæ libro exstant. Is nempe universum visum explicans sic ait : « Existimo hoc visum minime differre ab ipsius prophetæ visione. Sicut enim propheta vidit mare magnum, sic rex ingentem statuam. Rursusque ut propheta vidit feras quatuor, quas interpretans in quatuor regna convertit ; ita rex auro, argento, ære et ferro quatuor regna significabat. Denuoque ut propheta in postrema bellua cornua decem divisa videbat, triaque cornua ab uno contrita : similiter rex in statuæ extremitatibus partem ferri videbat partemque testæ. Insuper, ut propheta post quatuor regnorum visionem, filium hominis aspexit summo imperio ac potestate regnoque potientem ; ita rex lapidem cernere sibi videbatur, qui universam contereret statuam fieretque mons magnus, ita ut mare oppleret. Apte id quidem. Rex quippe, vitæ fastu irretitus, sensibiliumque rerum pulchritudinem tanquam coloriam tabulam titulis adjecti mirans, congruum erat, ut magnæ statuæ cunctorum hominum vitam compararet : prophetam autem decebat, multam hanc et magnam vitæ fluctuationem, lato mari similem dicere. Regem, inquam, par erat pretiosa in hominum æstimatione metalla aurum, argentum, æs ferrumque suspicientem, conferre cum his materiis præpotentes variis temporibus inter homines dynastias : prophetam vero non dedecuit, ferarum figuris eadem regna designare, congruenter nimirum imperiorum moribus. Denique regi, ut fit, superbo et majorum suorum diutina dominatione elato, rerum conversio ostenditur, regnorumque terrestrium finis : scilicet ob ejus animi curandam tumiditatem, atque ut is nihil in hominibus stabile judicaret, præter divini super omnes mortales regni consummationem. Nam primam Assyriorum dominationem, quam aurum portendebat, excepturum erat secundo loco Persarum imperium argento demonstratum. Deinde tertium Macedonum regnum, quod ære significabatur. Post quod Romanorum quartum, cæteris quæ præcesserant fortius : quare et ferro comparatur dicturque de eo : quartum erit regnum validum ferri instar. Ac veluti ferrum omnia extenuat domatque, ita hoc regnum omnia comminuturum ac subjugaturum. Post hæc omnia Dei regnum in lapide totam statuam conterente agnoscere est. Tum et propheta his consonans, universale Dei postremo loco futurum regnum haud ante videt, quam prædictæ quatuor dynastiæ quatuor belluarum figuris expressæ in sermone fuerunt. Horum ergo quatuor regnorum tantummodo, et non aliorum, arbitror visiones tum regi tum prophetæ oblatas fuisse, quia nimirum ab his regnis Judæorum populus servitio fuit oppressus, capto a temporibus prophetæ initio. »

Digitized by Google

EUSEBII CONTRA HIEROCLEM

LIBER.

Ex editione G. Olearii, *Opp. Philostrati*, Lipsiæ 1709 in-fol., pag. 411. — Summa hujus libri hæc est : Hierocles, Bithyniæ præses, infensissimus Christianorum hostis, libros duos confecerat, inscriptos : Λόγοι φιλαλήθους πρὸς τοὺς Χριστιανούς, in quibus, præter reliqua olim Christianis objecta et ab his dudum confutata, ex Philostrati *Historia* Apollonium Tyaneum præstigiatorem Salvatori nostro comparare ausus est, statuens Apollonium hunc vel paria cum Christo, vel etiam majora patrasse miracula, quin idcirco a quopiam sanæ mentis deus fuerit habitus. Cæteris missis, Eusebius in Hieroclis libris hanc solum Christi et Apollonii comparationem disputat, ex argumentis internis probat, iis, quæ de Apollonio narrantur, fidem denegandam esse, fuse de miraculorum natura disputat, ea autem quæ ab Apollonio facta esse perhibentur, miracula vel meras præstigias fuisse demonstrat, vel, si miri quidpiam præ se tulerint, ea dæmonum ope perpetrata fuisse asserit. Cf. Lactant. *De mort persecut.* c. 16. S. Epiphan., hæres. LXVIII, n. 1. Eusebius *De martyr. Palæst.*, c. 5, cum nota Valesii ; Lactant. *Divin. instit.*, lib. v, c. 2.

—

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ (1)

ΠΡΟΣ ΤΑ

ΥΠΟ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ ΕΙΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ ΤΟΝ ΤΥΑΝΕΑ

ΔΙΑ ΤΗΝ ΙΕΡΟΚΛΕΙ ΠΑΡΑΛΗΦΘΕΙΣΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΧΡΙΣΤΟΥ ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ (2).

—

EUSEBII PAMPHILI

ANIMADVERSIONES

IN PHILOSTRATI DE APOLLONIO TYANENSI COMMENTARIOS

Ob institutam cum illo ab Hierocle Christi comparationem adornatæ.

—

511 CAPUT I.

Ten', amice, illa quoque scriptoris suspicere par est, quæ cum magistro, ac Salvatore nostro Tyanensem componens paradoxe jactavit? Et reliquis quidem, quæ *Philalethe* continentur (hoc enim præclaro titulo suum illud contra nos opus inscribere merito sibi visus est), haud ita magnum operæ

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἆρ' οὖν, ὦ φιλότης, κἀκεῖνά σε τοῦ ξυγγραφέως ἄξιον ἀποθαυμάζειν, ἃ, τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρί τε καὶ διδασκάλῳ τὸν Τυανέα ξυγκρίνων, παρεδοξολόγει; Πρὸς μὲν γὰρ τὰ λοιπὰ τῶν ἐν τῷ *Φιλαλήθει* (3-4) (οὕτω γὰρ εὖ ἔχειν αὐτῷ τὸν καθ' ἡμῶν ἐπιγράφειν ἐδόκει λόγον) οὐδὲν ἂν εἴη σπουδαῖον ἐπὶ τοῦ παρόν-

(1) *Εὐσεβίου τ. Παμφ.* Titulum ita ut in Reg. cod. reperi, expressi : alter enim ille Εὐσεβίου Καισαρείας τοῦ Παμφίλου ineptus et ab editoribus ad libidinem inversus videbatur. HOLSTEN.

(2) Integer titulus in Aldi et Morelli editione ita repræsentabatur : Εὐσεβίου Καισαρείας τοῦ Παμφίλου Ἀντιῤῥητικὸς πρὸς τὰ Ἱεροκλέους, Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα τῷ Σωτῆρι Χριστῷ παραβάλλοντος. Quem tamen ex cod. Regio exhibet Holstenius, eumdem ex eodem, ut puto, codice, in margine etiam exhibebat Morellus, eumque retinendum nos putavimus, quod argumento hujus libri videretur convenientior. Nempe quod vir magnus J. Pearsonius quoque agnovit, *Eusebius vix attigit ea, quæ ab Hierocle sunt profecta, neque comparationi Apollonii cum Christo inhæret : imo vero ab eo argumento prorsus abstinuit, et Philostrati libros* VIII De vita Apollonii *tantum vertit : et quidquid ei tanquam philosopho tribuitur liben'er concedit, quidquid ad eum supra mortalium sortem evehendum comparatum est, excutit, elevat, convellit.* Photius tamen in *Bibliotheca*, p. 23, hunc librum ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον appellat πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους. Eusebii autem Cæsariensis illud esse opus frustra dubitare Ionsium ostensum in notulis nostris ad Hieroclis, quam dedit, ἱστορίαν, huic opusculo præmissam. Cæterum in prioribus editionibus parum accurate ad libros Philostrati revocata fuit hujus libri partitio, qua parte ubi aberratum fuit, id emendavimus.

B

(3-4) *Ἐν τῷ φιλαλήθει.* Hoc libro suo contra Christianos nomen fecerat Hierocles, cujus partem stolida illa comparatio absolvebat, cit. Noster in singulari semper *Φιλαλήθη Λόγον*. Lactantius tamen *Instit.* l. v, cap. 2, semper in plurali libros vocat, et *duos* fuisse ait.

Digitized by Google

τος ἱστασθαι (5), μὴ αὐτοῦ ἰδίᾳ τυγχάνοντα, σφόδρα δὲ ἀναιδῶς ἐξ ἑτέρων, οὐκ αὐτοῖς μονονουχὶ νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι καὶ συλλαβαῖς ἀποσεσυλημένα. Τύχοι μὲν ἂν καὶ αὐτὰ τῆς προσηκούσης κατὰ καιρὸν ἀπελέγξεως, δυνάμει δ' ἤδη καὶ πρὸ τῆς ἰδίας (6) κατ' αὐτῶν γραφῆς ἀνατέτραπται καὶ προαπελήλεγκται ἐν ὅλοις ὀκτὼ ξυγγράμμασι, τοῖς Ὠριγένει γραφεῖσι πρὸς τὸν ἀλαζονικώτερον τοῦ *Φιλαλήθους* (7) ἐπιγεγραμμένον Κέλσου *Ἀληθῆ Λόγον*· ᾧ τὰς εὐθύνας ἀπαραλείπτως, ἐν ὅσοις εἰρήκαμεν, ὁ δεδηλωμένος παραγαγὼν, ξυλλήβδην ὅσα ἐς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν παντί τῳ εἴρηταί τε καὶ εἰρήσεται, προλαβὼν διελύσατο· ἐφ' ἃ τοὺς ἐπ' ἀκριβὲς τὰ καθ' ἡμᾶς διαγνῶναι ἔχοντας *φιλαλήθως* (8) ἀναπέμψαντες, φέρε μόνην ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν κατὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦ *Φιλαλήθους* τουτουΐ λόγου παράθεσιν ἐπισκεψώμεθα· μηδέν τι σπουδαῖον ἡγούμενοι πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἑτέρωθεν ὑποσεσυλημένων αὐτῷ διαμάχεσθαι. Μόνα δὲ εἰκότως νυνὶ τὰ περὶ τὸν Ἀπολλώνιον ἐποψόμεθα, ἐπεὶ καὶ μόνῳ περὶ τοὺς (9) πώποτε καθ' ἡμῶν γεγραφότας ἐξαίρετος νῦν τούτῳ γέγονεν ἡ τοῦδε πρὸς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα παράθεσίς τε καὶ ξύγκρισις.

A pretium fuerit hoc tempore immorari, quippe quæ non propria illius, sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictionibus quoque iisdem, ac totidem pene syllabis, impudenter sunt sublecta. Sed tamen et ipsa suo tempore decentem sortientur refutationem : tametsi potestate, etiam ante quam peculiaris eis scriptio opponatur, eversa sint atque jampridem explosa, voluminibus integris octo, ab Origene conscriptis, adversus Celsi, magis superbe quam *Philalethes* insignitam titulo, *Orationem veram*. Quam accurate sub examen revocans, totidem libris quot diximus, **512** allegatus scriptor, compendio quidquid de eo argumento cuiquam vel dictum vel dicendum occupavit atque discussit. Ad quos proinde cognoscendarum accurate B magis rerum nostrarum cupidos bona fide ablegantes, solam age in præsenti cum Domino nostro Jesu Christo in oratione illa *Philalethe* institutam comparationem expendemus : rem opera nostra indignam deputantes, de reliquis etiam, quæ aliunde est sufluratus, cum eo digladiari. Merito autem de iis unice quæ ad Apollonium spectant modo dispiciemus, quandoquidem uni etiam huic præ omnibus, qui contra nos styli unquam aciem distrinxerunt, peculiare est, hominem cum Salvatore nostro contendere illum, atque comparare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Θαυμάζει οὖν καὶ ἀποδέχεται, θείᾳ τινὶ καὶ ἀῤῥήτῳ σοφίᾳ, οὐχὶ δὲ γοητείας σοφίσμασι (10) τεθαυματουργηκέναι φάσκων αὐτὸν, καὶ ταῦτα ἀληθῶς οὕτως ἔχειν πιστεύων, καὶ ἀναποδείκτως ἀπισχυριζόμενος. Ἄκουε δ' οὖν ἃ φησιν αὐταῖς συλλαβαῖς· « Ἄνω καὶ κάτω (11) θρυλλοῦσι, σεμνύνοντες τὸν Ἰησοῦν, ὡς τυφλοῖς ἀναβλέψαι τε παρασχόντα, καί τινα τοιαῦτα δράσαντα θαυμάσια. » Εἶτά τινα μεταξὺ εἰπὼν, ἐπιλέγει· « Σκεψώμεθά γε μὴν (12) ὅσῳ βέλτιον καὶ συνετώτερον ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα, καὶ ἣν περὶ τῶν ἐναρέτων ἔχομεν γνώμην ἀνδρῶν. » Ἐπὶ

CAPUT II.

Admiratur ergo atque amplectitur hoc, quod divina quadam atque arcana sapientia, non magicis artibus miracula [Apollonius] ille patraverit : id C ita revera se habere et credens ipse, et sine probatione firmum esse et indubitatum jubens. Audi vero quæ dicat iisdem syllabis : « Ultro citroque jactant, laudibusque Jesum tollunt, ut qui cæcis videndi dederit facultatem, et alia id genus miranda præstiterit. » Tum, quibusdam interjectis, ista subjungit. « Videndum vero quanto melius et prudentius nos talia, et quam habemus de viris præstan-

(5) *Ἱστασθαι.* Hanc vocem ex mss. addidi, sine qua mutilus et mancus hic locus. Interpres (Acciolus) sensum ejus non est assecutus, quem sic exprimere debuisset : *Et reliquis quidem quæ Philalethe continentur (hoc enim præclaro titulo suum illud contra nos opus sibi exornandum putavit) haud ita magnum operæ pretium fuerit hoc tempore refellendis immorari : quippe quæ non propria illud sed ex aliorum scriptis, non sententiis modo, verum dictiones quoque iisdem, ac totidem pæne syllabis satis impudenter sublecta. Quibus et ipsis sua quandoque, ut par est, fortassis refutatio opponetur : tametsi re quidem*, etc., his enim tandem respondent illa φέρε μόνην ἐπί, etc. Holst.

(6) *Δυνάμει δ' ἤδη καὶ πρὸ τῆς ἰδίας.* Sensus est Hieroclis deliramenta cætera in *Philaletha* proposita, de Scripturis nempe sibi ipsis contradicentibus, et aspersas Christo atque apostolis calumnias, δυνάμει confutatas jam esse, dum scilicet similia a Celso proposita Origenes exploserit. Unde manifestum est male in Aldi et Morelli editione mox legi πρὸς τῆς ἰδ., pro eo quod recte est in Holst. ed πρὸ τ. ἰδ. nempe ἰδίᾳ κατ' αὐτῶν γραφῇ, est quod paulo ante προσήκουσα ἀπέλεγξις et opponitur τῷ δυνάμει προαπηλέγχθαι. Veram lectionem Acciolus quoque secutus esse videtur; verterat enim : *Tametsi reipsa quidem jampridem, licet non destinato contra de stylo, satis illa eversa videantur.*

(7) *Τοῦ Φιλαλήθους.* Vid. paulo ante not. 1.

(8) *Φιλαλήθως.* Allusum ad titulum operis Hieroclis.

(9) *Περὶ τούς.* Malim ego παρὰ τούς.

(10) *Οὐχὶ δὲ γοητείας σοφίσμασι.* Γοητείαν male legebatur : substitui ex mss. γοητείας. Holst.

(11) *Ἄνω καὶ κάτω.* In editione Holstenii legebatur ἄνω δὲ καὶ κάτω. Sed δέ rectius omissum in cæteris putavi.

(12) *Σκεψώμεθά γε μήν.* Locus hic fœde mutilatus in priore editione legebatur, quem magna lacuna liberavi. In Regio codice supplementum oræ ascriptum erat ; id cum Philostrati editor ignoraret, quorsum referendum esset, scholii instar in calcem libri rejecit, lacerum et satis vitiatum. Librarius religiosior, offensus horrendis blasphemiis quas mortalis ille γυμνῇ κεφαλῇ in Christum Dominum nostrum effundit, castrare locum maluit, ne piæ aures ei incestarentur. Nec ipse suo ordini restituere fuissem ausus, nisi infra totidem litteris repeterentur, et totum Eusebii librum veluti ἀλεξίκακον et scorpiacum huic veneno oppositum vidissem. Holsten. — Partem hujus laciniæ repetitam inf. habemus c. 20.

Digitized by Google

tibus sententiam, admittamus. » Et post ista quoque Proconnesium Aristeam et Pythagoram, rursumque antiquiores nonnullos in transitu velut percensens, subjungit hæc dicta : « At majorum nostrorum ævo, Nerone imperante, Apollonius floruit Tyanensis, qui a prima pueritia, et ex quo Ægis, Ciliciæ oppido, hominum amantissimi Æsculapii sacris vacavit, multas res admirandas gessit, quarum vobis, majore parte omissa, memoriam refricabo. » Deinde, ab initio exorsus, stupenda ejus facta recenset, quibus expositis ista verbotenus subjungit. « Quo ergo fine ista commemoro? Nempe, ut liceat contendere invicem accuratum nostrum solidumque de re quavis judicium, et animi in christianis levitatem. Quandoquidem nos quidem, tam magna operatum non Deum tamen, sed deorum amicum esse arbitramur. Illi vicissim ob exiguas quasdam præstigias Jesum Deum esse prædicant. » Istis post alia quædam hæc subjungit verba : « Id quoque dignum consideratione est, quod a Jesu quidem gesta Petrus et Paulus, iisque similes alii quidam, miris modis extulerint, mendaces homines indoctique et præstigiatores : Apollonii autem res Maximus Ægiensis, et Damis philosophus, sodalis ejus, Atheniensis Philostratus, qui præclare doctrina profecerant, et veritatis erant cultores, humanique generis commodis studentes, viri magni diisque amicissimi res ignotas esse noluere. » Hæc Hierocli ad verbum prolata sunt, qui contra nos disputationem scripsit.

καὶ τούτοις τὸν Προκοννήσιον Ἀριστέαν (13) καὶ Πυθαγόραν, καὶ αὖ ἀρχαιοτέρους παρελθὼν (14) ἐπιφέρει λέγων· « Ἀλλ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἡμῶν κατὰ τὴν Νέρωνος βασιλείαν Ἀπολλώνιος ἤκμασεν ὁ Τυανεὺς, ὃς ἐκ παιδὸς κομιδῇ νέου, καὶ ἀφ' οὗπερ ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας (15) ἱεράσατο τῷ φιλανθρώπῳ Ἀσκληπιῷ, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ διεπράξατο, ὧν, τὰ πλείω παρεὶς, ἡμῖν (15*) ποιήσομαι μνήμην. » Εἶτα καταλέγει, ἀπὸ πρώτου ἀρξάμενος, τὰ παράδοξα, μεθ' ἃ καὶ ἐπιλέγει ταῦτα κατὰ λέξιν· « Τίνος οὖν ἕνεκα τούτων ἐμνήσθην; ἵνα ἐξῇ συγκρίνειν τὴν ἡμετέραν ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν ἐφ' ἑκάστῳ κρίσιν καὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν κουφότητα (16)· εἴπερ ἡμεῖς μὲν τὸν τοιαῦτα πεποιηκότα οὐ Θεὸν (17), ἀλλὰ θεοῖς κεχαρισμένον ἄνδρα ἡγούμεθα. Οἱ δὲ δι' ὀλίγας τερατείας τινὰς τὸν Ἰησοῦν Θεὸν ἀναγορεύουσι. » Τούτῳ ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα, φάσκων· « Κἀκεῖνο λογίσασθαι ἄξιον, ὅτι τὰ μὲν τοῦ Ἰησοῦ Πέτρος καὶ Παῦλος, καί τινες τούτων παραπλήσιοι, κεκόμπασιν, ἄνθρωποι ψεῦσται, καὶ ἀπαίδευτοι, καὶ γόητες· τὰ δὲ Ἀπολλωνίου Μάξιμος ὁ Αἰγιεὺς (18), καὶ Δάμις (19) ὁ φιλόσοφος, ὁ συνδιατρίψας αὐτῷ, καὶ Φιλόστρατος ὁ Ἀθηναῖος, παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντες, τὸ δ' ἀληθὲς τιμῶντες, διὰ φιλανθρωπίαν ἀνδρὸς γενναίου καὶ θεοῖς φίλου πράξεις μὴ βουλόμενοι (20) λαθεῖν. » Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τὸν καθ' ἡμῶν (21) ἐπιγεγραφότι λόγον εἴρηται.

513 CAPUT III.

Damis igitur, qui plurimum cum Apollonio est versatus, ex Assyria profectus, atque ibi primum in patria cum illo versatus, quæ ab isto tempore cum eodem illi intercessit, conversationem in litteras retulit. Maximus autem paucis singularia quædam facta ejus descripsit. Atheniensis demum Philostratus omnia, quæ ferebantur, ex Maximi ipsiusque Damidis atque aliis scriptis collegisse sese affirmans, omnium perfectam maxime ab incunabu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Δάμις μὲν οὖν (22), ὁ τὰ πολλὰ ξυνδιατρίψας τῷ Ἀπολλωνίῳ, ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίων γῆς ὁρμώμενος, αὐτόθι τε πρῶτον ἐπὶ τῆς ἰδίας χώρας αὐτῷ ξυμμίξας, τὴν ἐξ ἐκείνου μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῷ γενομένην ξυνουσίαν ἱστόρησεν· ὁ δὲ Μάξιμος, κομιδῇ βραχέα τῶν κατὰ μέρος αὐτῷ πεπραγμένων ἀνεγράψατο· ὅ γε μὴν Ἀθηναῖος Φιλόστρατος, τὰ φερόμενα πάντα ὁμοῦ ἀπό τε τῶν Μαξίμου, καὶ αὐτοῦ Δάμιδος, καὶ ἄλλων (23) ξυναγαγεῖν ἑαυτὸν φήσας, πάντων μά-

(13) *Προκοννήσιον Ἀριστέαν.* De Proconnesii Aristeæ Τερατολογίαις nota omnia ex Herodoto *Melpom.* p. 230. Strabone lib. XIII; Apollonio *Hist. Mir.*, c. 2; Maximo Tyrio *Diff.* XXII et XXVIII; Suida item et Plinio l. VII *Hist. Nat.*, sect. 53. Cæterum infeliciter ab Hierocle allegatum ejus exemplum, inter eos, quorum eximia virtus fuerit, divinis tamen propterea qui non sint affecti honoribus. Certe enim ei ut Deo sacra instituta a Siculis, ut ex Herodoto et aliis ad Apollonii l. c. docuit Meursius p. 37. Et de Pythagora quæ non commenti sunt plerique, ut Deum eum fuisse, ipsumque Hyperboreum Apollinem persuaderent. Multa eam in rem legere est passim apud eos, qui vitam illius scripsere.

(14) *Παρελθών.* Infeliciter, nisi fallor, doctissimo Holstenio hæc fuere conversa : *Deinde Aristeam Proconnensem et Pythagoram prætermittens subjungit his verbis.* Quis enim in illis sensus, et quid præstet nostra interpretatio judicabunt cordatiores. Nempe ὡς ἐν παρόδῳ de illis egerat Hierocles, unde eos παρελθεῖν, h. e. *quasi in transitu de iis egisse*, figura usum forte etiam, quam πάροδον vocamus, ait Eusebius.

(15) *Ἀφ' οὗπερ ἐν Αἰγ. τῆς Κιλικ.* Vide Philostr. lib. I *De vita Apollon. Tyan.*, c. 7.

(15*) *Ἡμῖν.* Legendum videtur ὑμῖν, ut et sententia postulat et interpres vertit. EDIT.

(16) *Κουφότητα.* Nempe levitatis est temere credere. Hinc sapiens : *Qui cito credit, levis est corde.*

(17) *Οὐ Θεόν.* At certe, quem tantis laudibus ornat, Damis ipseque Philostratus in ea fere sententia sunt, quod deus fuerit Apollonius. Vide observata ad Philostr. *Vita Apoll.* lib. II, c. 1, et l. 8, c. 29.

(18) *Μάξιμος ὁ Αἰγιεύς.* Vide observata ad *Vitam Apollonii* lib. I, c. 3, n. 5.

(19) *Δάμις.* Vide ibid. not. 1.

(20) *Πράξεις μὴ βουλόμενοι.* Negligentia librarii omissam particulam μὴ addo : HOLSTEN.—Nempe μὴ in editis prius omissum fuerat.

(21) *Καθ' ἡμῶν.* Non κατὰ Χριστιανῶν, sed πρὸς Χριστιανούς inscriptus fuit, ut ex Lactantii loco observes licet. Eusebius igitur de re loquitur, non de verbis et titulo : sane enim opposita Christianis ille erat λόγος.

(22) *Δάμις μὲν οὖν.* Quæ toto hoc capite refert Eusebius, excerpsit ex ipso Philostrato lib. I, c. 3.

(23) *Καὶ ἄλλων.* Epistolas inprimis respicit Apollonii, variaque monimenta in civitatibus et templis reperta, ad quæ l. c. Philostratus provocat.

Digitized by Google

λιστα ἐντελῆ τὴν ἀπὸ γενέσεως καὶ μέχρι τελευτῆς ἱστορίαν τοῦ κατὰ τὸν ἄνδρα βίου πεποίηται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Εἰ δὴ οὖν ἐξὸν τὴν ἐπικατηγορουμένην ἡμῶν εὐχέρειάν τε καὶ κουφότητα, καὶ τὴν τοῦ *Φιλαλήθους* ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν ἐφ' ἑκάστῳ παραθεῖναι κρίσιν, φέρε διαπυθώμεθα, οὐχ ὅστις θειότερος γεγόνοι· οὐδ' ὁποῖος θαυμασιώτερά τε καὶ πλείω διεπράξατο παράδοξα· οὐδ' ὡς μόνος παρὰ τοῖς ἀνέκαθεν, πρὸ μυρίων ὅσων γενομένων, Ἑβραίων σοφοῖς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἥξειν ἐς ἀνθρώπους κατὰ θείαν ἐπίπνοιαν προπεφήτευτο· οὐδ' ὡς πλείους ἐπὶ τὸν τῆς θείας διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον προύτρέψατο· οὐδ' ὡς γνησίους καὶ ὄντως ἀληθεῖς ἐκτήσατο φοιτητάς, μονονουχὶ καὶ ὑπεραποθνήσκειν ἑτοίμως τῶν λόγων αὐτοῦ παρεσκευασμένους· οὐδ' ὡς μόνος σώφρονος βίου διδασκαλεῖον, καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον, ξυνεστήσατο· οὐδ' ὡς τῇ ἰδίᾳ θεότητί τε καὶ ἀρετῇ πᾶσαν ἔσωσε τὴν οἰκουμένην, καὶ εἰσέτι καὶ νῦν μυρία πλήθη πανταχόθεν ἐπὶ τὴν θείαν ἑαυτοῦ διδασκαλίαν ἐπαγόμενος· οὐδ' ὡς τῶν πώποτε μόνος πρὸς ἁπάντων, σχεδὸν εἰπεῖν, ἀνθρώπων, ἀρχόντων τε καὶ ἀρχομένων, πλείστοις ἔθεσιν ἤδη πολεμούμενος, κρείττων, καὶ πολὺ δυνατώτερος τῶν πικρῶς ἐλαυνόντων ἀπίστων (24) ἀποδέδεικται, θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει τοὺς μὲν κατὰ καιρὸν ἐπανισταμένους αὐτοῦ τῇ θείᾳ διδασκαλίᾳ μετιὼν ῥᾳδίως, τὸν δὲ παγέντα πρὸς αὐτοῦ (25) καὶ παραδοθέντα θεῖον λόγον ἐς ἄπειρον αἰῶνα καθ' ὅλης κρατύνων οἰκουμένης· οὐδ' ὡς εἰσέτι καὶ νῦν τῆς ἐνθέου δυνάμεως τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυται, μοχθηρούς τινας, καὶ φαύλους δαίμονας, ψυχαῖς ἀνθρώπων καὶ σώμασιν ἐφεδρεύοντας, ἀπελαύνων (26) διὰ μόνης τῆς ἀῤῥήτου προσηγορίας αὐτοῦ (27), ὡς αὐτῇ πεῖρα κατειλήφαμεν· ταῦτα γὰρ περὶ τοῦ Ἀπολλωνίου ζητεῖν, μὴ καὶ τὸ ἐρωτᾶν ἀνόητον· μόνην δὲ ἐπισκεψώμεθα τὴν τοῦ Φιλοστράτου γραφήν, δι' ἧς εὐθυνοῦμεν, ὡς οὐχ ὅτι γε ἐν φιλοσόφοις, ἀλλ' οὐδ' ἐν ἐπιεικέσι, καὶ μετρίοις ἀνδράσιν ἄξιον ἐγκρίνειν, οὐχ ὅπως τῷ Σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ παρατιθέναι τὸν Ἀπολλώνιον, ὅσον ἐπὶ τῇ γραφῇ τοῦ παρὰ τῷ *Φιλαλήθει* παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖττον ἥκοντος (28), τὸ δ' ἀληθὲς μὴ τιμῶντος ξυγγραφέως. Τοιοῦτος γὰρ ἦν μετὰ τῶν ἄλλων (29) καὶ ὁ

lis, usque ad exitum vitæ viri historiam contexuit.

CAPUT IV.

Quod si igitur liceat nostram, quam incusavit simplicitatem levitatemque, et Philalethis accuratum solidumque de unaquavis re judicium invicem contendere; age inquiramus, non quidem uter divinæ magis sit indolis; neque uter stupenda magis, aut plura patraverit miracula. Neque (de eo disquiremus) quod solum ab antiquis, ante innumeros annos florentium Hebræorum sapientibus Salvatorem nostrum et Dominum Jesum Christum venturum in mundum, divina inspiratione sit prædictum. Neque quod quam plurimos ille ad divinæ suæ disciplinæ doctrinam adduxerit : nec quod ingenuos verosque nactus discipulos fuerit, pene lubenter pro illius doctrina mortem subire paratos : neque quod frugalis vitæ scholam solus, posteris quoque temporibus duraturam, patefecerit : neque quod propria sibi virtute divina salutem universo paraverit mundo, etiamnum undequaque innumeram multitudinem ad divinam suam doctrinam adducens : neque quod unus ex omnibus, qui unquam vixere, a cunctis fere mortalibus, imperantibus et subditis, variis modis oppugnatus vicerit tamen, multoque superior iis, qui acerbissime eum insectabantur, infidelibus exstiterit, divina et ineffabili virtute sibi dum viveret adversatos institutione divina facile in partes trahens, firmatam vero a se traditamque divinam doctrinam ad ævum finem non habiturum per universum terrarum orbem conservans : neque quod adhuc dum divinæ potentiæ suæ virtutem demonstret, miseros quosdam et infaustos dæmonas, corporibus hominum animisque insidiantes, solo sacratissimo nomine suo appellato expellens, prout ipsa edocti experientia sumus. Similia enim quærere in Apollonio, imo (de iis) vel interrogare fortassis summæ foret stoliditatis. Solam igitur Philostrati pensitemus historiam, ex qua evincemus, non inter bonos quidem, imo nec mediocris indolis viros eum censeri jure posse (ne dum ut Salvatori nostro Christo Apollonium conferre deceat) : prout quidem ex

(24) Ἀπίστων. Sic rectius ms. quam ἁπάντων, ut antea legebatur. Holsten.

(25) *Πρὸς αὐτοῦ*. Ita scribendum pro πρὸς αὐτόν, quod ante editum. Sic ipse Eusebius cum secundo casu eo sensu præpositionem πρός jungit paulo post : ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλουμένη εὐχέρεια.

(26) *Ἀπελαύνων*. Nempe Eusebii adhuc ætate diabolicas præstigias impedire atque eludere efficaciter valebant Christiani : quæ eorum in dæmonas potestas Valeriani persecutioni occasionem dedit, instigante eum Mago Ægyptio Macriano. Ut enim *H. E.* VII, 10, ait Eusebius : Καὶ γὰρ εἰσὶ καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς, τελετὰς δὲ ἀνάγνους, καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους, καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν.

(27) *Προσηγορίας αὐτοῦ*. Sacrum nimirum Jesu nomen efferentes diabolicas dissipabant machinationes Christiani : quo pertinent Eusebii quoque in loco alleg. verba, ἐμπνέοντες καὶ φθεγγόμενοι. Hinc Cyprian. ep. 76, *Per exorcistas voce humana et potestate divina flagellari diabolum*, ait. Nempe ut de idolorum vanitate ait idem : *Adjuratum per Deum rerum*. Adde Act. apostol. XIX, 13.

(28) *Τοῦ π. τ. Φιλαλήθει παιδεύσ. μὲν ἐπὶ πλ. ἥκ.* Respicit verba Hieroclis supra cap. 2 allata, quibus eruditionis laudem Philostrato tribuit, qui est, quem ξυγγραφέα hic vocat Eusebius. Ex cujus utcunque eruditi, minus veracis tamen scriptis, se hoc saltem evicturum esse ait, Apollonium, si talis fuerit qualem ipse delineat, neque philosophum neque bonum virum fuisse, nedum ut cum Christo mercatur componi. Parum exacte hæc Acciolus reddiderat, ut alia pleraque.

(29) *Μετὰ τῶν ἄλλων. Juxta cum cæteris;* qui de vita nempe Apollonii commentati fuerant, ad quos supra c. 2 provocabat Hierocles : erant autem illi Maximus Ægiensis, Damisque Ninius.

Digitized by Google

scriptione colligere est auctoris, qui, *Philaletha judice*, plurimum quidem in eruditione profecit, sed parum certe veritatis est studiosus. Nempe talis omnino erat juxta cum cæteris Philostratus Atheniensis : ex quo facile etiam judicium feramus licet de cæteris, qui juxta *Philalethum* plurimum quidem in eruditione profecerunt, exquisitum tamen studium in historia Apollonii ponere minime laborarunt. Ista nempe si probe examinaverimus, simul et *Philalethæ*, suprema judicia per totam provinciam administrantis, contra Christianos judicium an verum sit, et, ut ipsi videtur, undequaque accuratum, patescet : nostrumque item qui stolidi, et rustici inficetique istis hominibus videmur, tantopere ab eis reprehensa simplicitas, et animi levitas.

A Ἀθηναῖος Φιλόστρατος· ἐξ οὗ ῥᾳδίως ἂν καταμάθωμεν (29*) καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν κατ' αὐτὸν παιδεύσεως μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἠκόντων, αὐτὸ δὲ τὸ ἐξητασμένως μὴ ἀπηκριβωμένων τῆς κατὰ τὸν Ἀπολλώνιον ἱστορίας. Τούτων γὰρ ἡμῖν διευκρινηθέντων, ὁμοῦ τοῦ τε *Φιλαλήθους*, τὰ ἀνωτάτω τε καθ' ὅλων δικαστήρια διειληφότος (30), ἢ (30*) κατὰ Χριστιανῶν βεβαία, καὶ ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δοκεῖ, ἀκριβὴς ἐφ' ἑκάστῳ κρίσις, φανερὰ καταστήσεται· ἡμῶν τε αὖ, οἱ μωροὶ καὶ βεβουκολημένοι νενομίσμεθα παρ' αὐτοῖς, ἡ πρὸς αὐτῶν ἐπικαλουμένη εὐχέρειά τε καὶ κουφότης (31).

514 CAPUT V.

Atque alius quidem adversis signis concursurus, conviviis statim dilaturus erat, tanquam hostem et inimicum sibi, eum, adversus quem instituenda oratio erat. Ego vero, amice, humanæ sapientiæ egregie callentem fuisse Tyanensem et olim existimavi, et adhuc quoque eamdem non invitus retinere sententiam velim, imo et tibi eam de eo opinionem, si interroges, exponere non dubitem. Cum quovis philosophorum ut componat virum, modo fabulis de eo nihil turbarum det, patior : sin limites vero transilire, et quæ philosophiæ vires excedant statuere ausit, sive Assyrius quidam Damis, sive Philostratus, sive alius quicunque auctor vel historicus, verbis quidem magiæ ab eo depellens crimen, re tamen magis quam verbis hominem gravatus, ceu larvam aliquam Pythagoricum ei vitæ institutum aptans; tum quidem non philosophus nobis procedet, sed asinus leonis tectus exuviis, et sophista circulatorem per civitates agens; imo omnino magus manifeste pro philosopho deprehendetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

B Ἄλλος μὲν οὖν, ὁμόσε χωρῶν (32), αὐτόθεν διέβαλλεν ἂν βλασφημῶν, ὡς ἐχθρὸν αὐτῷ καὶ πολέμιον, τὸν καθ' οὗ τὸν λόγον ἐποιεῖτο· ἐγὼ δέ, ὦ ἑταῖρε, σοφόν τινα τὰ ἀνθρώπινα τὸν Τυανέα γεγονέναι ἡγούμην, καὶ ἔτι γε αὐτῆς ἔχεσθαι διανοίας ἐκὼν εἶναι βουλοίμην, καί σοι μὲν αὐτὸς (33) ἐμαυτοῦ περὶ αὐτοῦ δόξαν ἐκθείην ἂν ἐρωτῶντι. Φιλοσόφων μὲν ὅτῳ τις βούλοιτο καταλέγειν τὸν ἄνδρα, παρὰ μηδὲν διενοχλοῦντα ταῖς περὶ αὐτοῦ μυθολογίαις, ἔστω· εἰ δ' ὑπερπηδᾷν τοὺς ὅρους, καὶ φιλοσοφίας ὑπέρτερα φρονεῖν, εἴτε τις Δάμις Ἀσσύριος, εἴτε Φιλόστρατος, εἴτε τις ξυγγραφεύς, ἢ λογογράφος θρασύνοιτο, λόγῳ μὲν ἐκτρεπόμενος γοητείαν, ἔργοις δὲ πλέον ἢ ῥήμασιν ἐπιφορτίζων τὸν ἄνδρα, προσωπείου δίκην τὴν Πυθαγόρειον ἐπιμορφαζόμενος ἀγωγήν· οἰχήσεται μὲν ἡμῖν οὐ φιλόσοφος (34), ὄνος δὲ τῇ τοῦ λέοντος ἐπικρυπτόμενος δέρρει (35), σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων κατὰ τὰς πόλεις, αὐτό τε τοῦτο, γόης ἀτεχνῶς ἀντὶ φιλοσόφου φωραθήσεται.

(29*) *Καταμάθωμεν*. Forte καταμάθοιμεν. Edit.

(30) *Τὰ ἀνωτ. δὲ καθ' ὅλ. δικαστήρια διειλήφ.* Nempe Nicomediensis in Bithynia judex Hierocles, (quem « Φιλαλήθους » nomine semper, petito ex inscriptione libri nomine, Noster vocat) primum exstitit, ut ex Lactantio notum : inde præfectus Alexandriæ factus, ut ex Epiphanio colligitur hær. LXVII. Cæterum hanc ejus dignitatem iisdem plane verbis rursum infra designat Eusebius c. 20 init. Ibi tamen legitur τὰ ἀνωτάτω καὶ καθόλου, unde et hic ita malim quam καὶ καθ' ὅλων. Intelligo autem per δικαστήρια καθ' ὅλου, quorum auctoritatem tota aliqua provincia revereatur, qualia apud nos quoque provincialia judicia.

(30*) *Ἢ*. Legendum videtur esse ἡ, quod referatur ad κρίσις; et paulo ante γε pro τε. Edit.

(31) *Κουφότης*. Nempe eam exprobrabat Hierocles Christianis, supra c. 2 allegatis verbis, ubi hac ipsa voce in eo negotio utitur.

(32) *Ὁμόσε χωρῶν*. Phrasis non intellecta Acciolo. Ὁμόσε χωρεῖν dicuntur adversæ acies, collatis signis concurrentes, quot exemplis affatim in vulgatis quoque lexicis probatur.

(33) *Καί σοι μὲν αὐτός*. Sic malim legere quam καὶ σοὶ τὴν αὐτός, quod editum antea est.

(34) *Οὐ φιλόσοφος*. ita rescripsi pro : ὁ φιλότοφος, quod antea editum. Emendationem luculenter firmat mox sequens adversativa, οὐ φιλόσοφος, ὄνος δέ, etc., item cætera quæ subjungit, σοφιστής τις ἀληθῶς ἀγείρων, αὐτό τε τοῦτο, γόης ἀτεχνῶς ἀντὶ φιλοσόφου φωραθήσεται.

(35) *Ὅτος δὲ τ. τ. λέοντος ἐπικρυπτ. δέρρει*. Ad fabulam de asino Cumano, leonina pelle induto, respici certum est, quam scite narrat Lucianus in *Piscatore*, pag. m. 409, qui ad eamdem etiam alludit in *Pseudologista* : Οὐ δὲ δεῖ τινος ἀποδύσαντος τὴν λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιτο κανθήλιος ὤν. Utiturque proverbio inde ducto Socrates quoque apud Platonem in *Cratylo*. Vide plura ap. Erasm. in *Prover.* *Induitis me leonis exuvium*, p. m. 283. Cui tamen non assentior, existimanti, Lucianum in *Philopseude* demutasse non nihil de proverbio, cum ait, τοσοῦτον χρόνον ἐλελήθει ὑπὸ τῇ λεοντῇ, γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλων, quod ita interpretatur Erasmus : *tantum temporis non animadvertii, eum sub leonis exuvio ridiculam simiam tectam habere.* At plane inaudita res simia cum leonis exuviis, ineptumque exiguo animali, quale simia, bene amplas aptare exuvias. Nempe ad duo simul Lucianus eo loco respicit proverbia, alterum est ὄνος ὑπὸ λεοντῇ, alterum πίθηκος ἥρωος προσωπεῖον περιθέμενος. Vertendum erat : *tanto tempore sub leonina pelle delituit, atque simiam ridiculam vestitu texit.* Luculenter rem firmat locus in paulo ante allegatis *piscatoribus*, ubi similiter conjungit utrumque, sed paulo clarius : Οὐκ ἤνεγκε τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι, ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος ἤξίου λέων αὐτὸς εἶναι.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Πῶς δὲ τοῦτό φημι, καὶ πόθεν ὁρμώμενος, ἐρωτᾷς, μάνθανε. Ὅροι φύσεως, ἀρχὰς, καὶ μέσα, καὶ τέλη τῆς τῶν ὅλων οὐσίας περιειληφότες, μέτρα καὶ θεσμοὺς ἅπασι, δι' ὧν τόδε τὸ πᾶν μηχάνημά τε καὶ ἀρχιτεκτόνημα τοῦ παντὸς κόσμου τελεσιουργεῖται. Διατεθεῖναί τε νόμοις ἀλύτοις, καὶ δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις τῆς τὰ πάντα οἰκονομούσης Προνοίας, τὸ πάνσοφον βούλημα διαφυλάττοντες. Οὔκουν κινήσειέ τι, καὶ μεταθείη τῆς τάξεως, τῶν ἅπαξ διατεθειμένων. Κεκράτηται δ' οὖν θεσμῷ φύσεως τὸν θεῖον ὑπεραναβαίνειν νόμον πᾶς, ὅτῳ τις θρασύτερος τοῦ ἐπέκεινα βαίνειν ἔνεστι πόθος. Οὔτ' οὖν παρὰ φύσιν ὁ ἔνυδρος, ἐπὶ τὴν χέρσον μεταβὰς, βιῶναι δυνήσεται ἰχθύς· οὐ τὸ ἐν χέρσῳ τραφὲν τοῖς ὕδασι καταδύσεται, τὴν εἰκεῖσε διηνεκῆ μονὴν ἀσπαζόμενον· οὐ, μέγα πηδήσας, μετέωρός τις τῶν ἐπὶ γῆς ἀρθήσεται πρὸς ἀέρα, ξυμπεριπολεῖν ἀετοῖς ἐπιθυμῶν· καὶ μὴν κεῖνοί γε, κἂν ἐπὶ γῆς ἔλθοιεν, βρίσαντες ἐπὶ τὸ κάτω τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ πτεροῦ χαλάσαντες, καὶ ἀνέντες τὴν φύσιν· ἐπεὶ καὶ τοῦτο θείοις ὥρισται νόμοις, τοῦ ὕψους τὸ μετέωρον ὑποκαταβαίνειν δύνασθαι· οὐ μὴν καὶ ἔμπαλιν τὸ ταπεινὸν καὶ γεῶδες ἐπὶ τὸ μετέωρον αἴρεσθαι. Ταύτῃ δὴ καὶ τὸ θνητὸν ἀνθρώπων γένος, ψυχῆς μετέχον καὶ σώματος, ὅροις περιγέγραπται θείοις. Οὔτ' οὖν τῷ σώματι δι' ἀέρος ἔλθοι ποτὲ, τῶν ἐπὶ γῆς καταφρονήσας διατριβῶν, μὴ οὐχὶ τοὐπίτιμον αὐτίκα τῆς ἀνοίας παρασχών· οὐ τὴν ψυχὴν ἀρθεὶς φρονήματι καθίξεται τῶν ἀνεφίκτων, ἢ μελαγχολίας νοσήματι ἂν περιπέσοι. Σωφρονοῖ δ' ἂν ἀρτίοις μὲν τὸ σῶμα ποσὶν ἐπὶ γῆς φερόμενος, τὴν δὲ ψυχὴν παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ σκηρίπτων (36). Εὔξαιτο δὲ καί τινα ξυνεργὸν ἄνωθέν ποθεν ἐκ τῶν κατ' οὐρανὸν διατριβῶν ἐλθεῖν, καὶ τῆς ἐκεῖσε διδάσκαλον αὐτῷ φανῆναι σωτηρίας. Ἐῤῥωμένῳ γάρτοι παραδείγματι (37), νοσοῦντι μὲν τὸν ἰατρὸν ἐπιφοιτᾶν θέμις, καὶ τὸν διδάσκαλον εἰσαγομένῳ τοῖς μαθήμασι ξυμφέρεσθαι, καὶ τὸν ἄνω που, καὶ ἐν ὕψει, ξυγκατιέναι τοῖς ταπεινοῖς· οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν. Ὅθεν δὴ θείαν μὲν φύσιν, εὐεργέτιν οὖσαν, καὶ σώτειραν, καὶ προνοητικὴν τῶν ὄντων, ἀνθρώποις ποτὲ ἐς ὁμιλίαν ἐλθεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀπείργοι λόγος, ὅρῳ θείας προνοίας (38) καὶ τούτου ξυγκεχωρημένου. « Ἀγαθὸς γὰρ ἦν » κατὰ τὸν Πλάτωνα· « ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος (39). » Οὔκουν

CAPUT VI.

Hoc vero quomodo affirmare possim, quibusve rationibus motus, interrogas : accipe igitur. Limites [dantur] naturæ, qui initia, mediumque, et fines universitatis rerum contineant, mensuram et leges rerum omnium, quibus tota hæc machina, mundique totius ædificium absolvitur. Illi [limites] vero lege immutabili scitisque inviolabilibus Providentiæ, omnibus rebus prospicientis, sunt positi, consilii summe sapientis custodes. Non igitur quidquam eorum loco se moveat, ordinemve commutet licet, quæ semel sunt constituta. Atque adeo naturæ lege retinetur quo minus divinum ordinem transiliat, quemcunque audentior subierit, ultra [naturæ leges] eundi, impetus. Non igitur præter naturam, in aquis vivere natus piscis, ubi in terras translatus fuerit, vivere poterit : non terris innutritum animal aquas subibit, constans ibi domicilium sibi ut deligat. Non quisquam eorum qui terræ affixi sunt, magno licet saltu in sublime se tollat, ad aerem usque elevabitur, ut cum aquilis per eum feratur, utut velit cum maxime. Et tamen illis in terram quoque se demittere datum, deorsum inclinantibus virium impetum, et laxantibus alas, suæque indoles vim remittentibus : quoniam et hoc divinis sancitum legibus est, ut ex sublimi id, quod in aere suspenditur, possit descendere : non autem versa vice in altum tolli, quod humi repit terræque affixum degit. Eadem ratione mortale hominum genus, animæ particeps corporisque, limitibus circumscriptum est divinitus. Nec corpore itaque per aerem vehi datum est ipsi, moræ in terra faciendæ pertæso, nisi pœnæ statim stolidîtatis præbere exemplum velit; neque animo sublatus cogitatione assequi poterit quæ supra eum sunt posita, quin potius in morbum incidet atrabiliorem. Prudenter igitur fecerit sanis pedibus corpus in terra sustinens, animum vero doctrina ac philosophia suffulciens. Optare tamen etiam licebit, ut desuper ex cœlestibus sedibus adjutor subveniat, indeque derivandæ salutis doctor sibi exsistat. Validissimo enim argumento, ad ægrotum accedere medicum fas est, et magistrum discipulo condescendere, et loco superiore atque in sublimi positum ad inferiores sese demittere : non versa vice. Quamobrem

(36) *Σκηρίπτων.* Σκηρίπτεσθαι, ἐπερείδεσθαι *ῥάβδῳ ἢ ἄλλῳ τινί*, etc. Hesych. Similia legas apud Suidam.

(37) *Ἐῤῥωμ. γάρτοι παραδείγμ.* Sensum esse puto : exemplum medici et ægroti, præceptoris et in disciplinam admissi, satis validum esse ut persuadeat nobis, conveniens esse, ut revelatione nobis sapientia cœlestis subveniat. Οὐ μὴν καὶ ἀνάπαλιν, *non versa autem vice*, ut nos propriis viribus sublimia petamus, altumque sapiamus. Si ad ægrotum enim medicus veniat, ad nos quoque ægrotos medicum venire debere, non nos ad ipsum : si conveniens sit ut magistrum εἰσαγόμενος, ipsius μαθήμασι sit obaudiens : non vero ipsum se doctorem esse stolida opinione præsumat; conveniens etiam esse, ut nos divinæ sapientiæ præceptis obaudiamus, non ipsos veræ scientiæ causam nos esse nobis posse arbitremur. Atque adeo sapientiam et λόγον æternum, quæ sit super omnia, ad nos descendere, non vero ad eam nos subvolare oportere : quæ Pelagio opposita, obscuriora erant in Accioli versione, diligentius proinde paulo a nobis illustranda.

(38) *Οὐδ. ἂν ἀπειργ. λόγος ὅρῳ θ. προνοίας.* Nempe supra dixerat, non posse mutari ὅρῳ θείας προνοίας διατεθειμένα, prudentissimeque facere, qui, viribus naturæ recte utentes, ultra non sapiant. Cætera rationi conveniens esse, *adjutorem* ad veram sapientiam *divinum* exspectare. Et ne divinæ naturæ cum humana conversationem ritidem ὅρον προνοίας excedere quis dicat, eum potius ξυγχωρῆσαι *permittere* hoc ostendit.

(39) *Ἀγαθὸς γὰρ ἦν... φθόνος.* Ipsa Platonis verba sunt desumpta ex ejus *Timæo* p. 29. t. III.

Digitized by Google

divinam quidem naturam, ut quæ benefica sit et salutaris, rebusque prospiciat, cum hominibus aliquando conversatam esse, nulla prohibuerit ratio, limitibus divinæ providentiæ subnixa, ut qui et ipsi minime istud prohibeant. **515** « Bonus enim erat » [Deus], ut inquit Plato : « bonum vero nulla rei cujusquam subit invidia. » Non corporum tantum igitur, bonus qui sit, hujus universi gubernator geret curam, verum multo magis etiam animorum, quibus immortalitatis ac dominii concessum est munus. Animis igitur, tanquam totius familiæ, donorumque, quorum largitione naturæ benefaciat, Dominus, eo quod illis recipiendis apti nati sint, radios quasi lucis suæ liberaliter impertietur, apparitorum suorum quandoque maxime sibi conjunctos, in salutem atque adjumentum eorum, qui in terrenis hisce principatum tenent, ablegans. Quorum aliquo si cui bona sua fortuna potiri detur, ille mente purgatus, et mortalis naturæ dissipata caligine, vere divinus censebitur, magnum aliquem deum animo circumferens. Tantus autem qui sit quam non vim exserat! omne humanum genus, ipsumque mundum multo etiam, quam sol iste, magis collustraverit : æternæ divinitatis opus posteris etiam spectandum relinquens temporibus, neque inferius opificiis ex bruta materia factis naturæ divinæ argumentum suppeditans. Atque hactenus quidem natura humana particeps fieri possit naturæ humana excellentioris. Alia vero ratione limites nefas transilire, neque corpus alis destitutum habentes, ea quæ alis sint peragenda moliri, neque eum, qui homo sit, superioribus competentia naturis temere affectare licet.

A σωμάτων μόνον, ἀγαθὸς ὢν, ὁ τόδε τὸ πᾶν διακυβερνῶν ἐπιμελήσεται, πολὺ πλέον δὲ ψυχῶν, αἷς τὸ ἀθάνατόν τε καὶ αὐτοκρατορικὸν (40) κεχάρισται γέρας. Ταύταις δῆτα (41), οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης κύριος ὢν καὶ χαρίτων, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν, οὔσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως· τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἕσθ' ὅτε τοὺς μάλιστα προσεχεῖς ἐς τὴν τῶν ἐπὶ τὰ τῇδε (42) σωτηρίαν τε καὶ ἀντίληψιν ἐκπέμπων. Ὧν εἴ τῳ εὐτυχῆσαι γένοιτο, τὴν διάνοιαν οὗτος ἀποκαθαρθείς, καὶ τὴν τῆς θνητότητος ὁποσκεδάσας ἀχλύν, θεῖος ἀληθῶς ἀναγραφήσεται, μέγαν τινὰ θεὸν ἀγαλματοφορῶν τῇ ψυχῇ. Κινήσειε δῆτα οἷα τηλικοῦτος (43)! τὸ πάντων ἀνθρώπων γένος, καὶ μᾶλλον ἡλίου τὴν οἰκουμένην καταλάμψειε, τοῦργον τῆς ἀϊδίου θεότητος καὶ ἐς τὸν ἐπιόντα ξυνοράσθαι καταλείπων χρόνον, οὐ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχου ὕλης δημιουργημάτων (44) τὸ τῆς ἐνθέου παράδειγμα φύσεως παρεσχημένος. Καὶ ταύτῃ μὲν ἀνθρωπεία φύσις τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπων (44*) κοινωνήσαι ἂν· ἄλλως δ' οὐ θέμις τοὺς ὅρους ὑπερβαίνειν, οὐδ' ἄπτερον ἔγοντα τὸ σῶμα, τὰ τῶν πτηνῶν ἐπιτηδεύειν, οὐδ' ἄνθρωπον ὄντα, τὰ τῶν δαιμόνων πολυπραγμονεῖν.

B

CAPUT VII.

[1] Qualem igitur nobis, ista cum ita se habeant, Apollonium sistis, scriptor egregie ? Si ut divinum philosophoque majorem, et, ut verbo absolvam, excellentiore, quam humana sit, natura præditum, fac ut per totam mihi serves historiam hoc quod ponis, atque argumentum divinitatis etiamnum demonstra. Quidni enim absurdissimum fuerit, fabrorum architectorumque, etiam post mortem artificum, longissimo tempore perdurare opus, immor-

[1] ad lib. II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

C Τί δῆτα ἡμῖν ἐπὶ τούτοις τὸν Ἀπολλώνιον εἰσάγεις, ὦ ξυγγραφεῦ ; Εἰ μὲν δὴ θεῖον, καὶ φιλοσόφου κρείττονα, τήν τε φύσιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, ὑπὲρ ἄνθρωπον, τήρει μοι δι' ὅλης τῆς ἱστορίας τὴν ὑπόθεσιν (45), καὶ τοῦργον εἰσέτι νῦν ἐπιδείκνυθι τῆς θειότητος. Ἡ γὰρ οὐκ ἀτοπώτατον τεκτόνων μὲν καὶ οἰκοδόμων καὶ μετὰ τὴν τῶν δημιουργῶν τελευτὴν ἐπιμήκιστον τοῦργον διαρκεῖν, ἀθάνατόν που σχεδὸν τῶν συστησαμένων τὴν μνήμην στηλιτεῦον· θείαν δὲ

(40) Αὐτοκρατορικόν. Acciolus verterat *liberæ voluntatis arbitrium*. Nec inepte fortassis τὸ αὐτοκρατορικὸν ad vim animi, qua seipsum κρατεῖ vel κινεῖ.

(41) *Ταύταις δῆτα*. Hæcce periodus, impeditior, expeditissima fit, si naturalem ei ordinem restituamus hoc modo : Ταύταις δῆτα (ψυχαῖς), οὔσαις ἀντιληπτικαῖς, ἀκτῖνας ὥσπερ τοῦ παρ' ἑαυτοῦ φωτὸς δωρήσεται ἀφθόνως, οἷα τῆς οἰκονομίας ἁπάσης καὶ τῶν χαρίτων ὧν κύριος, ὧν ἂν, δωρούμενος αὐτὰς, εὐεργετοῖ τὴν φύσιν, etc.

D

(42) *Ἐπὶ τὰ τῇδε*. Omittendas voculas ἐπὶ τά olim putabam, ut sensus sit : Deo proximos quandoque mitti salutis causa eorum, qui *hic* in terris degant. Ὑστέραις φροντίσι tamen mihi liquebat scribere Eusebium, ita ut editum est, potuisse. Nam οἱ ἐπὶ τὰ τῇδε sunt *qui rebus hic obviis*, id est in hac terra nostra viventibus præsunt, et dominium in eos exercent, id est humani animi, quibus et paulo antea τὸ αὐτοκρατορικὸν tribuebat. Cæterum videtur mihi in hisce et quæ sequuntur Arianæ impietatis nonnihil delitescere. Fallor enim, an id agit Eusebius, ut Christum Salvatorem μᾶλλον ἡλίου τὴν οἰκουμένην καταλάμψαντα, divinam istam virtutem exseruisse innuat, quod τῶν μάλιστα Θεῷ προσεχῶν τινος τυτύχησε. h. e. *quod non ipse quidem deus, sed naturæ cuidem angelicæ, quæ divinæ sit proxima, conjunctus fuerit*, propterea θεῖος ἀληθῶς ἀναγεγραμμένος. Nempe diserte etiam addit sub finem hujus capitis, alia quam ista ratione cum divina natura humanam non posse conjungi, Platonicas scilicet secutus notiones, solis angelis mediatoribus τὸ ἀνθρώπινον cum τῷ θείῳ conciliare posse.

(43) *Τηλικοῦτος*. Refero ego ad *Deum*, quem ἀγαλματοφορεῖσθαι τῇ ψυχῇ dixerat paulo ante.

(44) *Οὐ μεῖον τῶν ἐξ ἀψύχου ὕλης δημ.* Nempe opera ἀνακτίσεως *novæ creationis* in mentibus hominum, omnino et futuris, ut paulo ante dixerat, perdurant temporibus, nulla æternitate finienda, et creatione materialium rerum tantum præstant, quantum ipsa natura spiritualis materia : ut omnia hic plana esse confidam.

(44*) *Τῇ ὑπὲρ ἀνθρώπων*. Interpres legisse videtur τῆς ὑπὲρ ἄνθρωπον. Forte legendum τῇ ὑπὲρ ἄνθρωπον. EDIT.

(45) *Τήρει μοι δι' ὅλ. τ. ἱστορ. τὴν ὑπόθεσιν*. Nempe in sequentibus multa observat Eusebius a Philostrato de Apollonio dicta, quæ in Deum aut humanam naturam supergressum minime quadrent : ideoque si deum esse serio statuat Apollonium, vel saltem homine majorem, ὑπόθεσιν οὐκ ἐτήρησεν.

Digitized by Google

ἄρα φύσιν ἀνθρώποις ἐπιλάμψασαν, σκότιόν που καὶ μινυνθάδιον ἀποτελεῖν, οὐχὶ δὲ εἰς αἰῶνα τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσθαι, μὴ εἰς ἕνα τινὰ Δάμιν, ἢ καὶ ἄλλους βραχεῖς πτωχεύουσαν (46) τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' εἰς μυρίων ὅσων ὠφελείας, οὐ τῶν καθ' ὧν ἐγνωρίζετο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα γενησομένων τὴν πάροδον ποιουμένη. Ταύτῃ τοίνυν καὶ τοὺς πάλαι σοφοὺς ζηλωτάς τε καὶ διαδόχους ποιήσασθαι (47) τῆς ἀρετῆς, ἀθάνατον ὡς ἀληθῶς ἀνθρώποις παρεσχημένους τὸ κατόρθωμα. Εἰ δὲ θνητήν θ' ὑπογράφεις τἀνδρὸς τὴν φύσιν, ὅρα μὴ πλέον ἢ προσῆκε ταύτῃ χαριζόμενος, δίκην ἀποίσεις παραλογίας.

A talem fere stabiliens auctorum memoriam : divinam vero naturam, homines irradiantem, admittere tenebras, parumque durabilem esse : neque in æternum subsistere virtutem, contentam minime, in Damidem aliquem, aliosque brevis ævi homines pauperem exercuisse liberalitatem, sed in multitudinis hominum infinitæ, non ejus tantum quo inclaruit ævi, verum etiam posthac exstiturorum emolumentum redundantem. Atqui ea ratione antiqui sapientes, virtutis suæ imitatores successoresque sibi paraverunt, immortale humano generi emolumentum præbentes. Quod si mortalem vero naturam ascribas viro, cave ne plus quam ea ferat, illi tribuens, præter rationem egisse accuseris.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

516 CAPUT VIII.

B

Ἀλλὰ μὴν εἰσῆκται αὐτῷ θεῖος ἄνθρωπος, καὶ θαλαττίου δαίμονος σχῆμά τε καὶ προσωπεῖον ἀπὸ γενέσεως ἀναλαμβάνων. Κυούσῃ γὰρ, ὥς φησι, τῇ αὐτοῦ μητρὶ (48), φάσμα ἦλθε θαλαττίου δαίμονος (49), Πρωτεύς, ὁ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐξαλλάττων (50). Ἡ δὲ, οὐδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτὸν τί ἀποκυήσοι; Ὁ δὲ, Ἐμὲ, εἶπε. Σὺ δὲ τίς; εἰπούσης· Πρωτεύς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος. Εἶτα δὲ λειμῶνά τινα, καὶ κύκνους τὴν γυναῖκα μαιεύεσθαι γράφει, ὁπόθεν αὐτὸ τοῦτ' ἐλήφθη (51) μὴ εἰπών. Οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτου ὀφηγητὴν Δάμιν τὸν Ἀσσύριον ὑποχρᾴφεται (52). Ἀλλὰ καὶ οὐκ ἐς μακρὸν τῆς αὐτῆς ἱστορίας αὐτῷ Δάμιδι, οἷα δὴ θείας ὄντα φύσεως, τὸν Ἀπολλώνιον εἰσάγει, αὐτὰ δὴ ταῦτα λέγοντα· « Ἐγὼ, ὦ ἑταῖρε, πασῶν τῶν φωνῶν ξυνίημι, μαθὼν οὐδεμίαν· » καὶ, « Μὴ θαυμάσῃς· οἷδα γὰρ καὶ ἃ σιωπῶσιν οἱ ἄνθρωποι. » Καὶ πάλιν ἐν Ἀσκληπιοῦ τιμώμενον (53) πρὸς τοῦ δαίμονος, καὶ πρόγνωσίν (54) τινα καὶ ἀδίδακτον (55) ἔχειν ἐκ παιδὸς, κρεῖττόν τε ἀτεχνῶς ἀνθρώ-

Atqui omnino ita ab eo virum repræsentatum habemus, ut qui divini sit generis, deique marini formam et speciem ab ipsis natalibus induerit [a]. Matri enim ejus, ut ait, ventrem ferenti, marini Dei oblata est species, Proteus, inquam, apud Homerum alias aliasque figuras induens. Ea vero, nihil perterrita, quid paritura esset eum interrogavit. Is vero, Me, respondit, ipsum. Quis tu autem? interrogante ea : Proteus, ille inquit, Ægyptius [sum]. Tum pratum quoddam et cycnos mulieri obstetriciam operam præstitisse scribit [b], unde hoc ipsum depromptum sit nullo facto indicio. Neque enim [puto] hujus quoque rei auctorem Assyrium Damin allegabit. At et non multo post initia ejus historiæ, ad ipsum Damidem, quasi divinæ particeps sit naturæ, hæcce verba Appollonium proferentem inducit [c] : « Ego, amice, omnes intelligo linguas, licet nullam didicerim : » item : « Noli mirari, nam et quæ silentio homines premunt, novi. »

C

[a] lib. 1, c. 4. [b] lib. 1, c. 5. [c] lib. 1, c. 19.

(46) *Μὴ ἐς ἕνα τινὰ Δάμιν ... πτωχεύουσαν.* Πτωχεύειν εἴς τινα est mendice et parum liberaliter se adversus aliquem gerere, quem sensum esse phraseos, ab Acciolo, ut multa alia, parum intellectæ, linguæ analogia satis prodit. Πτωχεῦσαι autem ait sapientiam Apollonii divinam, si tanta quidem fuerit, nunc autem nulla ejus amplius vis supersit : quod exigua res et indigna divina virtute videatur, pauculos quosdam unius ætatis homines afficere, imo ne ad ἀκμὴν quidem eos perducere; Damin enim in medioxumis philosophis, qui cum eo liberaliter egerit, vix censeat. Ut adeo, nisi Eusebii ævo virtutem Apollonii ejusque doctrinæ efficaciam luculenter tueri liceat, ita ejus ἐνεργείᾳ hominum animi percellantur, ut Christi percellebantur virtute, nihil divini ei inesse sit judicandum. Idque eo magis valere dicit, quod illi quoque philosophi, qui tamen nullam sibi arrogassent divinam virtutem, ad posteros tamen et sectatores propagaverint inventa sua, ut adeo eorum ἀρετὴ minus fuerit πτωχεύουσα, quam Apollonii virtus, res unius ætatis.

(47) *Ποιήσασθαι.* Per enallagen pro ἐποιήσαντο.

(48) *Κυούσῃ γὰρ, ὥς φησι, τῇ αὐτοῦ μητρί.* Αὐτόν ex Philostrato pro αὐτοῦ reposui. Holsten.

Male vero : nam apud Philostratum quoque αὐτοῦ legendum, non αὐτόν. Vide *Vit. Ap.*, 1, 4. Præterea apud Philostratum plane alia constructio est, quæ hoc loco non possit obtinere, nisi articulo τῇ deleto, ut monstrosa plane sit Holsteniana lectio. Retinendum puto quod editi habebant, nihil necesse enim in iis mutare quidquam.

(49) *Θαλαττίου δαίμ.* Αἰγυπτίου δαίμονος legebatur ap. Philostr. vid. l. c. Ut nostro θαλαττίου δαίμονος, ita ἁλίοιο γέροντος nomine venit Homero *Odyss.* Δ, vers. 365, 391. Adde vers. 384, ubi γέρων ἅλιος et Ποσειδάωνος ὑποδμώς dicitur.

(50) *Ὁ παρὰ τ. Ὁμήρ. ἐξαλλάττων. Odyss.* Δ, vers. 456.

(51) *Ἐλήφθη.* Male εἰληφθέν in editis, manifesto errore, quem sustulit jam Holstenius.

(52) *Οὐ γὰρ δὴ ... ὑπογράφεται.* Malim ὑπογράφεται. Nam loquitur de facto Philostrati, qui ista ut cætera ex Damide non retulit. Ferri tamen ὑπογράφεται posse putem, ut sensus sit : non sperare Eusebium, Philostratum eam rem a Damide se accepisse affirmaturum. Cum ille rerum tantum scripserit historiam ab Apollonio gestarum, postquam in comitatum ejus ipse adscitus esset : ut observatum Philostrato ipsi, *Vita Apollon.*, 1, 3.

(53) *Τιμώμενον.* Repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum εἰσάγειν quod præcessit.

(54) *Πρόγνωσιν.* Ejus rei per totam Apollonii historiam sparsa argumenta lib. 1. Videri potest cap. 2 et 12, sub fin., it. cap. 22.

(55) *Ἀδίδακτον.* Respicit ad paulo ante allegata ex cap. 19. Nam alias et c. 20 et sqq. varii Apollonii præceptores referuntur, quorum et paulo post apud nostrum mentio.

Digitized by Google

Et rursum [8] in Æsculapii templo a Deo honorifice eum habitum [ait]; et rerum futurarum scientiam, sine institutione a puero habuisse : humanaque manifeste excellentiorem **517** nactum indolem esse, statim ab ipsis natalibus, per totam quoque historiam scribit. Cumque adeo vinculis se aliquando exsolvisset, sequentia subjungit verba [9] : « Tum primum se, Damis, penitius, ait, Apollonii indolem perspexisse, nempe divina quod esset, et humana excellentior. Neque enim sacris peractis, (quomodo id enim in custodia potuisset ?) neque precationibus usum, neque verbulum emittentem, vincula eum ludibrio habuisse. » Sub finem vero historiæ [7], nusquam gentium sepulcrum ejus inveniri scribit, ipsoque corpore in cœlum eum inter choreas abiisse [6]. Merito eum igitur, quippe tantus qui sit, « magis divine quam Pythagoras, Empedoclesque et Plato, ad philosophiam ait accessisse [9]. » In deorum itaque censum nobis veniat homo.

A

CAPUT IX.

Absit invidia quoque a linguarum omnium, quæ sponte ei venit nulloque præeunte magistro, cognitione [10]. Ad quid igitur in scholam eum deducit [11], atque illi qui nullam edoctus est linguam detrahit, quasi usu et exercitio non vero natura Atticam eloquentiam sit assecutus? Nempe ait, « ad ætatem ubi pervenisset, litterarum doctrinam eum et memoriæ vim studiique pertinaciam patefecisse, et lingua esse Attica usum. » Item : « Annos natus XIV, Tarsum a parente deductus est ad Euthydemum, Phœnicia oriundum, qui rhetor bonus erat illumque instituit : eumque ille amplectebatur magistrum. » Porro : « Cum illo philosophiæ vacabant Platonis et Chrysippi sectatores, et Peripatetici. Quinetiam Epicuri dogmata audivit : neque enim C ista neglexit. Pythagorica vero ineffabili quadam mentis vi comprehendit. » Tam varia, qui nullum linguæ ullius magistrum habuit, divinaque virtute, etiam quæ silentio premunt homines, ante animadvertit [12], usus tamen institutione fuit.

B

518 CAPUT X.

Philostratus vero, rursus interjectis quibusdam, eum extollit, quod ad magnam linguæ brutorum animantium cognitionem pervenerit; pergitque dicendo [13] : « Cognitionem etiam linguæ brutorum

[8] lib. I, c. 9. [9] lib. VII, c. 38. [7] lib. VIII, 31. [6] lib. VIII, 30. [9] lib. I, c. 2. [10] lib. I, c. 19. [11] lib. I, c. 7. [12] lib. I, c. 19. [13] lib. I, c. 20.

(56-57) *Μηδὲ εὐξάμενον μηδὲ εἰπόντα τι.* Apud Philostr. legitur μηδ' εὐξάμενόν τι μηδὲ εἰπόντα. D

(58) *Ἐς διδασκάλου ἄγει.* Subint. φροντιστήριον vel tale quid, nota et frequentissima Græcis ellipsi, apud Philostratum identidem observata. Respicit autem ad Euthydemi scholam, in qua eloquentiæ studiis operatus est Apollonius, referente Philostrato.

(59) *Γράμματά τε.* Philostrati editi habebant ἐν ᾗ γράμματα omisso τε, quod plane alium sensum facit : nempe Apollonium ad ætatem provectum, qua institui litteris juvenes solent memoriæ vim et cæterarum virtutum, quas ad *intellectum* referunt, argumenta dedisse.

(60) *Αὐτῷ.* Omittitur apud Philostratum hoc pronomen.

(61) *Διήκουε.* Apud Philostr. est διήκουσε.

(62) *Τοὺς δὲ Πυθ.* Apud Philostr. est τοὺς δέ τε Πυθ., pro quo in codd. mss. legebatur τοὺς δέ γε.

(63) *Σοφίᾳ.* Philostrati editi male, φιλοσοφίᾳ.

(64) *Διαλιπὼν αὖθις, αὐτὸν θαυμ.* Male locata in editis distinctio nonnihil obscuritatis his offundebat. Nempe minus commode illi : Διαλιπὼν αὖθις αὐτὸν, θαυμάσει.

(65) *Καὶ ἐς ξύνεσιν δέ.* Particulæ καί et δέ apud Philostr. desiderantur.

(66) *Ἔμαθε.* Editi καὶ ἔμαθε. Omisi καί quod apud Philostratum quoque omissum deprehendebam.

(67) *Διὰ τῶν Ἀράβων.* Philostr., διὰ τουτωνὶ τῶν Ἀραβίων

Καὶ ὁ φθόνος ἀπέστω τῆς τῶν φωνῶν ἁπασῶν αὐτοφυοῦς καὶ αὐτοδιδάκτου ξυνέσεως. Τί δῆτα οὖν ἐς διδασκάλου ἄγει (58) αὐτὸν, καὶ τὸν μηδεμίαν φωνὴν μεμαθηκότα διαβάλλει, ὡς ἂν ἐξ ἀσκήσεως καὶ μελέτης, ἀλλ' οὐκ ἐκ φύσεως Ἀττικὸν γενόμενον τὴν γλῶτταν; Φησὶ γὰρ, ὡς, « προῒὼν ἐς ἡλικίαν, γράμματά τε (59) καὶ μνήμης ἰσχὺν ἐδήλου, καὶ μελέτης κράτος· καὶ ἡ γλῶττα αὐτῷ (60) Ἀττικῶς εἶχε. » Καὶ « Γεγονότα δὲ αὐτὸν ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα, ἄγει ἐς Ταρσοὺς ὁ πατὴρ, παρ' Εὐθύδημον τὸν ἐκ Φοινίκης, ὃς ῥήτωρ τε ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἐπαίδευε τοῦτον· ὁ δὲ τοῦ διδασκάλου εἶχετο· » εἶτα· « Ξυνεφιλοσόφουν αὐτῷ Πλατώνειοί τε καὶ Χρυσίππειοι, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. Διήκουε (61) δὲ καὶ τῶν Ἐπικούρου λόγων· οὐδὲ γὰρ τούτους ἀπεσπούδαζε. Τοὺς δὲ Πυθαγορείους (62) ἀῤῥήτῳ τινὶ σοφίᾳ (63) ξυνελάμβανε. » Τοσαῦτα ὁ μηδεμίαν μαθὼν φωνὴν, θείᾳ τε δυνάμει, « ἃ καὶ σιωπῶσιν ἄνθρωποι » προλαβὼν, ἐξεπαιδεύετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὁ δὲ, διαλιπὼν αὖθις, αὐτὸν θαυμάζει (64) ἐς ὅσον ξυνέσεως τῆς τῶν ζῴων φωνῆς ἦλθε· καὶ ἐπιφέρει λέγων· « Καὶ ἐς ξύνεσιν δὲ (65) τῆς τῶν ζῴων φωνῆς ἦλθε. Ἔμαθε (66) δὲ τοῦτο διὰ τῶν Ἀράβων (67)

Digitized by Google

πορευόμενος, ἄριστα γιγνωσκόντων τε καὶ πραττόντων αὐτό (68). Ἔστι γὰρ τῶν Ἀραβίων κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθων (69) μαντευομένων ἀκούειν, ὁπόσα οἱ χρησμοί. Ξυμβάλλονται δὲ τῶν ἀλόγων, σιτούμενοι τῶν δρακόντων οἱ μὲν καρδίαν, φασίν, οἱ δὲ ἧπαρ. » Ἐνταῦθα πάντως που δρακόντων καρδίας δήπου καὶ ἥπατος τὸν Πυθαγόρειον, ἐμψύχων τε τροφῆς ἀπεχόμενον, καὶ μηδὲ θύειν δαίμοσιν ἐπιτολμῶντα, εἰκὸς ἦν ἀπογεύσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆς παρὰ τούτοις κοινωνήσοι σοφίας. Πρὸς γὰρ τοιῶνδε διδασκομένων πῶς ἂν ἄλλως, μὴ οὐχὶ τὰ ὅμοια τοῖς διδασκάλοις ζηλώσαντι, κατωρθοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα; Ἔχομεν δὴ οὖν πρὸς τοῖς καταλελεγμένοις (70) καὶ τοὺς Ἀράβων σοφοὺς διδασκάλους τῆς κατὰ τὴν οἰωνιστικὴν τάνδρὸς ἐπιστήμης· ἀφ' ἧς εἰκότως ὁρμώμενος, ὕστερόν ποτε τὸν στρουθὸν, ὅ τι καὶ βούλοιτο, ξυγκαλῶν τοὺς ἑταίρους ἐπὶ τροφὴν, προειπὼν, θαῦμα μέγιστον παρέχειν ἔδοξε τοῖς παροῦσι. Ταύτῃ δὴ καὶ τὴν ἀπεσφαγμένην ὅσον οὔπω λέαιναν ἅμα τοῖς ὀκτὼ σκύμνοις κατὰ τὴν Ἀσσυρίων ὁδὸν θεασάμενος, αὐτίκα, τῷ μαθήματι ξυμβαλὼν, τῆς ἐσομένης αὐτῷ παρὰ Πέρσαις διατριβῆς τὸν χρόνον ἐμαντεύσατο.

animantium sibi comparavit. Id vero didicit, dum per istos Arabiæ populos iter faceret, qui et scientia et usu ejus rei maxime pollebant. Est enim hoc Arabum, ut cycnos bodienum, aliasque fatidicas aves sciscitentur perinde atque oracula. Conjiciunt vero brutas voces draconum pasti, ut alii putant, corde, ut alii, hepate. » Hic nempe omnino draconum, sive cor, sive hepar Pythagoricum illum, a victu abhorrentem animantium, et ne diis quidem sanguine rem sacram facere sustinentem, verosimile est comedisse, quo scilicet in sapientiæ gentis istius partes ipse quoque veniret. Apud magistros enim ejusmodi, qua alia ratione, nisi eadem quæ præceptores sequendo, in instituto suo proficere potuisset? Tenemus igitur inter Apollonii præceptores, quorum catalogum dedimus, Arabum etiam sapientes, artis auguralis, qua ipse præstabat, doctores : cujus, ut verosimile est, adjumento, postea aliquando de passerculo [14], quid sibi velit, dum socios ad pastum invitaret, vaticinatus, rem maxime mirandam præstare præsentibus omnibus est visus. Similiter, cæsam modo leænam, una cum octo catulis, in itinere per Assyriam conspicatus, illico, ex isto conjecturam faciens [15] documento, faciendæ sibi apud Persas moræ tempus prædixit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἀκόλουθα δὲ τῇ παρὰ τοῖς Ἀραβίοις φοιτήσει ἐγχειρεῖν αὐτὸν καὶ παρὰ Πέρσαις ὁ αὐτὸς ξυγγραφεὺς ἱστορεῖ. Τῷ γάρ τοι Δάμιδι, ὃς μόνος φοιτητὴς ἦν αὐτῷ καὶ ἑταῖρος, ἀπαγορεύσας (71) παρὰ τοὺς μάγους ἰέναι, μόνος αὐτὸς, ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος δηλαδὴ τὰ τῆς μαγείας μανθάνοι, μεσημβρίας τε, ὡς ἀμφὶ μέσας νύκτας, τὰς μετ' αὐτῶν ἐποιεῖτο σχολάς. Ἔτι δὲ Οὐαρδάνῃ Βαβυλωνίῳ ἐς λόγους ἐλθόντα βασιλεῖ, ὧδέ πως λέγειν αὐτὸν παρατίθεται· « Σοφία δέ μοι Πυθαγόρου, Σαμίου ἀνδρὸς, ὃς θεοὺς θεραπεύειν (72) ὧδέ με ἐδιδάξατο, ὡς (73) ξυνιέναι σφῶν ὁρωμένων τε καὶ οὐχ ὁρωμένων· φοιτᾷν τε ἐς διαλέξεις θεῶν. » Τίς δ' αὐτῷ ταῦτα ξυγχωρήσειεν; ὅτε Πυθαγόρᾳ μὲν οὐδεμία τις τοιαύτη καταλέλειπται γραφὴ, οὐδ' ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα (74), ὡς κἂν ὑπονοῆσαι αὐτὸν ἐξ ἐκείνων ὁρμᾶσθαι· ὁ δέ γε διδάσκαλος αὐτῷ τῆς κατὰ Πυθαγόραν φιλοσοφίας οὐδέν τι διαφέρειν τῶν Ἐπικουρείων πρὸς αὐτοῦ μεμαρ-

519 CAPUT XI.

Consentanea autem disciplinæ apud Arabes, apud Persas quoque aggressum eum fuisse, idem auctor commemorat. Damidem enim, qui solus ipsi erat discipulus sociusque, prohibens ad magos accessu [16], solus ipse, (eam ob causam scilicet, ne illum, quem planissime liquebat rerum magicarum penitus esse imperitum, condiscipulum haberet,) circa meridiem, uti et circa medias noctes, eorum scholas obivit. Prætereaque ad Bardanis Babylonii regis admissum colloquium, his fere verbis usum eum fuisse [Philostratus] refert [17] : « Sapientiam autem amplector Pythagoræ Samii, qui et colere deos me ita docuit, ut mente eos complectar, sive videndos se præbeant sive minus, pariter, atque in colloquia cum diis descendam. » Sed enim quis hoc illi concesserit? Cum Pythagoras ejus generis scriptum reliquerit nullum, neque aliquod scriptum ejus exstet arcanum magis, ut vel suspicari liceat talibus eum sub-

[14] lib. IV, c. 2. [15] lib. I, c. 22. [16] lib. I, c. 26. [17] lib. I, 32.

(68) *Γιγνωσκ. τε καὶ πραττ. αὐτό.* Philostr., γιγνωσκόντων τε αὐτὸ καὶ πραττόντων, quod elegans magis mihi videtur.

(69) *Κύκνων ἤδη καὶ ὀρνίθ.* Philostr., ἤδη κοινὸν, ὀρνίθων, etc., quod magis mihi probatur. Nam et post speciem genus nominari non adeo conveniens, et cycni inter augurales aves non adeo celebres, imo *corvorum* ea in re celebrior opera apud Arabes, ut observatum Porphyrio *De abst.*, lib. III, p. 104.

(70) *Ἔχομεν δὴ οὖν πρ. τ. καταλελ.* Hæc eo spectant, quod ista de Arabibus narratione contradicat sibi ipsi Philostratus, cum alibi sapientiam Apollonii αὐτοδίδακτον esse statuat. Quod paulo ante ei exprobratum, c. 9.

(71) *Ἀπαγορεύσας.* Ita legendum esse sole clarius, si locum Philostrati conferas, firmantque hanc lectionem sequentia : ὡς ἂν μὴ μετ' ἀγνώμονος etc. Quorum nullus esse potest sensus, si retineamus lectionem depravatam editorum qui habent ἀπαγορεύσαντι.

(72) *Θεοὺς θεραπεύειν.* Philostratus omittit particulam τε quam hic insertam habent edita Eusebiana, melius eam ego quoque omitti putem, illi τε enim nihil respondet, et sequentia duo cola inter se rectius illa particula junguntur, tanquam partes continentia cultus, quem a Pythagoræ sapientia se accepisse ait.

(73) *Ὡς.* Philostr. habet *καί*.

(74) *Ἀπόῤῥητά τινα ξυγγράμματα.* H.e. scripta variis involucris sensum involventia, ut solebant symbolis suis uti ad tegendas reconditas doctrinas illi philosophi, symbolicam imitati Ægyptiorum sapientiam passim.

Digitized by Google

sidiis usum. Imo magister, quo ille in Pythagorica philosophia usus est, nihil Epicureis fuisse melior, ipsius Philostrati testimonio perhibetur, ita loquentis[18] : « Præceptor quidem Pythagoricæ disciplinæ ei fuit, bonæ minime frugis, neque opera pariter ac verbis philosophatus, ventrique et Veneri deditus, et ad Epicuri disciplinam compositus. Isque Euxenus erat, Heraclea in Ponto oriundus, Pythagoræ autem sententias ita noverat, sicut aves ea, quæ ab hominibus edocentur. » Vah absurditatem! si ab hoc quispiam affirmet conversandi cum diis peritiam Apollonium accepisse. Verum concedamus alios quoque eum audivisse [Pythagoræ] interpretes, tametsi noster historicus ejus rei ne minimum quidem indicium faciat : at quis eorum cognoscere deos, eorumque commerciis frui, sive videndos se præbeant sive minus, vel ipsum se a Pythagora edoctum, vel alios docere posse professus est? Atqui ne celebratissimus Plato quidem magis quam alius quisquam Pythagoricæ particeps philosophiæ : neque Archytas, neque ipse, qui Pythagoræ familiares sermones litteris mandavit, Philolaus, neque alii, si qui sunt ex viri illius familiaribus, qui sententias illius atque dogmata litteris posteritati consignarunt, talem unquam sapientiam jactavere. Aliunde igitur, neque a Pythagora vero, talia edoctus, illo prætextu auctoritatem quærens, a philosophi illius nomine appellari voluit. Ut autem vel maxime, præter omnem rationem, mendacium illud verum esse aliquis concedat; non video tamen, quo pacto ab ipso dicere possit Samio illo, qui plurimos ante annos vivis excessit, ista sese accepisse. Ergo Arabibus hunc quoque doctorem ejus arcanæ, quæ putatur, de diis scientiæ fas erit accensere. Si divinæ ergo indolis fuit; historia magistros ei perperam affinxisse deprehenditur. Sin ea verax narratio est, falsa erit fabula, neque verum, quod de ejus divinitate est scriptum.

A τύρηται τοῦ Φιλοστράτου, ὧδέ πως εἰρηκότος· « Διδάσκαλος μὲν ἦν (75) αὐτῷ τῶν Πυθαγόρου λόγων οὐ πάνυ σπουδαῖος, οὐδ' ἐνεργῷ τῇ φιλοσοφίᾳ χρώμενος, γαστρός τε ἥττων (76) καὶ Ἀφροδισίων· καὶ κατὰ τὸν Ἐπίκουρον ἐσχημάτιστο. Ἦν δὲ οὗτος Εὔξενος, ὁ ἐξ Ἡρακλείας (77) τοῦ Πόντου. Τὰς δὲ Πυθαγόρου γνώμας (78) ἐγίγνωσκεν, ὥσπερ οἱ ὄρνιθες ἃ μανθάνουσι παρὰ τῶν ἀνθρώπων. » Φεῦ τῆς ἀτοπίας! εἰ παρὰ τούτου λέγοι τις τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς διαλέξεως τὴν ξύνεσιν αὐτὸν εἰληφέναι. Ἀλλὰ δὴ ξυγκεχωρήσθω καὶ ἑτέρων ὑφηγητῶν αὐτὸν ἀκηκοέναι· καίτοιγε τοῦ ξυγγραφέως τοῦτο μηδαμῶς ἐπισημηναμένου· τίς δὴ οὖν τούτων ξύνεσίν τε καὶ φοίτησιν θεῶν, ὁρωμένων καὶ οὐχ ὁρωμένων, αὐτός τε ὡς ὑπὸ Πυθαγόρου εἰδέναι, διδάσκεσθαί τε ἑτέρους ἐπηγγέλλετο;

B Καὶ μὴν οὐδ' ὁ περιδόητος Πλάτων, πάντων γε μᾶλλον τῆς Πυθαγόρου κεκοινωνηκὼς φιλοσοφίας, οὔτ' Ἀρχύτας (79), οὔτ' αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ τὰς Πυθαγόρου γραφῇ παραδοὺς ὁμιλίας, Φιλόλαος (80), οὐδ' εἴ τινες ἄλλοι γνώριμοι τἀνδρὸς γεγονότες, οἱ δόξας τε αὐτοῦ καὶ γνώμας γραφῇ τοῖς μετ' αὐτοῦ(80') παραδεδώκασιν, ἐπὶ τοιαύτῃ τινὶ ἐσεμνύναντο σοφίᾳ. Οὐκοῦν ἑτέρωθεν, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ Πυθαγόρου, τὰ τοιάδε μαθὼν, προσχήματι σεμνολογῶν, ἐπιγράφεται τὴν τοῦ φιλοσόφου πρόσρησιν. Ἵνα δὲ καὶ παραλογώτατα τὸ ψεῦδος (81) ὡς ἀληθές τις γεγονέναι ξυγχωρήσειεν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ αὐτοῦ λέγων (82) ἐκείνου τοῦ Σαμίου, πρὸ μυρίων ὅσων ἐτῶν ἐξ ἀνθρώπων γενομένου, τὰ περὶ τούτων αὐτὸν μεμαθηκέναι. Οὐκοῦν πρὸς τοῖς Ἀραβίοις καὶ τοῦτον διδάσκαλον αὐτοῦ τῆς δὴ νομιζομένης ἀπορ-

C ῥήτου περὶ θεῶν ἐπιστήμης ἐπιγραπτέον. Εἰ δὴ οὖν θείας ἦν φύσεως, κατέψευσται αὐτοῦ τοὺς διδασκάλους ὁ λόγος. Εἰ δ' ἀληθὴς ἦν οὗτος, ψευδὴς ἦν ὁ μῦθος, καὶ οὐκ ἀληθὴς ἡ περὶ τοῦ θεῖον γεγονέναι αὐτὸν γραφή.

520 CAPUT XII.

Non mihi est animus diligentius de Protei spe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Οὔπω μοι τοῦ Πρωτέως τὸ φάσμα πολυπραγμο-

[18] lib. 1, c. 7.

(75) *Μὲν ἦν*. Philostr. habet μὲν γὰρ ἦν.

(76) *Γαστρός τε ἥττων*. Philostr., Γαστρός τε γὰρ ἥττων ἦν.

(77) *Ὁ ἐξ Ἡρακλείας*. Ἐξ omissum, restitui ex Philostrato.

(78) *Γνώμας*. Philostr., δόξας.

(79) *Ἀρχύτας*. Uter vero? nam duo fuisse videntur in Pythagoræ διαδοχῇ. Alter qui ipsum audivit Pythagoram, Jamblich. l. 1, c. 23, Μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι Φιλόλαος, καὶ Εὔρυτος, καὶ Ἀρχύτας τε ὁ πρεσβύτερος. Illeque Philolai magister, ut apud Diogenem est; qui Philolaus primus Pythagorica dogmata scriptis prodidit. Ut posterioris Archytæ alicujus esse oporteat, si quæ sint Pythagorica scripta. Posterioris meminisse videtur apud Photium Anonymus, ἔννατον ἀπὸ Πυθαγόρου διάδοχον Πλάτωνα γεγονέναι Ἀρχύτου πρεσβυτέρου μαθητήν inquiens. Ut Archytam illum octavum in ea successione fuisse oporteat, juniorem priore, quem ipsi Pythagoræ Tarenti successisse dicit Jamblichus. Quamobrem apud Photium νεωτέρου pro πρεσβυτέρου legi malim. Sane ipse Philostratus hic Archytæ Philolaum, tanquam posteriori priorem, opponere videtur. Junioris vero Archytæ vitam Diogenes scripsit. Scriptaque ejus varia, ad quæ hic digitum intendit Eusebius, habes apud Menagium ad Diogen. Laert. lib. VIII, s. 80. quibus addendus videtur liber *Περὶ παίδων ἀγωγῆς*, ipsi Philostrato allegatus, lib. VI *De vita Apollon.*, c. 31.

D (80) *Γραφῇ παραδοὺς ὁμιλ.*, *Φιλόλαος*. Simile hoc opus fuisse videtur Epicteticis Arriani dissertationibus, quales Pythagoræ dissertationes scripsit quoque Moderatus Gaditanus. V. Stephanus Γάδειρα· οὕτω τὰ πέντε βιβλία ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτου Γαδειρέως. Cæterum primus Philolaus fuit, qui Pythagorica publicavit : Diogen., lib. VIII, s. 85, Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα.

(80') *Μετ' αὐτοῦ*. Forte legendum αὐτόν, ut et interpres legisse videtur. EDIT.

(81) *Τὸ ψεῦδος*. Quasi nempe Pythagorica illa sint et a Pythagoreis accepta.

(82) *Λέγων*. Subint. ἐστί, h. e. λέγει. Cæterum κατὰ τὸ ῥητόν verbis supra allegatis dicit Apollonius Σοφία μοι Πυθαγόρου, ὃς θεοὺς θεραπεύειν ὧδέ με ἐδιδάξατο, quæ tamen an satis æque ac dextre interpretetur Eusebius, ut alia plura, hic quidem disquirendi locus non est.

Digitized by Google

νεῖν ἔπεισι, καὶ τὴν περὶ τούτου πίστιν αἰτεῖν, οὐδὲ τῶν παρ' αὐτῷ κύκνων τὰς ἀποδείξεις, οὓς γελοίως τίκτουσαν αὐτὸν τὴν μητέρα καὶ περιστῆσαι (83), καὶ μαιοῦσθαι ἱστορεῖ. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ σκηπτοῦ (84) μυθολογίας τὸν μάρτυρα παρέχειν ἀξιῶ. Οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτων, ὡς ἔφη, Δάμις ἡμῖν ξυνίστωρ (85) ἀφίξεται, μακρῷ ὕστερον ἐν Νίνῳ τῆς Ἀσσυρίας τάνδρὶ ξυνάψας. Ἐγὼ μὲν οὖν εὖ μάλα προθύμως τοῖς εἰκόσι τε καὶ ἀληθείας ἐχομένοις πειθόμενος, εἰ καὶ μείζονά τινα καθ' ὑπερβολὴν ἐς ἔπαινον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ λέγοιτ' ἄν, πιστὰ καὶ παραδεκτέα εἶναί μοι δοκῶ, ὅτι μὴ μόνα τὰ τερατώδη καὶ λήρου πλέα. Οὔκουν φθονείην, εἴ φησιν ὁ ξυγγραφεὺς γένος τε ἀρχαῖον, καὶ τῶν οἰκιστῶν ἀνημμένον τῷ ἀνδρὶ γεγονέναι· καὶ πλουτῶν εἰ οὕτως ἔτυχεν ὑπὲρ τοὺς ἐγχωρίους ἅπαντας· διδασκάλων τε, νέον ὄντα, οὐ μόνον τῶν δεδηλωμένων τυχεῖν, ἀλλ', εἰ δοκεῖ, καὶ τούτων (86) αὐτὸν διδάσκαλον καὶ καθηγητὴν γεγονέναι. Ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινὰ, ὡς τὸν ἐς Ἀσκληπιοῦ θεραπείας χάριν ἀφιγμένον, διὰ γνώμης ἀρίστης ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας. Νοσοῦντι γὰρ δὴ ὑδέρου πάθει, κατάλληλον ἐγκρατείας ὑποθέσθαι δίαιταν τῷ κάμνοντι, καὶ ταύτῃ αὐτὸν ὑγιᾶ καταστῆσαι, καὶ τούτῳ γε τῆς φρονήσεως ἀποδεκτὸν τὸ μειράκιον. Καὶ ὡς τὸν πολυτελῶς (87) θύειν παρεσκευασμένον εἶρξεν, οἷα εἰκὸς ἐπὶ κακίᾳ διαβεβοημένον· καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν ἐγχωρίων ἁπάντων πλουσιώτατόν (88) τε καὶ περιφανέστατον αὐτὸν ὑποτίθεται. Καὶ ἐν σώφροσι δ' αὐτὸν φθόνος οὐδεὶς ἀναγράφειν, ὅτι τε πρὸς τὸν ἐραστὴν, πειρώμενον αὐτοῦ τῆς ὥρας, διελοιδορήσατο, καὶ γυναικείας ὅτι καθαρὸν ἑαυτὸν μίξεως διὰ τέλους, ὡς ὁ λόγος φησὶν, ἤγαγε. Πιστὰ δ' ἔστω καὶ τὰ τῆς πενταετοῦς κατὰ Πυθαγόραν σωπῆς αὐτοῦ, καὶ τὰ, ὅπως ταύτην διήνυσεν, ἐπαίνου ἄξια. Ταῦτα δὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀνθρώπινα, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας καὶ ἀληθείας οὐ πόῤῥω, δέχοιμ' ἄν, περὶ πολλοῦ τὸ εὔγνωμόν τε καὶ φιλάληθες τιμώμενος. Τό γέ τοι κρεῖττον ἀνθρώπου τὴν φύσιν ὑποτίθεσθαι, καὶ παρὰ πόδας (89) ἐναντιολογεῖν, τῆς τε δοθείσης ἀμνημονεῖν ὑποθέσεως, ἔχειν ψόγον ἄν, καὶ διαβολὴν αὐτῷ τε τῷ γράφοντι, καὶ πολὺ πρότερον τῷ γραφομένῳ, περιάψειν ἡγοῦμαι.

A ctro [19] inquirere, ejusque argumenta ut edat postulare, ut item, de cycnis quæ habet [20], probet, quos ridicule matrem ejus, ipsum jam parientem, circumstetisse, eique obstetriciam præstitisse operam narrat. Imo neque ut fabulæ [21] de fulmine testem producat expeto. Neque enim istorum etiam conscius Damis, ad quem provocavit, nobis prodibit, qui diu post demum Nini, Assyriæ urbe, viro se adjunxit. Nempe ego quidem lubentissime probabilibus rebus, et ad verum propius accedentibus fidem habens, licet etiam quædam magnifice magis, per exaggerationem, ad commendationem viri boni afferantur, ea credenda esse amplectendaque mihi persuadeo, modo ne monstrosa sint plane, et stolidis figmentis referta. Neque adeo invideam, quod B dicat historicus, genus esse viro antiquum [22], et quod in primos conditores [patriæ] desinat. Quod item civium omnium ditissimum licat fuisse: præceptoresque [23] adolescentem non clarissimos tantum esse nactum, verum etiam, si ita placeat, eorum ipsum magistrum exstitisse atque doctorem. Esto autem præterea, etiam in rebus [ordinariis et] vulgaribus sagax: ita ut ad Asclepieum medicinæ causa accedentem [24], optimo consilio ab ægritudine liberarit (Aquæ intercutis enim morbo laboranti, convenientem ægro in victu temperantiam quod præceperit, eumque adeo restituerit sanitati, ob hoc quoque prudentiæ [argumentum] laudandus adolescens); ita [porro in rebus vulgaribus sagax sit] ut et magnifice sacris operantem abegerit [25], C quippe affatim ob vitia famosum (nempe hominem ut regionis illius maxime divitem repræsentat, maximeque conspicuum); neque invideam in castissimis eum censeri, quodque amantem [26], ætatem ejus corrumpere tentantem, objurgatum repulerit; quod item a muliebri commercio puram semper, ut historia refert [27], vitam egerit. Fidem etiam inveniant, quæ ad [observatum] ipsi juxta Pythagoræ instituta quinquennio silentium spectant [28], et quidquid, dum illud obtivit, laude fecit dignum. Hæc, inquam, et quidquid ejus est generis, humanam sortem non excedentia, **521** et veræ philosophiæ consentanea, neque nimis ab ipsa veritate aliena, non invitus admiserim; magni sane candorem faciens, et studium veritatis. At vero hominis illius indolem humana majorem fingere, statimque sibi ipsi contradicere, et parum memorem esse antea positorum,

[19] lib. I, c. 4. [20] lib. II, c. 5. [21] ibid. [22] lib. I, c. 4. [23] lib. I, c. 3. [24] lib. I, c. 9. [25] lib. I, c. 19. [26] lib. I, c. 12. [27] lib. I, c. 13. [28] lib. I, c. 14 et 16.

(83) *Περιστῆσαι.* Restituenda ex Philostrato vox fuit, quæ exciderat in editis.

(84) *Τοῦ σκηπτοῦ.* Legendum τοῦ σκηπτοῦ, ut ex Reg. ms. et Philostrato emendaram. HOLSTEN. Nempe in Eusebii editis inepte scriptum erat περὶ τοὺς κήπους.

(85) *Ξυνίστωρ.* Ξυνίστωρ reposui pro ξὺν ἵστορι (quod erat in prioribus editionibus) sententia flagitante HOLSTEN.

(86) *Τούτων.* Sic restitui pro τοῦτον, postulante sententia, et ipsa historia Philostrati concinente, qui Euxeno, magistro in Pythagorica sapientia suo, longe superiorem fuisse discipulum Apollonium dicit.

D

(87) *Καὶ ὡς τὸν πολυτ.* Suspenditur oratio per particulam ὡς a superioribus, ἔστω δ' ἐπὶ τούτοις ἐντρεχὴς καὶ τὰ κοινὰ, ὩΣ τὸν Ἀσκληπιοῦ ἀφιγμένον ἀπαλλάξαι τῆς ἀῤῥωστίας... καὶ ὩΣ τὸν πολυτ. etc.

(88) *Καὶ γ. δ. καὶ τ. ἐγχωρ. ἁπ. πλουσ.* Qualium scelera facilius in vulgus emanare solent, ut adeo Apollonius sine divina scientia, ex fama, quæ ad hominem istum spectabant, potuerit resciscere.

(89) *Παρὰ πόδας.* Ita Reg. cod. pro edito παραδόσας, quod nauci est. HOLSTEN. Hanc lectionem et ipse probo; suspicatus olim fueram, παραδόξως legendum esse.

Digitized by Google

id reprehensionem mereri, atque tum ipsi scriptori tum multo etiam magis ei, de quo scribit, turpitudinem afferre arbitror.

CAPUT XIII.

Atque hæc quidem sunt, quæ ex primo libro [observanda fuere]. Percurramus ea etiam quæ in secundo occurrunt. [29] Itinere ex Perside in Indiam eum porro prosecuta [historia] deducit. Deinde cum aliquid ei obvenisset plane absonum, hoc est insolitum, dæmon scilicet aliquis, quem Empusam quoque appellat [30] : eum in via ubi esset conspicatus, conviciis juxta cum sociis abegisse, narrat. Animantibus vero eis, quibus vescerentur, oblatis [31], ad Damin dixisse, se quidem ipsi et sociis concedere non illibenter ut carnibus vescantur: abstinentiam enim ab iis ad nullam eorum spectare utilitatem : sibi autem hoc conducere ad votum, quod puer fecerit philosophiæ. At vero cui incredibile non videatur, quod ne eum quidem, quem unum habere vitæ imitatorem, præceptisque philosophiæ quem instituebat, non prohibuerit, conjunctissimum licet, victu animantium, quippe impurus qui esset juxta Pythagoræ instituta. At ipse, nescio qua ratione ductus, sibi quidem id minus expedire ait : illis tamen quid ex abstinentia ab animantibus commodi provenire possit, non videre fatetur.

CAPUT XIV.

Post hæc Philostratus, qui veritatis amantissimus « Philalethæ » testimonio perhibetur, quæ veritatis specimina edat, considera. Ad Indos delatum Apollonium interpretem sibi ait ascivisse [32], atque per eum collocutum esse cum Phraota, id enim Indiæ regi nomen fuisse. Nempe qui paulo ante, secundum Philostratum [33], linguarum omnium erat callentissimus, jam juxta eumdem interprete habet opus. Et rursum qui ea novit, quæ animo homines premunt et tantum non ut Deus illorum,

Muti est concipiens animum sensusque tacentis,

jam per interpretem, quo victu rex utatur, inter-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ πρώτου ξυγγράμματος. Ἐπίωμεν δὲ τὰ ἐκ τοῦ δευτέρου. Τὴν ἀπὸ Περσίδος ἐπ' Ἰνδοὺς πορείαν ἄγει παραλαβὼν αὐτὸν ὁ λόγος. Εἶτά τι πεπονθὸς' ἀπειρόκαλον, ὅπερ τι παράδοξον, δαιμόνιόν τι, ὃ καὶ Ἔμπουσαν ὀνομάζει, κατὰ τὴν ὁδὸν ἰδόντα, λοιδορίαις ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀπελάσαι φησί. Καὶ ζώων δὲ αὐτοῖς ἐς τροφὴν προσαχθέντων, εἰρηκέναι αὐτὸν τῷ Δάμιδι, ὡς ἄρα ξυγχωροίη αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἑταίροις (90) σιτεῖσθαι τῶν κρεῶν· τὸ γὰρ ἀπέχεσθαι αὐτῶν, αὐτοῖς μὲν ἐς οὐδὲν ὁρᾶν προβαῖνον (91), ἑαυτῷ δὲ ἐς ἃ ὡμολόγηται πρὸς φιλοσοφίαν ἐκ παιδός. Καίτοι τίς οὐκ ἂν ἀπορήσειεν, ὅτι μηδ' αὐτὸν, ὃν μόνον ἐδόκει τοῦ βίου ζηλωτὴν κεκτῆσθαι, καὶ προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν, εἴργέ τε, οἷα φίλτατον, τῆς τῶν ἐμψύχων, ὡς ἂν οὐχ ὁσίας, κατὰ Πυθαγόραν, τροφῆς. Ὁ δ', οὐκ οἶδ' ὁποίῳ λόγῳ, λέγει (92) μὲν οὐ ξυνοίσειν ἑαυτῷ· κεῖνος δ' οὐδὲν ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἀποχῆς προβαῖνον ὡμολόγει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Φιλόστρατος, ὁ τἀληθὲς τιμᾶν πρὸς τοῦ « Φιλαλήθους » μεμαρτυρημένος (93), ὅρα τῆς ἀληθείας ὁποῖα δείγματα παρίστησι. Γενόμενον παρ' Ἰνδοῖς τὸν Ἀπολλώνιον παραστήσασθαί φησιν ἑρμηνέα, καὶ δι' αὐτοῦ προσδιαλέγεσθαι Φραώτῃ, τοῦτο δ' εἶναι τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν ὄνομα. Καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν, κατ' αὐτὸν, πασῶν γλωττῶν ξυνεὶς, νῦν αὖ, κατὰ τὸν αὐτὸν, ἑρμηνέως δεῖται. Καὶ πάλιν ὁ τὰ κατὰ διανοίας (94) ἀνθρώπων εἰδὼς, καὶ μονονουχὶ κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς Θεὸν (95),

Κωφοῦ τε ξυνιεὶς, καὶ οὐ λαλοῦντος ἀκούων,

ὁποία τίς εἴη τῷ βασιλεῖ δι' ἑρμηνέως ἐρωτᾷ δίαιτα,

[29] lib. II. [30] lib. II, c. 4. [31] lib. II, c. 7. [32] lib. II, c. 26. [33] lib. I, c. 19.

(90) *Ἑταίροις.* Ita malui quam ἑτέροις, quod erat in editis.

(91) *Ἐς οὐδὲν ὁρ. προβαῖνον.* Male Philostrati editi ὡς habebant pro ἐς, et προσβαῖνον pro προβαῖνον, quam utramque lectionem ex Eusebio et mss. rejecimus suo loco.

(92) *Λέγει.* Verissima lectio, quam sola tamen conjectura ducti restituimus : nam editi habent λόγῳ, quod incuria amanuensis natum ex præcedente proximo loco λόγῳ. Unde iteratum λόγῳ frustra esse alii suspicati, plane omisere, indeque porro formam *infinitam* in *subjunctivam* mutavere, ξυνοίσειεν legentes pro ξυνοίσειν, quæ jam inde corruptelæ Holstenii textum occupavere.

(93) *Πρὸς τ. Φιλαλ. μεμαρτυρ.* Vide supra cap. 2.

(94) *Ὁ τὰ κατὰ διανοίας.* Verior hæc editionis Holstenianæ lectio est. Nam Aldus et Morellus ediderant ὁ κατὰ διάνοιαν.

(95) *Κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς Θεόν.* Verterat interpres, *quasi Deus illis insitus*, ac si genium hominibus singulis adjunctum, μυσταγωγὸν τοῦ βίου Eusebius intellexisset ; quem non δαιμόνιον solum, sed et θεόν ipse Plato frequenter appellat. Et Apuleii de deo Socratis liber exstat, hoc est *Περὶ τοῦ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου*, ut Plutarchus et Maximus Tyrius suos inscripsere. Et hunc sive *deum* sive *genium*, *arbitrum omnium non modo actorum, verum etiam cogitationum* Apuleius vocat, quem in ipsis *penitissimis mentibus vice conscientiæ diversari* affirmat, quem *domesticum speculatorem*, *intimum cognitorem*, *individuum arbitrum* appellat. Verum Eusebius hoc loco non *genium*, sed *Apollinem* intelligit, cujus hoc quod sequitur oraculum apud Herodotum lib. I, p. 11 de ipso *Apolline* profertur. Meminit ejus etiam Tertullianus lib. *De orat.*, c. 13 : *Deus autem non vocis sed cordis auditor est sicut conspector. Dæmonium oraculi Pythii* et mutum intelligo et non loquentem audio, *inquit*. Cujus auctoritate versum hunc ita reddidi, *Muti concipiens*, etc. Interpres : *Surdi concipiens animum pariterque tacentis.* Inferius (cap. 41) idem repetitur. HOLSTEN.

Nempe ὁ παρ' αὐτοῖς Θεός est, *qui apud ipsos* (gentiles nempe, et adversarios Eusebii imprimis, Hieroclem, Eusebium et reliquos), *habetur Deus.*

Digitized by Google

ἡγεμόνα τε ἀξιοῖ τῆς ἐς Βραχμᾶνας πορείας γενέσθαι τιν' αὐτῷ. Καὶ μεταξὺ ὁ μὲν τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς, καὶ ταῦτα βάρβαρος ὢν τὴν φύσιν, τὸν ἑρμηνέα ἐκποδὼν μεταστησάμενος, Ἑλλάδι χρῆται πρὸς αὐτὸν τῇ ὁμιλίᾳ, παιδείαν καὶ πολυμάθειαν ἐνδεικνύμενος· ὁ δὲ οὐδ' ὡς, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς τῆς παρ' αὐτοῖς οὐκ ἀμαθῶς ἔχοι φωνῆς, δέον ἀντεφιλοτιμήσατο (96).

A rogat. Ducem item aliquem viæ ad Brachmanas sibi dari non renuit [35]. Interea Indorum rex [36], barbarus licet natalibus, interprete subito submoto, Græce cum ipso loquitur, doctrinæ atque eruditionis edens argumenta. Apollonius vero ne sic quidem, ut |se quoque vicissim linguæ quæ apud Indos obtineret, peritum ostenderet, contra, ut par erat, contendit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἀλλὰ καὶ λαλοῦντος Ἑλλάδι γλώττῃ τοῦ Ἰνδοῦ, ἐκπλήττεται, ᾗ φησιν ὁ Φιλόστρατος, ἀκόλουθα, ὡς ἔοικεν, ἑαυτῷ γράφων. Πῶς γὰρ ἂν ἐξεπλάγη, μὴ οὐχὶ βάρβαρον οἰηθεὶς, καὶ θαυμάσας (97); καὶ ὅτι δὴ τὸν τοιοῦτον οὔ ποτ' ἂν Ἑλληνίσαι προσεδόκησεν; εἶθ', ὥσπερ τι παραδόντι παράδοξον καταπλαγείς, καὶ τὸ τούτου ἔτι (98) ἀγνοῶν αἴτιον, « Εἰπέ μοι, ἔφη ὁ Ἀπολλώνιος, ὦ βασιλεῦ, πόθεν οὕτως ἔχεις φωνῆς Ἑλλάδος; Φιλοσοφία τε ἡ περὶ σὲ πόθεν ἐνταῦθα; οὐδὲ γὰρ ἐς διδασκάλους, οἶμαί γε, ἀναφέρεις, ἐπεὶ μὴ εἶναι Ἰνδοῖς εἰκὸς (99) διδασκάλους τούτου. » Αὗται αἱ παράδοξοι τοῦ πάντα προγνώσει διειλημμένου φωναὶ, ἃς ὁ βασιλεὺς ἀμειβόμενος, ὅτι τε σχολὴ διδασκάλους, καὶ οἵτινες οὗτοι, ἕκαστά τε πατρόθεν τῶν περὶ αὐτὸν ξυμβεβηκότων φράζει.

B Ast et Indo Græce loquente obstupuit, ut Philostratus testatur, scilicet consentanea sibi ipsi scribens. Quid enim obstupuit, si barbarum non esse putavit, idque ob ipsum suspexit? Et cur quacunque re tantum virum Græcos imitaturum esse non exspectavit potius? Porro, quasi res plane singularis ab eo sibi oblata esset, ejusque adhucdum ignorans causam «, Cedo, o rex, inquit Apollonius [37], unde ea tibi sit Græcæ linguæ facultas? Philosophia item, qua imbutus es, unde his regionibus venit? neque enim, ut puto, magistris eam in acceptis fers, nam probabile haud est ejus rei magistros esse Indis.» Hæc miranda sunt in viro, præscientia omnia complexo, verba: quibus respondens rex, quod et præceptores habuerit, et quinam illi fuerint [exponens,] omnia sigillatim, quæ ipsi a natalibus inde obtigerant, exponit [38].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΣ'.

Εἶτα καί τισι τοῦ Ἰνδοῦ δικάζοντος περὶ θησαυροῦ φωραθέντος ἐν ἀγρῷ, πότερα τῷ πριαμένῳ, ἢ τῷ τὸ χωρίον ἀποδομένῳ, δέον οἶμαι (1) τοῦτον, ὁ πάντως φιλόσοφος, καὶ θεοῖς κεχαρισμένος, ἐρωτηθεὶς, ἐπικρίνει τῷ πριαμένῳ, λογισμὸν δὴ αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπειπών· « Ὡς οὐκ ἂν οἱ θεοὶ τὸν μὲν ἀφεῖλον καὶ κατὰ τὴν γῆν (2), εἰ μὴ φαῦλος ἦν, τῷ δ' αὖ (3) καὶ τὰ ὑπὸ γῆν δοῦναι, εἰ μὴ βελτίων ἦν τοῦ ἀποδομένου. » Ὡς κατ' αὐτὸν δὴ ξυνάγεσθαι, τοὺς μὲν εὐπόρους καὶ πλούτῳ διαφέροντας, κἂν αἰσχρότατοι καὶ πανωλέστατοι τυγχάνοιεν, τρισευδαίμονας καὶ θεοφιλεῖς ἡγεῖσθαι, μόνους δ' ἄρα κακοδαίμονάς τε καὶ ἀθλίους τοὺς πενεστάτους, κἂν Σωκράτης, κἂν Διογένης, κἂν αὐτὸς ἐκεῖνος Πυθαγόρας τυγχάνῃ, κἂν ἄλλος, οἱ πάντων ἀνδρῶν σωφρονέστατοί τε καὶ ἐπιεικέστατοι. Εἴποι γὰρ ἄν τις ἑπόμενος τῷ λόγῳ μὴ ἂν κατ' αὐτὸν τοὺς θεοὺς τοὺς μὲν πένητας, τούτους δὴ αὐτοὺς, οἳ κατὰ φιλοσοφίαν διήνεγκαν, ἀφελέσθαι καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν, μὴ

522 CAPUT XV.

CAPUT XVI.

C Inde porro cum jus quibusdam diceret Indus [39] de thesauro in agro reperto, an emptori an venditori agri eum reddere par sit; Apollonius, in omnibus philosophi usus acumine, diisque charissimus, sententiam ubi esset interrogatus, emptori eum addixit, ratione ad verbum hac addita: «Quod dii vendenti haudquaquam agellum etiam fuerint adempturi, improbus nisi sit, emptori vero vicissim latentia etiam sub terra bona concessuri, nisi vendente sit longe melior.» Ut juxta illum concludendum sit, eos qui opibus affluunt, præstantque divitiis, quanquam fœdissimi sint et perditissimi, pro ter beatis tamen, Deoque dilectissimis esse habendos: infelices autem miserosque solos esse eos, qui cum paupertate maxime conflictentur, licet Socratem ipsum vel maxime, ac Diogenem, ipsumque etiam Pythagoram in his esse contingat, D et quemcunque eorum, qui frugalissimi viri, et egregiæ probitatis censentur. Dicat enim quis,

[35] lib. II, c. 40. [36] lib. II, c. 17. [37] lib. II, cap. 29. [38] lib. II, c. 31. [39] lib. II, c. 39.

(96) *Ἀντεφιλοτιμήσ.* Sic ex conjectura rescripsi, cum esset in editis ἀπεφιλοτιμήσατο.

(97) *Μὴ οὐχὶ βάρβ. οἰηθ. καὶ θαυμάσ.* Eo respicit, quod Apollonio Philostratus φιλοσοφεῖν δόξαι Φραώτην testatur, lib. II, cap. 26, initio. Quodque adeo moribus minus barbarus ei visus sit. Vereor autem, ne suum hic Eusebium destituat acumen; cur enim mirari non potuerit Apollonius, linguam Græcorum callere Phraotem, quem moribus minus barbarum deprehenderat, non video.

(98) *Ἔτι.* Ita scribendum esse sententia suadebat. Editi habebant εἴτ'.

(99) *Ἰνδοῖς εἰκός.* Saltem restituendum ex Philostrato εἰκός, quod exciderat apud Eusebium. Cætera apud eum totum hoc κῶλον ita habet: Οὐ γὰρ ἐς διδασκάλους γε οἶμαι ἀναφέρειν, ἐπεὶ μηδὲ εἶναί τινας ἐν Ἰνδοῖς εἰκὸς διδασκάλους τούτου.

(1) *Οἶμαι.* Parum opportunum isti loco mihi videtur verbum οἶμαι, malim substituere δοῦναι, quod etiam in versione expressi.

(2) *Καὶ τὴν γῆν.* Editi καὶ κατὰ τὴν γῆν. Omisimus κατά, quod natum videtur ex repetito καί, forma scribendi abbreviata. Omissum κατά etiam in textu Philostrati.

(3) *Τῷ δ' αὖ.* Omnino ex Philostr. restituendum αὖ pro ἄν quod erat in editis Eusebii.

Digitized by Google

istam rationem sequens, neutiquam juxta eam deos hominibus illis pauperculis, his ipsis, [inquam,] qui philosophia præstantes fuere, ipsa quoque ad victum spectantia subtracturos fuisse, nisi pessimis illi moribus exstitissent: neque illis, qui soluti sunt moribus, affatim etiam minus necessaria præstituros, nisi prioribus exstitissent meliores. Unde nemini obscura istius conclusionis est absurditas.

A οὐχὶ πάντως φαύλους ὄντας τὸν τρόπον· τοῖς δὲ τὸ ἦθος ἀκολαστοτέροις ἄφθονα καὶ τὰ μὴ ἀναγκαῖα παρασχεῖν, εἰ μὴ βελτίους ἐτύγχανον τῶν προτέρων. Ἐξ ὧν παντί γε καταφανὴς ἡ τοῦ ξυμπεράσματος ἀτοπία.

523 CAPUT XVII.

Hisce ex secundo libro expositis ad tertium pergemus, consideraturi quæ ad Brachmanas, fama adeo celebratos, pertinent [39]: qua parte magis occurrunt incredibilia, quam de Thule referuntur. Imo si quid aliud unquam scriptoribus fabulosis monstrosum excogitatum fuit, id omne verisimile valde, imo verissimum, si cum istis compares, videbitur. Quibus omnino mentem advertere etiam operæ B pretium est propter « Philalethæ » jactantiam, nobis credulitatem morumque levitatem tribuentis, sibi vero ac sui similibus accuratum solidumque, ac scientia nixum judicium. Vide igitur quibus se jactet portentis, sanctis evangelistis nostris Philostratum anteponens, ut qui eruditione non modo profecerit maxime, sed veritatis etiam sit maxime studiosus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ταῦτα καὶ ἀπὸ τοῦ δευτέρου παραθέμενοι, ἴωμεν ἐπὶ τὸ τρίτον, τὰ κατὰ τοὺς βεβοημένους ἐποψόμενοι Βραχμᾶνας· ἔνθα δὴ τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα. Καὶ εἴ τί περ ἄλλο τερατῶδές ποτε μυθολόγοις τισὶν ἀναπέπλασται, εὖ μάλα πιστὰ καὶ ἀληθέστατα, ὡς ἐν παραθέσει τούτων, ἀναφανήσεται· οἷς καὶ τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι ἄξιον τῆς τοῦ « Φιλαλήθους » ἕνεκεν αὐθαδείας, ἡμῖν μὲν εὐχέρειαν (4) καὶ κουφότητα τρόπου περιάπτοντος, αὐτῷ δὲ καὶ τοῖς αὐτῷ παραπλησίοις τὴν ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν μετὰ ξυνέσεως κρίσιν. Ὅρα γοῦν ἐφ' οἷς σεμνύνεται παραδόξοις, τῶν ἡμετέρων θείων εὐαγγελιστῶν προκρίνων τὸν Φιλόστρατον, ὡς μὴ μόνον παιδείας ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα, ἀλλὰ καὶ ἀληθείας ἐπιμεμελημένον.

CAPUT XVIII.

Primum igitur quidem in itinere Apollonii [40] ad Brachmanas femina quædam ab eo colore inducitur, a capite ad femur usque candidissima, reliqua vero corporis parte nigra. Montes porro, pergentibus in itinere ad Brachmanas [oblati], pipere consiti [41], ejusque coloni simiæ, draconesque quidam magnitudine stupenda [42], de quorum capitibus ignis flammæ scintillent, quos si quis perimat, in eorum capite mirabiles inveniat lapillos, Gygæ lapidi, cujus apud Platonem mentio, similes. Et hæc quidem sunt quæ, antequam ad Brachmanum tumulum perveniatur, occurrunt. Ut vero hunc quoque attigerunt [43], Sandaracinum illic puteum vidisse ait, aquæ plane mirabilis: juxtaque craterem, ignem continentem, ex quo plumbei coloris flamma sursum tendat. Tum et dolia duo lapidis nigricantis, alterum imbrium, alterumque ventorum, unde Brachmanes iis quibus faveant indigenis [ventos ac pluviam] impertiantur. Quin statuas quoque apud eos esse « Poliadis » Minervæ, Pythiique Apollinis, et D Bacchi, aliorumque quorumdam deorum, quæ Græci colunt. Iarcham autem [44], qui omnibus præsit, appellari « magistrum: » quem viderit considentem, habitu adeo a philosophico dissidente, ut satrapam retulerit potius, in sublimi collocatus solio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Πρῶτα μὲν οὖν ἐν τῇ πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας πορείᾳ τοῦ Ἀπολλωνίου γυνή τις αὐτῷ τὴν χροιὰν, εἰσάγεται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐς ὁσφὺν λευκοτάτη (5), τὸ δὲ ἕτερον μέρος τοῦ σώματος μέλαινα· τὰ δὲ, προϊόντων τῆς ἐπὶ τοὺς Βραχμᾶνας ὁδοῦ, ὄρη, καταπεφυτευμένα τὸ πέπερι, καὶ τούτου πίθηκοι γεωργοὶ, καὶ παράδοξοί τινες τὸ μέγεθος δράκοντες, ὧν ἀπὸ κεφαλῆς λαμπάδες ἀπορρίπτοῦνται πυρὸς, οὓς εἴ τις ἀνέλοι, εὕροι ἂν, φησὶ, παραδόξους λίθους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, τῷ τοῦ Γύγου, τοῦ παρὰ τῷ Πλάτωνι, παραπλησίους. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ πρὸ τοῦ τῶν Βραχμάνων λόφου. Ὡς δὲ καὶ εἰς αὐτὸν ἀφίκοντο, Σανδαρίκινον ἐνταῦθα φρέαρ ὕδατος ἰδεῖν παραδόξου, καὶ κρατῆρα πλησίον πυρὸς, οὗ φλόγα ἀναπέμπεσθαι μολυβδώδη· δύο τε πίθους λίθου μέλανος· τὸν μὲν ὄμβρων, τὸν δὲ ἀνέμων, ἀφ' ὧν τοὺς Βραχμᾶνας, οἷς ἂν εἶεν ἵλεῳ τῆς χώρας, χορηγεῖν. Ἀλλά γε καὶ ἀγάλματα παρ' αὐτοῖς Ἀθηνᾶς « Πολιάδος » καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου, καὶ Διονύσου (6), καὶ ἄλλων τινῶν Ἑλληνικῶν θεῶν. Ἰάρχαν δὲ, τὸν ἐπὶ πάντων, « διδάσκαλον » καλεῖσθαι· ὃν καὶ ἰδεῖν καθεζόμενον, πολλοῦ γε δεῖ φιλοσοφικῶς, σατραπικῷ (7) δ' ἂν μᾶλλον σχήματι, ἐφ' ὑψηλοτάτου δίφρου. Χαλκοῦ δὲ μέλανος οὗτος ἦν, καὶ πεποίκιλτο χρυσέοις ἀγάλμασιν, οἷα δὴ εἰκὸς, τεχνουργῶν βαναύσων τρόπον, πυρὶ καὶ σιδήρῳ μο-

[39] lib. III. [40] lib. III, c. 3. [41] lib. III, c. 4. [42] lib. III, c. 8. [43] lib. III, c. 14. [44] lib. III, c. 16.

(4) *Ἡμῖν μὲν εὐχέρειαν*, etc. Vide supra c. 2.

(5) *Ἀπὸ τ. κεφ. ἐς ὀσφ. λευκ.* Ex memoria sua potius quam ex Philostrato hæc depromit Eusebius, quæ tamen eum hic destituit. Nam Philostratus quidem illam feminam a capite usque ad mammas, nigram, inde reliquo corpore candidam fuisse ait.

(6) *Καὶ Διονύσου.* In editis additum Δηλίου, quod Eusebii esse nequit, qui ignorare non poterat *Delii* cognomen in Bacchicis haud esse. Puto ego docta manu quadam Δηλίου in margine primo adnotatum fuisse, ut scilicet notaretur apud Philostratum pro Ἀπόλλωνος Πυθίου legi, Ἀπόλλωνος Δηλίου: idque postea indoctum librarium in textum post Διονύσου imperite intrusisse.

(7) *Σατραπικῷ.* Ita legendum omnino pro σατραπικῶς quod erat in editis.

Digitized by Google

χθοῦντας τοὺς φιλοσόφους τεχνουργεῖν, ἢ καὶ, θαυ- A
ματοποιῶν δίκην, αὐτόματον ἀποτελεῖν τὸ δημιούρ-
γημα. Οἱ δὲ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτὸν διδάσκαλον
δίφροι χαλκοῖ μὲν, φησὶν, ἄσημοι δ' ἦσαν, καὶ ἧττον
ὑψηλοί. Ἔδει γάρ που τυράννου πάντως σχήματι
προνομίας τῆς ἐν ἀγάλμασι, καὶ χρυσῷ τὸν τῆς θείας
φιλοσοφίας διδάσκαλον ἀξιοῦσθαι.

Erat autem illud ex ære nigro, aureisque ornatum statuis, quales scilicet, fabrorum more verosimile sit sapientes, igni ferroque adhibito, fabricare; quin et præstigiatorum ritu ita opus instruere, ut sponte sua moveatur. Cæterarum autem, qui assidebant magistro, sedes, æreæ quidem, uti ait, signis tamen ornatæ non erant, minusque sublimes. Nempe erat conveniens omnino regio ornatui prærogativa, in statuis illis consistens, [conveniens item] auro honorare divinæ philosophiæ magistrum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Πρῶτον δὲ τὸν Ἰάρχαν ἰδόντα, φησὶ, τὸν Ἀπολλώνιον, ἐξ ὀνόματός τε προσειπεῖν (8) Ἑλλάδι τῇ φωνῇ, καὶ ἣν αὐτῷ παρὰ Φραώτου κομίζει ἐπιστολὴν αἰτῆσαι, κατὰ πρόγνωσιν ἤδη τοῦτο προειληφότα. Ἐνδείξασθαί τε τὸ ἔνθεον τῆς προγνώσεως, προειρηκότα, ὡς ἄρα ἑνὶ γράμματι, τῷ « Δέλτα, » λείποι ἡ ἐπιστολή. Ἄρξασθαί τε ἀπειροκάλως εὐθὺς ἀπὸ πρώτης ὁμιλίας, ἀπειροπλούτου δίκην, ἐνεπιδείκνυσθαι τὸ τῆς προγνώσεως πλεονέκτημα, πατέρα καὶ μητέρα καταλέγοντα τοῦ Ἀπολλωνίου, γένος τε καὶ τροφὴν, καὶ παιδείαν, καὶ τὰς κατὰ χρόνους ἀποδημίας, καὶ τὴν ἐς αὐτὸν πορείαν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πεπραγμένα αὐτῷ καὶ ὡμιλημένα. Εἶτα δέ φησιν οὗτος ὁ θαυμάσιος συγγραφεὺς, τοὺς Βραχμᾶνας, ἅμα τῷ Ἀπολλωνίῳ, χρισαμένους ἠλεκτρίνῳ φαρμάκῳ, λούσασθαι· καὶ περιστάντας ὡς ἐν χορῷ τὴν γῆν τύψαι ταῖς ῥάβδοις· τὴν δὲ κυρτωθεῖσαν ἀναπέμψαι αὐτοὺς ἐς δίπηχυ τοῦ ἀέρος, ἑστάναι τε αὐτοὺς μετεώρους ἐν αὐτῷ ἀέρι ἐπί τι χρόνου διάστημα, ἕλκειν δὲ καὶ πῦρ ἀπὸ τοῦ ἡλίου, ὅτε βούλοιντο, αὐτομάτως. Τούτοις δ' ἐπιφέρει παράδοξον ὁ θαυματολόγος· ὡς ἄρα τρίποδες Πυθικοὶ τέτταρες ἐξεκυκλήθησαν (9), αὐτόματοι φοιτῶντες· καὶ εἰκάζει δὴ οὖν αὐτοὺς τοῖς Ὁμηρείοις· οἰνοχόους τ' ἐπὶ τούτοις ἐκ χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην (10) ἵστησι τέτταρας. Ἐπιλέγει δὲ ὡς ἄρα καὶ ἡ γῆ αὐτομάτως ὑπεστρώννυτο αὐτοῖς πόας. Τῶν δὲ τριπόδων οἱ μὲν δύο, φησὶν, οἴνου ἀπέρρεον, οἱ δὲ ἕτεροι δύο, ὁ μὲν ὕδατος θερμοῦ κρᾶσιν παρεῖχεν, ὁ δ' αὖ ψυχροῦ. Τοὺς δὲ οἰνοχόους τοὺς χαλκοῦς ἀρύεσθαι εὐμέτρως τοῦ τε οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος· περιελαύνειν γε κύκλῳ τὰς κύλικας, ὥσπερ ἐν τοῖς πότοις (11).

Iarcham autem, ubi primum Apollonium conspexisset, nominatim eum salutasse ait Græca lingua, reddique sibi epistolam, quam a Phraota ipsi afferebat, postulasse, mente præsaga ea de re jam antea edoctum. Nempe demonstrasse divinitus sibi B
res antea perspectas esse, prædicendo una littera, « Delta, » deficere epistolam. Cœpisse autem parum modeste prima statim conversatione, more eorum qui vastis divitiis abundant, absconditarum rerum jactare scientiam, patrem recensendo Apollonii et matrem, et genus omne, educationemque et institutionem, variisque temporibus susceptas peregrinationes, et quod ad ipsum instituerat iter, quæque ipsi in eo gesta dictave fuerant. Inde porro egregius ille scriptor narrat [45], electrino unguento unctos Brachmanas cum Tyanensi, balneo usos esse, eumque ambientes, choro quasi, terram scipionibus feriisse; eam vero in gibbum resilientem, altitudine bicubitali eos in aerem extulisse, pensilesque aliquandiu in ipso aere illos substitisse. Derivare item eos ubi voluerint, ex sole ignem, sponte sequentem. Atque istis omnibus rem plane stupendam portentosus ille scriptor jungit [46]; ut tripodes nempe, Pythiis similes, quatuor, sponte sua moventes, in medium processerint; eosque Homericis similes esse ait. Pincernas autem iis ex ære, si materiam spectes, qui ministrarent, statuit quatuor. Addit etiam, ut terra sponte gramina substraverit. Tripodum autem binos ait vino manasse, reliquorum vero alterum calidæ admiscendæ copiam fecisse, alterum frigidæ; æreosque pincernas vinum pariter et aquam larga hausisse mensura; calices enim circumlatos esse, ut fieri in compotationibus assolet. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ταῦτα Ἱεροκλεῖ, τὰ ἀνωτάτω (12) καὶ καθόλου δικαστήρια πεπιστευμένῳ, μετὰ πολλῆς ἀνετάσεως

524 CAPUT XIX.

525 CAPUT XX.

Ista Hierocli, supremis in provinciis præfecto dicasteriis, multa instituta disquisitione, vera esse

[45] lib. III, c. 17. [46] lib. III, c. 27.

(8) *Προσειπεῖν*. Ita ex Philostrato scribendum; male enim in editis Eusebii est προειπεῖν. D

(9) *Ἐξεκυκλήθησαν*. Vox in theatris usitata de illis, quæ machinis occultis in scenam provehebantur; utitur eadem, ubi de his Brachmanum artibus loquitur, Thespesion gymnosophista apud Philostratum lib. VI, *De vita Apollonii*, cap. 10. Loco autem ubi hæc referuntur proprio verbum ἐξεπορεύθησαν Philostr. adhibuit.

(10) *Χαλκοῦ διακόνους τὴν ὕλην*. Ægre mihi facit vox διακόνους interposita vocibus natura sua conjungendis, neque hac ratione divellendis, nisi invito linguæ genio, eam itaque omitti plane malim, nihil enim ea est opus.

(11) *Πότοις*. Male in editis habebatur ποταμοῖς, quod secure nimis secutus fuit Acciolus, qui vertit: *Sed et calices actos in gyrum quasi vorticoso flumine impellebant*. Eo tutius autem πότοις substituas, quod ipsa hic Philostrati verba retinuerit Eusebius, in cujus textu πότοις codicum omnium consensu legitur. Eamdem lectionem Salmasium quoque restituisse, post animadverti.

(12) *Τὰ ἀνωτάτω*, etc. Eadem verbis iisdem habes supra, cap. 5.

Digitized by Google

videntur atque explorata, nostra autem simplicitas, levitasque animi longe maxima ab eo damnatur. Ipse autem talia credens Philostrato, his ipsis verbis se jactat, inquiens : « Videamus enim, quanto nos melius hæc atque prudentius admittamus, et quæ de præclaris virtute viris sententia nostra sit. »

A ἀληθῆ καὶ πιστὰ εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἡμῶν μὲν εὐχέρεια καὶ κουφότης (13) πλείστη ὅση κατέγνωσται παρ' αὐτῷ· αὐτὸς δὲ, τοιαῦτα Φιλοστράτῳ πιστεύων, αὐτοῖς δὴ ῥήμασι σεμνύνεται λέγων· « Σκεψώμεθά γε μὴν ὅσῳ βέλτιον καὶ ξυνετώτερον ἡμεῖς ἐκδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα, καὶ ἣν περὶ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν ἔχομεν γνώμην. »

CAPUT XXI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

In apparato porro hoc modo convivio, juxta ipsum Philostratum [47], Indorum inducitur rex, compotationem instituens cum philosophis. Hunc vero superbe se gessisse et in philosophiam debacchatum narrat, crapula item apud eos incaluisse, cumque ipso sole de principatu contendisse, aliaque elato animo jactitasse. Rursum autem per interpretem ista ab eo accepisse Apollonium; vicissimque regem allocutum esse, Iarcha vicem interpretis sustinente. Qui autem admiratione dignum haud existimemus, quod superbum tantopere, absurde adeo debacchari, et crapulæ indulgere verosimile queat videri, quem ne ad philosophorum quidem, nedum deis similium virorum penates par erat accedere? Quid vero est, quod semideos eos appellem, et dignitati virorum illudo? quandoquidem, Apollonio interrogante [48], quosnam se esse putarent? deos se esse respondit Iarchas. Qui etiam [49] apud convivas, ut qui deus esset, modo quidem philosophum minime addecente, multo minus conveniente dei, quem se esse professus est, dignitati, phialæ incumbens, compotationem incepit. Ea vero dum, narrante historico, omnibus affatim potum præberet, liberaliter [latices] submittebat, perinde ac fontes occulti haurientibus [aquas submittere solent].

B Ἐπὶ τοιούτῳ δὴ τῷ συμποσίῳ, κατὰ τὸν αὐτὸν Φιλόστρατον, βασιλεὺς ἐγχωριάζων Ἰνδοῖς εἰσάγεται, συμπίνων τοῖς φιλοσόφοις. Τοῦτον δὲ ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν φιλοσοφίᾳ, μεθύσκεσθαί τε παρ' αὐτοῖς, καὶ ἀντιπαρεξάγειν τῷ ἡλίῳ, καὶ ἀλαζονεύεσθαι ἱστορεῖ. Καὶ πάλιν τὸν Ἀπολλώνιον δι' ἑρμηνέως τὰ παρὰ τούτου μανθάνειν· καὶ αὖ πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνα λέγεσθαι, ὑφερμηνεύοντος τοῦ Ἴαρχα. Καὶ πῶς οὐ θαυμάζειν ἄξιον, ὅπως τὸν ὑβριστὴν καὶ ἀτοπώτατον παροινεῖν καὶ μεθύσκεσθαι παρὰ τηλικούτοις εἰκὸς ἦν, ὃν οὐδὲ παριέναι ἄξιον ἐν φιλοσόφων, μήτι γε καὶ ἰσοθέων ἑστίᾳ; Τί δέ μοι ἰσοθέους τούτους καλεῖν, καὶ τῆς ἀξίας ἐνυβρίζειν τοὺς ἄνδρας; ὁπότε, πυθομένου τοῦ Ἀπολλωνίου, τίνας ἑαυτοὺς ἡγοῦνται, θεοὺς, ἔφη ὁ Ἴαρχας· ὃς καὶ τοῖς συμπόταις, οἷα δὴ θεὸς (14-15), φιλοσόφου μὲν ἥκιστα τρόπῳ, πολλοῦ γε δεῖ, μήτι γε μᾶλλον, οὗ ἔφησε, θεοῦ ἀξίως, τὴν φιάλην ἐπικύπτων (16) ἐξῆρχεν. Ἡ δὲ, φησὶν ὁ συγγραφεὺς, ὡς ἄρα ἐπότιζε (17) ἱκανῶς πάντας, ἐπεδίδου (18), καθάπερ αἱ ἀπόῤῥητοι πηγαὶ τοῖς ἀνιμωμένοις.

CAPUT XXII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

C Succedunt inde mutui sermones et philosophicæ disputationes, Iarcha docente [50] ut sua olim anima in alio hominis, qui rex fuerit, exstiterit corpore, atque talia quædam in eo patraverit: Apollonio vicissim [51], ut navis Ægyptiæ exstiterit gubernator, quæque sibi gesta tum fuerint, narrante. Quæstiones vero et responsiones utriusque sunt tales, qualium ne mentionem quidem fecisse, sapientia maxime erat dignum. Interrogasse ergo Apollonium refert [52], aureane apud eos aqua inveniretur? O plenam sapientiæ, o admirandam quæstio-

Μετὰ ταῦτα κοιναὶ λόγων ὁμιλίαι, καὶ σπουδαιολογίαι τῶν φιλοσόφων, τοῦ μὲν Ἴαρχα διδάσκοντος, ὡς ἄρα ποτὲ αὐτῷ ἡ ψυχὴ ἐν ἑτέρῳ, ἀνθρώπου βασιλέως, γένοιτο σώματι, καὶ τοιάδε τινὰ αὐτῷ πεπραγμένα εἴη· τοῦ Ἀπολλωνίου δὲ, ὡς νηὸς Αἰγυπτίας ποτὲ γένοιτο κυβερνήτης, καὶ τοσαῦτα διαπράξοιτο. Πεύσεις τε καὶ ἀποκρίσεις ἑκάστου, ὧν καὶ τῆς σοφίας ἄξιον μηδαμῶς παρεχθέσθαι τὴν μνήμην. Ἐρέσθαι δέ φησι τὸν Ἀπολλώνιον, εἰ ἔστι παρ' αὐτοῖς χρύσεον ὕδωρ; Ὦ τοῦ σοφοῦ καὶ παραδόξου πύσματος! Καὶ περὶ ἀνθρώπων δὲ ὑπὸ γῆν οἰκούντων, καὶ

[47] lib. III, c. 25, [48] lib. III, 18. [49] lib. III, c. 32. [50] lib. III, c. 19, 20. [51] lib. III, c. 23. [52] lib. III, c. 45.

(13) *Ἡμῶν μὲν εὐχ. καὶ κουφότ.* Ipsa Hieroclis verba, quibus eam Christianis exprobrabat, habes supra, cap. 1.

(14-15) *Οἷα δὴ θεός.* Verba ista mihi præter rem videntur, nescio unde, in textum esse admissa.

(16) *Ἐπικύπτων.* Ita certissime restituendum ex Philostrato : Vide observata ad lib. III, cap. 32, n. 5, et lib. II, cap. 28, n. 6, nempe κύπτοντας πίναν est canum aliorumque ejus generis animalium, ut liquet ex observatis posteriore loco, idque adeo viris gravibus, nedum philosophis, valde indignum, bibere ex tantæ molis crateribus, ut pronis etiam ex iis potus esset hauriendus.

(17) *Ἐπότιζε.* Delenda erat vox nihili ἐπόντιζε, et ex Philostrato atque Reg. cod. ἐπότιζε substituendum. HOLSTEN.

(18) *Ἐπεδίδου.* Holstenius ex Philostrato addenda post ἐπεδίδου putabat verba τὸ νᾶμα ἀφθόνως, sine quibus cætera non cohærere putabat. Sed pace ejus dictum sit, sine istis etiam apte cohæreant reliqua, nam ἐπιδιδόναι πηγή, nulla alia re addita, dici fons potest. Sic enim apud Atticos scriptores ipsumque Philostratum passim aliqua res ἐπιδιδόναι dicitur, non addita in sexto casu re, qua proficit vel incrementa capit, quæ adeo ex ipsis circumstantiis sit intelligenda. Omittenda itaque ea verba hic duximus, cum neque necessitas ea postulet, neque eorum in codd. Eusebianis vestigium ullum appareat.

Digitized by Google

Πυγμαίων ἄλλων, καὶ ωκιαπόδων ἀνερωτᾷ. Καὶ εἰ γίγνοιτο παρ' αὐτοῖς ζῴον τετράπουν, ὃ λέγεται Μαντιχόρα (19), ὃ τὴν κεφαλὴν ἀνθρώπῳ εἰκάσθαι, λέοντι δὲ ὠμοιῶσθαι τὸ μέγεθος, τὴν δὲ οὐρὰν ἐκφέρειν πηχυαίας καὶ ἀκανθώδεις τὰς τρίχας (20), ἃς βάλλειν ὥσπερ τοξεύματα ἐς τοὺς θηρῶντας. Καὶ τοιαῦτα μὲν τὸν Ἀπολλώνιον ἀνερωτᾶν· τὸν δὲ Ἰάρχαν διδάσκειν αὐτὸν περὶ μὲν τῶν Πυγμαίων, ὡς ἄρα εἶεν οἰκοῦντες μὲν ὑπόγειοι, διατρίβοντες δὲ ὑπὸ τὸν Γάγγην ποταμὸν ζῶντες· περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὡς ἀνύπαρκτα εἴη. A

nem! Interrogasse item de hominibus subterraneas regiones incolentibus, aliis item qui pygmæi dicantur, et umbripedes. An item apud eos quadrupes obvium sit animal, Mantichora, quod hominem capite referat, mole corporis leonem exæquet, caudæque loco promittat cubitales setas, acanthis similes, quas veluti sagittas in venatores jaculetur. Atque hæc Apollonium quidem [ait] interrogasse, Iarcham autem de pygmæis quidem eum docuisse, subterraneas specus eos habitare, sub Gange fluvio vitam degentes; de cæteris vero, nuspiam ea exsistere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἔριον ἐπὶ τούτοις φυόμενον αὐτοῖς ἀπὸ γῆς ἐς ἐσθῆτος ὕλην ὁ Φιλόστρατος ἀναγράφει, πάντως δήπου τῶν φιλοσόφων ἱστὸν ἐποιχομένων, καὶ ταλασιουργίαις ἐς ἐσθῆτος κατεργασίαν ἐκπονουμένων (οὐδὲ γὰρ εἰσῆκται (21) παρ' αὐτοῖς γυναικεῖον φῦλον), εἰ μὴ καὶ τοῦτο φήσειεν αὐτόματον αὐτοῖς παραδόξως δι' ἱερέας (22) ἐς ἐσθῆτα μεταφύεσθαι. Φέρειν δ' ἕκαστον αὐτῶν ῥάβδον καὶ δακτύλιον, ἀπόῤῥητον ἔχοντα ἰσχύν. Εἶτα παραδοξοποιαὶ τοῦ Βραχμᾶνος, ὡς δαιμονῶντα δι' ἐπιστολῆς ἀνακαλέσοιτο, ὡς χωλεύοντα καταψήσας τὸν γλουτὸν θεραπεύσειεν, ὡς τυφλῷ τὸ βλέπειν, καὶ ἀδρανεῖ τινι τὴν χεῖρα σῶαν χαρίζοιτο. B

526 CAPUT XXIII.

Præterea lanam commemorat Philostratus [53] e terra illis provenientem, ut vestibus materiam præbeat; philosophis nempe pectine telas omnino percurrentibus, et lanificium ad vestes comparandas exercentibus (neque enim muliebris sexus contubernio apud eos admittitur), nisi et lanam dicat sponte sua apud eos miraculo quodam in sacerdotum gratiam transformari in vestes. Gestare porro quemvis eorum baculum refert et annulum, arcana præstantem virtute. Sequuntur inde Brachmanis miracula, ut dæmone malo correptum missa epistola restituerit [54], ut item solo attactu eum, qui luxatam habebat apophysin ossis majoris femoris, sanaverit [55]: ut oculis item capto visum, atque manu laboranti, integram eam restituerit [56].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ.

Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο πραγμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι (23) τῷ συγγραφεῖ. Δῆλα γὰρ ὡς ἀληθῆ καὶ ταῦτα, ὅτε βροντάς τε καὶ ἀνέμους ἐν πίθοις, τρίποδάς τε ἐκ λίθου φοιτῶντας αὐτομάτως, καὶ οἰνοχόους ἀπὸ χαλκοῦ περιελαύνειν ἐν κύκλῳ τὰς κύλικας προϊστορήσας, διὰ τῆς περὶ τούτων, ὡς ἀληθῶν, ἀφηγήσεως καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἐξέφηνέ τε καὶ διήλεγξε τὴν μυθολογίαν. C

CAPUT XXIV.

Bene eveniat auctori, qui nos opera sublevat. Nempe quam vera ista sint etiam manifestum est, quando tonitrua ventosque in doliis [57], et tripodas ex saxo proprio motu obambulantes [58], æneosque pincernas, calices in orbem circumferentes, commemorans primum, hæc ipsa quasi vera narrando, reliqua etiam omnia meras fabulas esse prodit atque arguit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Εἰρηκέναι δέ φησιν ὁ Φιλόστρατος τὸν Δάμιν, δίχα τῆς αὐτοῦ παρουσίας καὶ τῷ Ἰάρχᾳ συμφιλοσοφῆσαι τὸν Ἀπολλώνιον, εἰληφέναι τε παρ' αὐτοῦ δακτυλίους

CAPUT XXV.

Refert autem Philostratus [59] etiam Damin dixisse, se non præsente quoque cum Iarcha Apollonium philosophatum esse, munusque ab eo tulisse

[53] lib. III, c. 15. [54] lib. III, c. 38. [55] lib. III, c. 39. [56] ibid. [57] lib. III, c. 14. [58] lib. III, c. 27. [59] lib. III, c. 41.

(19) *Μαντιχόρα*. Apud Philostr. est Μαρτιχόρα.

(20) *Τὰς τρίχας*. Manca omnino sine istis vocibus oratio, quas ex Philostrato proinde restituendas Eusebio putavimus, pariter ac voculam καί ante ἀκανθώδεις.

(21) *Εἰσῆκται*. Vox Eusebii ætate in hoc negotio frequentissima, inde συνείσακτοι dictæ feminæ, variis ministeriis destinatæ, et in clericorum, severiorem etiam vitam professorum, contubernio viventes, de quibus multa in antiquis Ecclesiarum canonibus. Epiphanius hær. LXIII de quodam in Palæstina episcopo, qui e confessorum numero fuerit: Ἐσχηκότος δὲ τοιαύτας γυναῖκας, ἐξυπηρετουμένας αὐτῷ, φημὶ δὲ *συνεισάκτους*. Idem de *Hieracitis*: Χλευάζονται τελειότατα δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος *συνεισάκτους* γυναῖκας, δι' ἃς εἰώθασι φιλοτιμεῖσθαι ἔχειν εἰς *ὑπηρεσίαν*. Vides συνεισάκτους dici mulieres illas, quæ *ministerii* causa cum istis hominibus vivant, γάμου καὶ συνουσίας χωρίς, ut Chrysostomus orat. *Εἰς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτ.* docet, t. VI, p. 214, edit. Savil. Vide plura de his apud Cotelerium ad Hermæ vis. I, not. 1, et ad vis. II, not. 13, et Bevereg. in can. III concilii Nicæni I. Hinc Eusebius apte vocem εἰσάγεσθαι ex usu illius ævi adhibet, de mulieribus loquens, quæ philosophorum si non libidini, ministeriis saltem, de quibus hic sermo, vacare debebant.

(22) *Δι' ἱερέας*. Hæc adduntur, ad exprimendam Philostrati sententiam τοῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται, nempe non ordinarius ille vestitus, sed eorum qui sacerdotalia obirent officia.

(23) *Πραγμάτων ἡμᾶς ἀπολύσαντι*. Nempe ita strenue et aperte mentiri innuit Philostratum, ut fabulis manifestis suspecta reliqua etiam faciat; ut adeo refutationis opera sublevetur ipse, mentiendi in adversario impudentia.

Digitized by Google

[7] Gen. xi, 7. [8] ibid. 5. [9] Gen. xii, 1-3. [10] ibid. 7. [11] Gen. xiii, 14. [12] Gen. xv, 1. [13] ibid. 7. [14] Gen. xvii, 1. [15] Gen. xviii, 1-4. [16] ibid. 16-20.

Digitized by Google

σας Ἀβραὰμ εἶπεν, Μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς· καὶ ἔστι ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής· ἐὰν ὦσι πεντήκοντα δίκαιοι ἐν τῇ πόλει, ἀπολέσεις αὐτούς; Οὐκ ἀνήσεις πάντα τὸν τόπον ἕνεκεν τῶν πεντήκοντα δικαίων, ἐὰν ὦσιν ἐν αὐτῇ; Μηδαμῶς σὺ ποιήσεις ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο τοῦ ἀποκτεῖναι δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς· καὶ ἔσται ὁ δίκαιος ὡς ὁ ἀσεβής· μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; » Καὶ μεθ' ἑτερά φησιν ἡ Γραφή· « Ἀπῆλθεν δὲ Κύριος ὡς ἐπαύσατο λαλῶν τῷ Ἀβραάμ. Εἰσῆλθον δὲ καὶ οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας· Λὼτ δὲ ἐκάθητο παρὰ τὴν πύλην Σοδόμων. »

A pio? Sitve justus ut impius? Si fuerint quinquaginta justi in civitate, peribunt simul? Nonne parces loco illi propter quinquaginta justos, si fuerint in eo? Absit a te ut rem hanc facias, et occidas justum cum impio, flatque justus sicut impius; non est hoc tuum, qui judicas omnem terram; nequaquam facies judicium hoc [17]. » Et post pauca dicit Scriptura: « Abiit autem Dominus, postquam cessavit loqui ad Abraham [18]; veneruntque duo angeli in Sodomam vespere, et sedente Lot in foribus civitatis [19]. »

Ἐπιστῆσαι ἄξιον πότερον ἄγγελος ὁ τυχὼν κατὰ τοὺς τόπους δηλοῦται ὁ τοὺς χρηματισμοὺς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ πεποιημένος, ἢ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἢ τρίτος τις παρὰ τούτους ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃν μετὰ τὸν ἀνωτάτω Πατέρα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων Κύριον καὶ Θεὸν ἀποκαλεῖν ἔθος τῇ ἱερᾷ Γραφῇ· ἔτι τε ζητῆσαι, τίς ἦν ὁ τῶν τριῶν τῶν ὀφθέντων τῷ Ἀβραὰμ ἀνδρῶν, πρὸς ὃν αὐτός τε εἶπεν, « Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου· » καὶ πάλιν, « Μηδαμῶς· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν· » περὶ οὗ καὶ ἡ θεία Γραφὴ οὐ μόνον πρῶτον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἱστορικῶς φησιν, « Ὤφθη δὲ αὐτῷ Κύριος, » ἐπὶ τῇ (f. 5) « Κύριος » προσηγορίᾳ τοῦ ἀνεκφωνήτου ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τεταγμένου ὀνόματος, ὅπερ οὐδεπώποτε ἐπὶ ἀγγελικῆς δυνάμεως παρείληπται. Ὅτε γοῦν ὁ Λὼτ τοῖς εἰς Σόδομα ἐλθοῦσιν ἀγγέλοις ἀναγέγραπται λέγων, « Δέομαι, Κύριε, ἐπειδὴ εὗρεν ὁ παῖς σου ἔλεος ἐνώπιόν σου, » κεῖται μὲν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τὸ, « Κύριε, » ἀλλ' οὐ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπὶ τοῦ ἀῤῥήτου ὀνόματος τοῦ Θεοῦ παραλαμβανομένων, δι' ἑτέρων δὲ συλλαβῶν δι' ὧν καὶ ὁ παρ' ἀνθρώποις ὀνομαζόμενος κύριος τῶν πρός τι τυγχάνων, οἷον οἰκέτου κύριος, παρ' Ἑβραίοις ἐγγέγραπται· ἀλλ' οὐδέν γε τούτοις ἔχον παραπλήσιον τὸ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ αὐθεντείας διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων παραλαμβανόμενον ἔν τε ταῖς ἀναγεγραμμέναις τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὀπτασίαις ἐμφερόμενον σαφῶς παρίστησιν, μηδὲ ἄγγελον, μηδὲ ὀλίγῳ τοῦτον ἐπαναβεβηκυῖάν τινα θείαν δύναμιν αὐτῷ κεχρηματικέναι, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν, οὗ τὴν ἄῤῥητον ἐκφώνησιν, αὐτὴν δὴ ταύτην κατὰ τοὺς τόπους διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐμφερομένην, μόνος ὁ ἀρχιερεὺς ἐπὶ τοῦ μετώπου περιέκειτο φέρων ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ πετάλου τὸ λεγόμενον « Ἐκτύπωμα σφραγίδος, ἁγιάσμα[τος] Κυρίου. » Καὶ ὅτι γε οὐκ ἀδιάφορόν ἐστι τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐπ' ἀγγέλων χρῆσθαι τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, πρόδηλον ἐκ τοῦ σφόδρα παρατετηρημένως ποτὲ μὲν αὐτὸν τὸν Θεὸν ἢ τὸν διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενον Κύριον ὤφθαί τε καὶ κεχρηκέναι τοῖς δικαίοις ἱστορεῖν, ποτὲ δὲ ἀγγέλους ἀναγράφειν τοὺς ἑωραμένους. Σαφῶς οὖν ὁ τῇ Ἄγαρ ἀλωμένῃ ἐπιφανεὶς ἄγγελος ἦν· καὶ γὰρ ἐχρῆν ἐκείνῃ μὲν, ἅτε πλεῖστον ὅσον ἀπολειπομένῃ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ οὐδέν τι πλέον ἀγγελικῆς ὀπτασίας θεωρεῖν δυναμένῃ, κατάλληλον τὴν ὀπτα-

Scire est operæ pretium, utrum sit angelus qui his in Scripturæ locis Abrahamo apparuisse ostenditur, an ipse omnium Deus, vel tertius aliquis, Dei scilicet Verbum, quem post altissimum Patrem, et Deum omnium Dominum, et Deum vocare in sacra Scriptura solent; necnon inquirere quis esset trium virorum, qui Abrahamo visi sunt, ad quem ille dixerit: « Domine, si inveni gratiam in oculis tuis [20]; » et rursus: « Non est hoc tuum: qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc [21]. » De quo et divina Scriptura non tantum semel, sed rursus et tertio reapse dixit: « Visus autem ei Dominus [22], » ubi « Dominus » ineffabili appellatione in Hebraico textu designatur, quæ scilicet nusquam de angelica potestate usurpatur. Cum igitur Lot venientibus in Sodomam angelis dixisse fertur: « Quæso, Domine mi, quia invenit servus tuus gratiam coram te [23], » invenitur in Hebraico textu, « Domine, » sed non quatuor litteris designatus quæ apud Hebræos ineffabile Dei nomen exprimunt, sed alia denominatione, quæ vulgo apud Hebræos de alicujus inter homines domino, veluti de servi domino, usurpatur. Nihil vero tale invenias in denominatione quæ ad Dei auctoritatem spectat, in tetragrammato scilicet, quod in relatis Dei ad Abrahamum apparitionibus usurpatur. Hoc itaque nec angelus, nec angelo paulo superior aliqua divina potestas designatur, sed Deus ipse, cujus ineffabile nomen, utpote distincte quatuor litteris exaratum, solus summus pontifex, fronte gestabat in lamina aurea quæ appellabatur: « Cælatum sigillum, sanctum Domino [24]. » Manifestum est autem divinam Scripturam non indiscriminatim hanc angelis attribuisse denominationem, præsertim cum accuratissime nunc ipsum Deum, vel tetragrammato denominatum Dominum apparuisse et cum justis conversatum fuisse meminerit, nunc vero angelos visos fuisse. Manifeste igitur angelus erat, qui Agar erranti visus. Decebat enim huic quidem, prout ab Abrahamo penitus derelictæ, nec quidpiam angelica visione majus intueri valenti, obviam fieri per præsentem angelum visionem, dum Abrahamo clarior, Dei scilicet ipsius, manifestatio fieret. Quippe cætera ipsa ad eum Dei verba parum congrua essent, si quis ea ad

[17] Gen. xviii, 22-25. [18] ibid. 33. [19] Gen. xix, 1. [20] Gen. xviii, 3. [21] ibid. 25. [22] ibid. 1. [23] Gen. xix. 18, 19. [24] Exod. xxviii, 36.

Digitized by Google

angelos referre conaretur; unius enim Dei erat hæc dicere, scilicet : « Faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi [25], » et sequentia; hæcque præsertim : « Ego Dominus qui eduxi te e terra Chaldæorum [26]; » et illa : « Ego sum Deus tuus, ambula coram me [27]; » et reliqua. Nullus enim tam rudis ingenii esset, qui hæc ab angelo dicta existimet. Cum igitur Abrahamo sub arbore sedenti tres viri apparuerunt, uni tantummodo eorum dixit : « Domine, si inveni gratiam in oculis tuis [28]. » Et cæterorum nullus cum Abrahamo collocutus inducitur, siquidem non decebat, famulos appellare dominos, sed ille solus Dominus vocatur, qui etiam dicit : « Num celare potero Abrahamum filium meum [29] » et cætera. Deinde viri Dominum comitantes, prout angeli (scilicet missi), abeuntes, soli venerunt in urbem Sodomam, et Dominus non jam cum iis præsens erat. (Quo enim modo fieri potuisset mansuetum misericordemque Deum apud impios commorari?) Hic vero in conversatione ac colloquio religiosi justique viri permanens, ejusque consuetudine gaudet, ac benigne ejus humanissimam supplicationem accipit, in qua cum « Qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc [30], » Abrahamus diceret, evidentissime ostendit seipsum pulchre nosse quod nec angelo, nec alicui subjectæ divinæ potestati, sed ipsi Deo loquebatur. Cæterum brevi sequens rerum narratio perspicue angelos in Sodomam proficiscentes demonstrat, subjiciens : « Venerunt duo angeli in Sodomam vespere [31]. » Deinde neque Dominum, neque Deum Lot visum aut locutum fuisse, sed angelos scribit. Ex his igitur omnibus apertum est Dominum esse ac Deum, non vero quemquam angelorum, quem Abrahamo visum fuisse Scriptura testatur.

A σίαν γενέσθαι διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου παρουσίας, τῷ δὲ Ἀβραὰμ διὰ τῆς μείζονος αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἐπιφανείας. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ αὐτοὶ τῶν πρὸς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ λόγων οὐκ ἂν μὲν ἁρμόσειεν, εἰ ἐπὶ ἀγγέλους τις αὐτοὺς ἀνάγειν πειρῷτο, μόνῳ δὲ Θεῷ πρέποι ἂν αὐτοὺς λέγειν, οἷον τό, « Καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα, καὶ εὐλογήσω σε, » καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· μάλιστα δὲ τό, « Ἐγὼ Κύριος ὁ ἐξαγαγών σε ἐκ χώρας Χαλδαίων· » καὶ τό, « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός, εὐαρέστει ἐναντίον ἐμοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ οὐδεὶς οὕτω γένοιτ' ἂν ποτ' ἠλίθιος ὡς ἄγγελον αὐτὰ ὑπονοεῖν εἰρηκέναι. Καὶ ὅτε γοῦν πρὸς τῇ δρυῒ καθεζομένῳ τῷ Ἀβραὰμ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπέστησαν, πρόσεισι μὲν αὐτοῖς ὁ Ἀβραὰμ, ἀλλ' οὐ τοῖς τρισὶν, ἑνὶ δὲ μόνον τό, « Κύριε, εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου. » Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐδ' εἷς τῷ Ἀβραὰμ εἰσάγεται B ὁμιλῶν· ἐπεὶ μηδὲ ἦρει λόγος τοὺς οἰκέτας ἐπὶ τοῦ Κυρίου φθέγγεσθαι, μόνος δὲ ὁ Κύριος χρηματίζει, ὃς καί φησιν, « Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου, » καὶ τὰ λοιπά. Εἶτα οἱ μὲν ἅνα (ἅμα) τῷ Κυρίῳ ἄνδρες, δῆλον δ' ὅτι οἱ ἄγγελοι, ἀποστρέψαντες, μόνοι κατῆλθον εἰς Σόδομα, τοῦ Κυρίου μὴ συμπαρόντος αὐτοῖς· (πῶς γὰρ καὶ οἷόν τε ἦν τὸν εὐμενῆ καὶ ἵλεω Θεὸν τοῖς ἀσεβέσιν ἐνεπιδημεῖν;) ὁ δὲ ἐπιμένων τῇ πρὸς τὸν θεοφιλῆ καὶ δίκαιον συνουσίᾳ τε καὶ διατριβῇ, χαίρει μὲν αὐτοῦ τῇ ὁμιλίᾳ, ὑπερασπίζεται δὲ καὶ τὴν φιλανθρωποτάτην εὐχήν, (f. 6) ἐν ᾗ καὶ τὸ « Μηδαμῶς ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, » εἰρηκὼς ὁ Ἀβραὰμ ἐναργέστατα παρίστησιν ἑαυτὸν εὖ καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι, ὅτι μὴ ἀγγέλῳ, μηδ' ὑποδεδηκυίᾳ θείᾳ δυνάμει, ἀλλ' αὐτῷ Θεῷ διαλέγοιτο. Εἶθ' ἑξῆς ἀκριβῶς τὰ πράγματα διαιρῶν ὁ λόγος τοὺς ἐπὶ Σόδομα ἀνελθόντας σαφῶς ἀγγέλους προσαγορεύει, ἐπιλέγων, ὅτι δὴ « ἦλθον οἱ δύο ἄγγελοι εἰς Σόδομα ἑσπέρας· » καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς οὔτε Κύριον οὔτε Θεὸν ὀφθῆναι τῷ Λὼτ, ἢ καὶ λελαληκέναι, ἀλλὰ τοὺς ἀγγέλους ἀναγράφει· ὥστ' ἐκ παντὸς πρόδηλον, ὅτι Κύριος ἦν καὶ Θεὸς, ἀλλ' οὔ τις ἀγγέλων, ὁ τῷ Ἀβραὰμ ὤφθαι πρὸς τῆς Γραφῆς μαρτυρούμενος.

Omnes igitur Veteris cum Novo Testamento concordiam discutere volentes, hoc pro lucro habent, dum demonstrare existimant alium esse Christi Patrem, quem invisibilem [32] evangelistæ prædicant, alium Mosis et prophetarum Deum, diverse visum, nunc Abrahamo, nunc Isaaco (cui et eadem ferme quæ Abrahamo prædixit), similiter et Jacobo, necnon Isaiæ dicenti : « Vidi Dominum Sabaoth [33], » cæterisque prophetis; nos vero, (cum et in ipsis veteribus Dei prophetis inducitur aliquod divinum oraculum e persona Dei dicens : « Ego enim Dominus et non mutor [34]; » et : « Nunquid non cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus [35]? » Mosi etiam dicit : « Non enim videbit me homo et vivet [36]; ») ad prædictos homines, simul et ad Judæos, nondum secundam præter increatam naturam præexsistere divinitatem Filii comprehendentes, hæc ambigua examinabimus, qua scilicet ratione

Πάντες μὲν οὖν οἱ διακόπτειν ἐθέλοντες τὴν τῆς Παλαιᾶς πρὸς τὴν Καινὴν Διαθήκην σύμπνοιαν, ὥσπερ ἑρμαίῳ τοῖς τόποις ἐπιβαίνοντες σαφῶς ἐκ τούτων παριστάναι δοκοῦσιν ἕτερον ὑπάρχειν τὸν τοῦ Χριστοῦ Πατέρα, ὃν καὶ ἀόρατον ὑπὸ τῆς εὐαγγελικῆς φωνῆς ὁμολογεῖσθαι, παρὰ τὸν Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν Θεὸν διαφόρως ὀφθέντα, τοτὲ μὲν τῷ Ἀβραὰμ, τοτὲ δὲ τῷ Ἰσαὰκ (ᾧ καὶ αὐτῷ χρηματίζων τὰ παραπλήσια τοῖς ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ προθεσπίζει), ὁμοίως δὲ καὶ τῷ Ἰακὼβ, τάχα δὲ καὶ Ἡσαΐᾳ φήσαντι, « Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαὼθ, » καὶ τοῖς λοιποῖς προφήταις παραπλησίως· ἡμεῖς δὲ (ἐπεὶ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πάλαι τοῦ Θεοῦ προφήταις ἐμφέρεταί τι θεῖον λόγιον ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φάσκον· « Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. » Καί· « Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος· » καὶ τῷ Μωϋσεῖ δὲ χρηματίζων φησίν· « Οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον, καὶ ζήσεται· ») ὡς πρὸς τοὺς προει-

[25] Gen. xii, 2. [26] Gen. xv, 7. [27] Gen. xvii, 1. [28] Gen. xviii, 3. [29] ibid. 17. [30] ibid 25. [31] Gen. xix, 1. [32] Joan. i, 18; vi, 46. [33] Isa. vi, 5. [34] Malach. iii, 6. [35] Jer. xxiii, 24. [36] Exod. xxxiii, 20.

Digitized by Google

ρημένους ὁμοῦ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς, ἔτι τε τοὺς μὴ προσιεμένους δευτέραν μετὰ τὴν ἀγένητον φύσιν προϋπάρχειν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, ταῦτα ἐπαπορήσομεν, πῶς ὁ καὶ (κατὰ) ταύτας τὰς προφητείας ἀναλλοίωτος, καὶ ἄτρεπτος, καὶ πάλιν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν λέγων πληροῦν μόνος Θεὸς, σαφῶς τε καὶ κατ' αὐτὸν τὸν νόμον σχεδὸν ἀόρατος εἶναι δηλούμενος, κατὰ τό· « Οὐδεὶς ὄψεταί μου τὸ πρόσωπον καὶ ζήσεται, » ἀλλοιούμενος πάλιν, καὶ ὡς περιτρέπων τὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ οὐσίαν εἰς (ἐν) μικροῖς τισι μορίοις τῆς γῆς χωρητὸς ἐγίγνετο, καὶ ἑωρᾶτο τοτὲ μὲν τῷ Ἀβραὰμ, τοτὲ δὲ τοῖς ἄλλοις προφήταις ; Ταυτὶ γὰρ εἰ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων ἀναφέροιτο Θεὸν, οὐ μόνον τῇ εὐαγγελικῇ φωνῇ δόξαι ἂν διαφωνεῖν, ἀλλὰ καὶ ταῖς προφητικαῖς, ἀχώρητον καὶ ἀναλλοίωτον αὐτὸν καὶ ἀόρατον ἀνθρώποις ἀποφηναμέναις· εἰ μὴ ἄρα μηδὲ ὠφθαί τις εἴποι αὐτὸν τὸν Θεὸν τοῖς ἀναγεγραμμένοις, φαντασιῶσαι δὲ αὐτοὺς αὐτὸ μόνον, ὡς δοκεῖν μὲν ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, οὐ μὴν καὶ ἀληθῶς τι τῶν νομιζομένων φτίνεσθαι θεωρεῖν, οὐδὲ μὴν ἀκούειν κατ' ἀλήθειαν, ἀπατωμένους δὲ καὶ ἐν τούτοις νομίζειν, καὶ δοκεῖν ἀκούειν, ὅπερ ἀνοίκειόν τε καὶ ἀλλότριον ὑπάρχει τῆς (f. 7) ἀψευδοῦς καὶ ἁπλανοῦς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φύσεως· ἔτι δὲ καὶ ἀσύστατον ὂν δείκνυται ἐκ τοῦ λέγειν ἱστορεῖσθαι αὐτὸν τὸν Θεὸν περὶ τοῦ Ἀβραὰμ τό· « Ἤδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτὸν καὶ φυλάξουσιν τὰς ὁδοὺς Κυρίου ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ ἃ ἐλάλησε πρὸς αὐτόν. » Ἀναμφιλέκτως γοῦν ταῦτα ὡς περὶ ἑτέρου Κυρίου αὐτὸς ὁ Κύριος διαλέγεται· πῶς οὖν ἐστι οἷόν τε τὸν τῶν ὅλων ὑπονοεῖν Θεὸν ταῦτα εἰρηκέναι; Περὶ ποίου γὰρ ἑτέρου παρ' αὐτὸν Κυρίου δύναται λέγεσθαι τὰ ἐγκείμενα ; Ἀλλὰ γὰρ σαφῆ ἐκ τούτων ὅτι μηδὲ τῷ τῶν ὅλων Θεῷ προσήκειν ἔοικε τὰ δηλούμενα· δέδεικται δὲ ὅτι μηδὲ τῇ τῶν ἀγγέλων φύσει· οἶδε γοῦν, ὡς ἔφην, ὁ λόγος ἐπαληθεύειν ἐπὶ τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιφανείᾳ, σαφῶς ἐπισημαινόμενος τὰς δι' αὐτῶν ὀπτασίας. Εἰ δὴ οὖν μήτ' ἀγγελικῇ φύσει μήτε τῇ ἀνωτάτω καὶ ἀγενήτῳ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ταῦτα ἔοικεν ἁρμόττειν, λείποιτ' ἂν τούτων μία μόνη λύσις, εἰ τὸ μὲν ἀναλλοίωτον καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀόρατον ἐπὶ τὴν ἀγένητον διαφυλάττοιμεν οὐσίαν, τοὺς δ' ἀναγεγραμμένους ὡς ἐκ Θεοῦ χρηματισμοὺς ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον μεταλαμβάνοιμεν, ὃν διαφόρως καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ὀφθῆναί τε καὶ τὰς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐμφερομένας οἰκονομίας ἐκτελέσαι πεπιστεύκαμεν· ἐπὶ μόνου δὲ τούτου μετὰ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ τὴν τετράγραμμον προσηγορίαν κειμένην εὕρομεν, ἅτε Μονογενεῖ καὶ κληρονόμῳ τοῦ Πατρὸς ἁρμοττούσης καὶ ταύτης τῆς θεϊκῆς ἐπινοίας. Εὖ γοῦν εἰδὼς ὁ Ἀβραὰμ, ἅτε σοφὸς ὢν καὶ πρὸς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ προφήτης εἶναι μαρτυρούμενος, ὡς ὅτι πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν τῷ Υἱῷ, προσκυνεῖ τε αὐτὸν, καὶ μόνῳ παρὰ τοὺς ἄλλους φησὶν τό· « Μηδαμῶς ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν. » Ὅπερ ἀγγέλῳ τὸν θεῖον Λόγον ὑποβεβηκότι λέγεσθαι νομίζειν ἀνοίκειόν

qui secundum illas prophetias immutabilis et inflexibilis, quique rursus cœlum et terram dicitur implere solus Deus, manifeste quidem et secundum legem cominus invisibilis demonstratur, his verbis : Nemo faciem meam videbit et vivet,» nunc vero mutatus et quasi ipse suam invertens substantiam, in quibusdam parvis terræ particulis contineri poterat, fueratque visus nunc Abrahamo, nunc aliis prophetis? Quæ quidem si quis ad universorum Deum referat, non tantum Evangelii verbis videatur dissonare, sed et prophetarum, immensum hunc, et immutabilem, nec hominibus conspicuum prædicantium. Si vero non visum fuisse quis dicat ipsum Deum iis qui referuntur, eosque tantummodo existimasse se videre et audire, dum reipsa nihil eorum quæ videre putabant, vere aspicerent, nihil vere audirent, falsa opinione deceptos, dum audire viderentur, quid abhorrentius magisque alienum ab omnium Dei natura, mendacii ac erroris admodum immuni? Hoc etiam eo absurdum demonstratur, quod legimus de Abrahamo Deum ipsum dicere : « Sciebam enim quod præcepturus sit filiis suis et domui suæ post se ut custodiant viam Domini et faciant judicium et justitiam ; ut adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum [37].» Procul dubio hæc quasi de alio Domino ipse Dominus eloquitur. Quomodo igitur existimari potest omnium Deum hæc dixisse? De quo enim alio præter eum Domino præcitata verba dicta fuisse possunt? Verum manifeste patet ex iis verba hæc omnium Deum non decere. Demonstratum est autem non angelorum naturæ convenire. Aperte enim, ut dixi, de angelorum manifestatione narratio eloquitur, eorum apparitionibus dilucide descriptis. Si igitur neque angelorum, neque altissimi et increati omnium Dei naturæ hæc videntur consentanea, una eorum superest solutio, si quidem immutabilitatem, et inflexibilitatem, et invisibilitatem increatæ reservemus substantiæ, relatas vero Dei manifestationes Dei Verbo tribuamus, quod interdum et ante incarnationem pro hominum salute visum esse, descriptaque in sacris Scripturis munia exsecutum credidimus. De hoc enim solo post omnium Deum tetragrammaton denominationem invenimus, ut Unigenito et hæredi Patris maxime consentaneam. Optime igitur noverat Abrahamus quæ sapiens, et propheta de eodem Deo testatus est, omne scilicet quod judicium dedit Filio suo [38], adorat eum et soli præter alios dicit : « Qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc [39] ;» quod quidem ad angelum divino Verbo subjectum dictum esse opinari minime justum aut verisimile ; unius enim divini Verbi maxime proprium erat, inter alia, hæc dicere : « Num celare potero Abraham filium meum quæ gesturus sum [40] ? » atque illud : « Scio

[37] Gen. XVIII, 19. [38] Joan. V, 22. [39] Gen. XVIII, 25. [40] ibid. 17.

Digitized by Google

enim quod præcepturus sit filiis suis, et domui suæ post se, ut custodiant viam Dominî, et faciant judicium et justitiam: ut adducat Dominus propter Abraham quæ locutus est ad eum[61]. » Quippe ipsum hæc decebat dicere, docentem quod omnia ab hominibus religiose facta ad solam in Deum Patremque omnium referre justum erat pietatem, per quem in terra commorantem quidquid boni piis in utilitatem atque salutem procedit. Hæc autem divinum loquitur Verbum velut de alio Domino, ipsius scilicet Patre edocens. Quem et suimet Dominum simul et Deum discipulis suis confitetur, dicens: « Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum[62]. » Plena est autem lex, omnisque Scriptura hujusce Domini « characteris, » scilicet, divini Verbi, quasi de alio Domino loquentis, qui Pater ejus manifeste est. Quæ quidem cum multa et profundissima sint meditatione digna, ad præsens propositum satis esse opinor.

A τε καὶ ἀπιθανώτατον, μόνῳ δὲ τῷ θείῳ Λόγῳ οἰκειότατον ἂν εἴη μετὰ τῶν ἄλλων φάσκειν καὶ τό· « Μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ; » καὶ τό· « Ἤδειν γὰρ ὅτι συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετ' αὐτὸν, καὶ φυλάξουσι τὰς ὁδοὺς Κυρίου ποιεῖν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν, ὅπως ἂν ἐπαγάγῃ Κύριος ἐπὶ Ἀβραὰμ ἃ ἐλάλησε πρὸς αὐτόν. » Καὶ πρέπει γε αὐτῷ ταῦτα λέγειν παιδεύοντι, ὅτι δὴ πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων ὁσίως δρώμενα εἰς μόνην τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων ἀναφέρειν θέμις εὐσέβειαν, παρ' οὗ ἐπὶ γῆς ὄντος τῶν ἀγαθῶν τὰ πάντα τοῖς εὐσεβέσιν εἰς ὠφέλειάν τε καὶ σωτηρίαν χορηγεῖται· ταῦτα δὲ ὁ θεῖός φησι Λόγος ὡς περὶ ἑτέρου Κυρίου τοῦ ἑαυτοῦ Πατρὸς διδάσκων· καὶ γὰρ καὶ ἑαυτοῦ Κύριόν τε καὶ Θεὸν αὐτὸν ὁμολογεῖ πρὸς τοὺς B ἰδίους μαθητὰς, « Ἀνέρχομαι, φάσκων, πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Πεπλήρωται δ' ὅ τε νόμος καὶ πᾶσα Γραφὴ τοῦ τοιοῦδε χαρακτῆρος τοῦ Κυρίου, τοῦτ' ἔστιν τοῦ θείου Λόγου, ὡς περὶ ἑτέρου Κυρίου διαλεγομένου.

(f. 8) δῆλον δ' ὅτι τοῦ Πατρός. Πολλῆς δὲ καὶ βαθυτάτης δεομένων θεωρίας τῶν κατὰ τὸν τόπον, ἱκανὰ καὶ ταῦτα πρὸς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν.

CAPUT IV.

« Et fugit Agar a facie ejus[63], » Sarai scilicet, ut manifestum est, « cumque invenisset eam angelus Domini juxta fontem aquæ[64]. » Secundum legimus in iis quæ sequuntur: « Dixit ad illam angelus Domini[65]; » et tertium: « Dixit ei angelus C Domini: Multiplicans multiplicabo semen tuum, et non numerabitur præ multitudine[66]. » Et rursum: « Dixit ei angelus Domini: Ecce concepisti et paries filium: vocabisque nomen ejus Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam[67]. » Et sermone absoluto dicitur: « Vocavit autem nomen Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me[68]. » Etiamsi nec in sanctæ narrationis initio Dominus nominatus fuisset Agar visus erranti, « vocavit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam, » si quis contendere velit ab Agar angelum falso quasi Deum habitum esse; nunc autem testatur Scriptura Dominum esse, qui per prædictum angelum visus erat, per quem ut Dominus et Deus, ut ipsum decebat, dixit: « Multiplicans D multiplicabo semen tuum. » Hoc enim Dei unius esset dicere, non jam angeli. Qua quidem voce edocta Agar sibi cum Deo solo tale colloquium esse, « Tu Deus, ait, qui vidisti me. » Sed et rursus, cum fugit secum habens filium scriptum est: « Vocavitque angelus Dei Agar de cœlo[69], » dixitque ei quæ referuntur, in quibus et illud: « In gentem magnam faciam eum[70]; » apertum est hæc de puero dicere; quod ab angelo dictum minime credendum, Dei enim propria denuntiatio est. Cujus igitur Domini nomen vocavit Agar: « Tu Deus qui vidisti me, » cum et ibi Hebræorum tetragrammaton Scriptura referat nomen? Prædictis quippe mani-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

« Καὶ ἀπέδρα Ἄγαρ ἀπὸ προσώπου αὐτῆς, » δῆλον ὅτι τῆς Σάρρας· « εὗρε δὲ αὐτὴν ἄγγελος Κυρίου ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος· » καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δεύτερον εἴρηται· « Εἶπεν δὲ αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· » καὶ τρίτον δέ· « Εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, καὶ οὐκ ἀριθμηθήσεται ἀπὸ τοῦ πλήθους· » καὶ αὖθις· « Εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος Κυρίου· Ἰδοὺ σὺ ἐν γαστρὶ ἕξεις, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαήλ· ὅτι ἐπήκουσε Κύριος τῇ ταπεινώσει σου· » καὶ μετὰ πάντας τοὺς λόγους εἴρηται· « Καὶ ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτήν· Σὺ Θεὸς ὁ ἐπιδών με. » Εἰ μὴ καὶ ἀπὸ προσώπου τῆς ἱερᾶς Γραφῆς Κύριος ὠνόμαστο τῇ Ἄγαρ ἐπιφανεὶς ἀλωμένῃ ἐν τῷ· « Καὶ ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ λαλοῦντος πρὸς αὐτὴν, » κἂν ὑπέλαβέ τις τὴν Ἄγαρ Θεὸν ἐσφαλμένως ὑπειληφέναι τὸν ἄγγελον· νυνὶ δὲ ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ, ὅτι Κύριος ἦν ὁ διὰ τοῦ προωνομασμένου χρηματίζων ἀγγέλου, δι' οὗ ἅτε Κύριος καὶ Θεὸς ὢν πρεπόντως ἑαυτῷ ἔλεγε τό· « Πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου· » τοῦτο γὰρ Θεῷ μόνῳ ἁρμόζοι ἂν λέγειν, οὐκέτι δὲ καὶ ἀγγέλῳ· τούτῳ δ' αὖ τῷ ῥήματι καὶ τὴν Ἄγαρ εἰκὸς ἐπιστήσασαν, συνεῖσάν τε ὅτι μόνου Θεοῦ γένοιτ' ἂν ἡ τοιαύτη φωνὴ, εἰρηκέναι· « Ὅτι σὺ Θεὸς ὁ ἐπιδών με· » ἀλλὰ καὶ δεύτερον, ὅτε ἀποδιδράσκει μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν υἱὸν, γέγραπται· « Ἐκάλεσεν δὲ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ τὴν Ἄγαρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, » καὶ εἶπεν αὐτῇ τὰ ἀναγεγραμμένα, ἐν οἷς ἐστιν καὶ τό· « Εἰς γὰρ ἔθνος ποιήσω αὐτό· » δῆλον δ' ὅτι τὸ παιδίον· ὅπερ οὐκέτι τὸν ἄγγελον ἀξιόπιστον ἂν εἴη λέγειν, Θεοῦ γὰρ πάλιν ἡ ἐπαγγελία. Τίνος οὖν Κυρίου ἐκάλεσεν ἡ Ἄγαρ τοὔνομα· « Σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἐπιδών με, » κἀνταῦθα τῆς Γραφῆς ἐπὶ τοῦ Κυρίου τὸ τετράγραμμον παρ'

[61] Gen. xviii. 19. [62] Joan. xx, 17. [63] Gen. xvi, 6. [64] ibid. 7. [65] ibid. 9. [66] ibid. 10. [67] ibid. 11. [68] ibid. 13. [69] Gen. xxi, 17. [70] ibid. 18.

Digitized by Google

Ἑβραιοῖς ὄνομα περιεχούσης; ἢ δῆλον ἐκ τῶν προ- A
αποδεδομένων, ὅτι δὴ τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λό-
γου, ὃς ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ κατ' ἀνθρώπους ἐξ ἀρχῆς
ἐφορῶν τε καὶ οἰκονομῶν, τοῖς μὲν ἐπαναβεβηκόσι καὶ
τελείοις ἀνδράσιν, οἷος ἦν ὅ τε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ
καὶ Ἰακώβ, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρείχετο τὰς ὀπτασίας·
τοῖς δὲ τῆς τούτων ἀρετῆς ἀποδέουσιν, οἷος ἦν ὁ Λώτ,
καὶ οἱ ἐν τοῖς Κριταῖς Γεδεών τε καὶ Μανωὲ, καὶ ὅσοι
τούτοις ἐμφέρονται παραπλήσιοι, λειτουργοῖς καὶ δια-
κόνοις τοῖς ὑπ' αὐτὸν θείοις ἀγγέλοις χρώμενος πολυ-
μερῶς καὶ πολυτρόπως παρείχετο δι' αὐτῶν τὰς
ἐπαγγελίας. Ταύτῃ γοῦν καὶ τῇ Ἄγαρ, ἅτε μὴ οἵᾳ
τε οὖσῃ πω τὴν αὐτοῦ τοῦ θείου Λόγου χωρεῖν ὀπτα-
σίαν, διὰ τοῦ ἀγγέλου τὰ ἀναγεγραμμένα θεσπίζει·
εἰ (ἔτι) δὲ καὶ τῷ Ἰακὼβ δι' ἀγγέλων ἐπιφαίνεται·
ἀλλ' ὅρα ὅτι καὶ τοῦτο κατ' ἀρχὰς μὲν ὡς ἂν ἔτι εἰσ- B
αγομένῳ τοῦτον χρηματίζει τὸν τρόπον, προκόψαντι δὲ
καὶ εἰς τελειότητα ἐπιδόντι γυμνῆς καὶ ἀνεπικαλύ-
πτου τῆς ἰδίας μεταδίδωσιν ὁμιλίας, οὐκέτι μὲν δι' ἀγ-
γέλων καὶ δι' ἑρμηνέων, αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ ὁ Κύριος
καὶ Θεὸς Λόγος, ὁ τὰ δευτερεῖα τῆς πατρικῆς ἐπέχων
θεότητος, τῆς ἰδίας αὐτὸν καταξιῶν ὀπτασίας.

festum est hunc esse Verbum, in principio apud Deum, quod adveniens, resque hominum a principio inspiciens atque gubernans, præcellentibus perfectioribusque viris, quales erant Abrahamus, Isaacus atque Jacobus, per seipsum manifestatum est. Iis vero qui tantæ virtuti impares erant, sicut erat Lot, et in Judicibus Gedeon et Manoe, cæterisque eorum similibus, ministris legatisque angelis qui sibi subjecti erant usus, diversis variisque modis per eos mandata sua denuntiabat. Huic igitur Agar, cum ipsius divini Verbi visionem ferre nequiret, per angelum quæ relata sunt significat. Jacobo etiam per angelos manifestatur; verum animadverte quod tali modo huic visus est, adhuc infirmioris virtutis; cum autem profecerit et ad perfectionem pervenerit, nuda et aperta suimet conversatione dignatur eum, nec jam per angelos atque interpretes, sed ipse per seipsum Dominus et Deus Verbum, secundas in paterna divinitate partes habens, propriam ad eum visionem manifestat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε' (f. 9).

« Ὁ ἥλιος ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ. Καὶ Κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. » Οὐκ οἶμαί τινα τῶν ἅπαξ πεπιστευκότων ἱερὰς καὶ θεοπνεύστους ὑπάρχειν τὰς ἁγίας Γραφὰς εὑρεσιλογεῖν τι εἰς τοὺς τόπους, ἀντιλέγειν πειρώμενον τοῖς περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ παραδεδομένοις, ὅτι τε προῆν ὑπό- C
στασιν ἰδίαν ἔχων, καὶ ὅτι πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τὰς εἰς ἀνθρώπους οἰκονομίας ἐτέλει· δύο γὰρ Κυρίους ἐνταῦθα σαφῶς ἡ Γραφὴ παρίστησιν, εἴ γε « Κύριος ἔβρεξεν παρὰ Κυρίου. » Τὸ δ' ὅμοιον ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῷ ἱερῷ Ἀποστόλῳ φήσαντι· « Δῴη ὁ Κύριος ἔλεος τῷ Ὀνησιφόρου οἴκῳ· » καί· « Δῴη αὐτῷ εὑρεῖν ἔλεος παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. » Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διαρθροῦν λόγους, τῷ μὲν ἀγενήτῳ καὶ Πατρὶ τῶν ὅλων τὴν κατὰ πάντων καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ κυρίαν τε καὶ αὐθεντείαν ἀνατιθέντας, τῷ δὲ τῷ Λόγῳ τὰ δευτερεῖα μετὰ τὸν Πατέρα τῆς κατὰ πάντων τῶν γεγενημένων ἀρχῆς τε καὶ δεσποτείας ἀπονέμοντας. Διὸ δὲ ἐνταῦθα ὀνομαζο- D
μένου τοῦ Κυρίου, κατὰ τό· *Ἔβρεξεν Κύριος παρὰ Κυρίου*, » δὶς κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν καὶ τὸ τετράγραμμον ἐμφέρεται, ὡς σαφέστατα ἀνομολογεῖσθαι τὸ ἐπὶ δύο προσώπων, δῆλον δ' ὅτι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, τὴν ἄῤῥητον ταύτην παραλαμβάνεσθαι σημείωσιν· ὡς μηκέτ' ἀμφιβόλως ἔχειν, εἴ που ἂν φέροιτο ἡ τοιαύτη ἐπὶ τοῦ Θεοῦ προσηγορία, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἀγενήτου φύσεως αὐτὴν παραλαμβάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντος Λόγου.

CAPUT V.

« Sol egressus est super terram et Lot ingressus est Segor. Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem a Domino de cœlo [81]. » Non opinor aliquem eorum, qui semel crediderunt sacras et divinitus inspiratas esse sanctas Scripturas, verbis hæsitare his in locis, respon- C dere quærentem iis quæ de Verbo Deo asseruntur, quod præexsistebat substantiam propriam habens, et ante incarnationem rebus hominum moderandis præerat. Hic enim duos aperte Dominos Scriptura designat: « Pluit Dominus... a Domino. » Similia reperire est apud sanctum Apostolum dicentem: « Det Dominus misericordiam Onesiphori domui [82]; » et: « Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die [83]. » Enimvero facile est in illis quæ ad Patrem, quæ ad Filium spectant, perspicue secernere verba, quæ increato Patrique omnium in omnes atque in ipsum Filium dominationem et auctoritatem tribuunt, Verbo autem secundas post Patrem partes assignant in omnium creaturarum principatu atque imperio. Hic autem bis nominato Domino, secundum illud: « Pluit Dominus... a Domino, » bis secundum Hebraicum et tetragrammaton refertur, ad personarum dualitatem evidentissime distinguendam; manifestum est autem Dei et omnium Patris, atque ejus Verbi discrimen hac ineffabili denominatione designari, ut ne cui sit ambiguum, si forte hæc uspiam de Deo appellatio adhibeatur, non tantum de increata natura intelligendam esse, sed etiam de Verbo quod est in principio apud Deum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἰακὼβ εὐλογίᾳ ὁ Ἰσαάκ φησι μετά τινα καὶ ταῦτα· « Καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη·

CAPUT VI.

In Jacobi benedictione hæc inter alia Isaacus dicit: « Et serviant tibi populi et adorent te tribus:

[81] Gen. XIX, 23. [82] II Tim. I, 16. [83] ibid. 18.

Digitized by Google

esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii patris tui [54]. » Hæc quasi ad Jacobum dicta minime posse videntur ad eum referri, neque ad populum ex eo natum, populum circumcisionis. Qui enim populi unquam ei servierunt? Aut quæ tribus eum adoraverunt? quem adorabant? quando unquam in fratrem suum dominationem exercuit? Qui autem patris ipsius filii qui eum adoraturi dicuntur? Quippe alium quemdam præter Jacobum filium habuisse Isaacus non invenitur, nisi Esaum. Quomodo igitur pluraliter dicitur : « Incurventur ante te filii patris tui? » Hæc autem notavimus propterea quod sæpius in prophetiis per Jacobum Christus significatur, ut propriis ostendetur locis, suspicantes annon forte ista in ejus testimonium adaptari possent. Simili enim ratione per Isaacum Christum sanctus Apostolus innuit, dicens : « Abrahamo dictæ sunt promissiones et semini ejus. Non dicit et seminibus, quasi in multis : sed quasi in uno : et semini tuo, qui est Christus [55]. » Vide igitur si ad eumdem modum et quæ hic dicuntur de Jacobo non melius Christo convenirent; quæ quidem si ita habeat vir studiosus, quamque lectionem allegoriæ legibus conferre noverit.

A καὶ προσκυνήσουσίν σοι ἄρχοντες· καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ προσκυνήσουσίν σοι υἱοὶ τοῦ πατρός σου. » Τὰ λεγόμενα ὡς πρὸς τὸν Ἰακὼβ οὐ πάνυ τι φαίνεται δύνασθαι ἐπ' αὐτὸν ἀνάγεσθαι, οὐδὲ μὴν ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γενόμενον λαὸν τὸν ἐκ περιτομῆς· ποῖα γὰρ ἔθνη καὶ πότε ἐδούλευσεν αὐτῷ; ἢ τίνες ἄρχοντες αὐτῷ προσεκύνησαν; ὡς τίνα δὲ καὶ προσεκύνουν; πότε δὲ καὶ ἐκυρίευσε τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ; ἢ τίνες οἱ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ υἱοὶ οἱ λεγόμενοι προσκυνήσειν αὐτῷ; Καὶ μὴν οὐχ εὑρίσκεταί γε ὁ Ἰσαὰκ ἕτερόν τινα παρὰ τὸν Ἰακὼβ ἐσχηκὼς ἢ μόνον τὸν Ἡσαῦ· πῶς οὖν πληθυντικῶς εἴρηται τὸ, « Προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου; » Ταῦτα δ' ἐσημειωσάμεθα διὰ τὸ πολλάκις καὶ Ἰακὼβ τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς προφητείαις χρηματίζειν, B ὡς ἐν τοῖς οἰκείοις δειχθήσεται τόποις, ὑπονοοῦντες μή πη καὶ ταῦτα δύναται ταῖς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαις ἁρμόζειν. Ὥσπερ γοῦν καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ εἰς τὸν Χριστὸν μετεῖληφεν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος φήσας· « Τῷ δὲ Ἀβραὰμ ἐδόθησαν αἱ ἐπαγγελίαι καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ· οὐ λέγει καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός· » ὅρα εἰ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ ἐνταῦθα ὡς περὶ τοῦ Ἰακὼβ εἰρημένα μᾶλλον ἁρμόζοι ἂν τῷ (f. 10) Χριστῷ, ἅπερ εἰ οὕτως ἔχοι ὁ φιλομαθὴς ἑκάστην λέξιν νόμοις ἀλληγορίας ἐξετάσας εἴσεται.

CAPUT VII.

« Mansit autem Jacob solus : et ecce vir luctabatur cum eo usque mane [56]. » Dein post pauca Jacobo dicente : « Non dimittam te nisi benedixeris mihi, dixit ad eum : Quod nomen est tibi? Respondit : Jacob. At ille : Nequaquam, inquit, Jacob C appellabitur nomen tuum, sed Israel : quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis [57]! » Et post pauca : « Vocavit Jacob nomen loci illius Phanuel (visus Dei) dicens : Vidi Dominum facie ad faciem et salva facta est anima mea [58]. » Quibus addit Scriptura : « Ortusque est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel (visus Dei) [59]. » Abrahamo quidem primum somnio Dominus manifestatur, et sæpius colloquitur; ter dein ei visus refertur, non in nocte, sed per meridiem visus; in tertia enim apparitione ipso meridiano tempore ejus hospitium excipit. Jacobo autem primum quidem post solis occasum media nocte in somniis apparet, in Mesopotamiam descendenti, cum per somnum aspexit cœlestem D scalam, angelosque in ipsa ascendentes et descendentes, audivitque Dominum innixum scalæ sibi dicentem : « Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui [60], » et reliqua, quæ sequentibus per angelum ei dicta fuisse demonstrantur; secunda manifestatio in Mesopotamia facta est, cum ei adfuit dixitque Dominus, ut tetragrammaton ostendit : « Revertere in terram patrum tuorum, et ad generationem tuam, et ero tecum [61]. » In somnis ei hæc et per angelum elocutus est. Ut et ipse docet Jaco-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

« Ὑπελείφθη δὲ Ἰακὼβ μόνος· καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ. » Εἶτα μετὰ βραχέα εἰπόντος τοῦ Ἰακὼβ, « Οὐ μή σε ἀποστείλω ἐὰν μή με εὐλογήσῃς, » φησὶν πρὸς αὐτόν· « Τί ὄνομά σοι; Ὁ δὲ εἶπεν, Ἰακώβ. Εἶπεν δὲ αὐτῷ· Οὐκέτι Ἰακὼβ κληθήσεται τὸ ὄνομά σου, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. » Καὶ αὖθις μετ' ὀλίγα· « Ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Εἶδος Θεοῦ· εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου. » Οἷς ἐπιφέρει φάσκουσα ἡ Γραφή, « Ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ἥλιος ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. » Τῷ μὲν Ἀβραὰμ ἀρχῆθεν ὕπαρ ὁ Κύριος χρηματίζει, καὶ πολλάκις μὲν διαλέγεται, τρὶς δὲ αὐτῷ καὶ ὀφθεὶς ἀναγέγραπται, καὶ οὐκ ἐν νυκτὶ, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ ὀφθείς· τὸ γοῦν τρίτον καὶ ἐν αὐτῇ μεσημβρίᾳ αὐτῷ ἐπιξενοῦται· τῷ δὲ Ἰακὼβ πρῶτον μὲν δύναντος ἡλίου ἐν μέσῃ νυκτὶ καθ' ὕπνους φαίνεται κατ' εἰ γὰρ (κατιόντι) εἰς Μεσοποταμίαν, ὅτε ἐν τῷ ὁράματι θεωρήσας τὴν οὐρανοκλίμακα καὶ τοὺς ἀναβαίνοντας καὶ τοὺς καταβαίνοντας ἐν αὐτῇ ἀγγέλους, τὸν δὲ Κύριον ἐπεστηριγμένον ἐπ' αὐτῆς, ἀκούει λέγοντος αὐτῷ τοῦ Κυρίου, « Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου, » καὶ τὰ λοιπὰ, ἃ καὶ ἀπὸ τῶν ἑξῆς παρίσταται δι' ἀγγέλου αὐτῷ εἰρηκώς· καὶ δεύτερον δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὅτε ἐπιστὰς αὖθις ὁ διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενος Κύριος εἶπεν αὐτῷ· « Ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν τῶν πατέρων σου καὶ εἰς τὴν γενεάν σου, καὶ ἔσομαι μετὰ σοῦ. » Καθ' ὕπνον αὐτῷ ταῦτα καὶ δι' ἀγγέλου εἰρηκεν· ὡς δὲ αὐτὸς ὁ Ἰακὼβ

[54] Gen. XXVII, 29. [55] Galat. III, 16. [56] Gen. XXXII, 24. [57] ibid. 26-28. [58] ibid. 30. [59] ibid. 31. [60] Gen. XXVIII, 13. [61] Gen. XXXI, 3.

Digitized by Google

διδάσκει ἅνα (ἅμα) γοῦν τῇ θείᾳ φωνῇ τὴν Λείαν καὶ τὴν Ῥαχὴλ ἀνακαλέσας, μεθ' ἕτερα τὸν γενόμενον αὐτῷ χρηματισμὸν ἀνατίθεται αὐταῖς λέγων, « Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον, Ἰακώβ, » καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς φησιν· « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ Θεοῦ· οὗ ἠλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην, καὶ ηὔξω μοι ἐκεῖ εὐχήν· νῦν οὖν ἀνάστηθι, καὶ ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς ταύτης, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γενέσεώς σου. » Μετὰ δὲ ταῦτα ὑποστρέψαντι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Μεσοποταμίας πρῶτον μὲν ἤδη πρωΐας οὔσης συνήντησαν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, περὶ ὧν καὶ εἶπε· « Παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη· » καὶ εἰκός γε τούτους ἐκείνους εἶναι, οὓς πρότερον ἐπὶ τῆς κλίμακος ἑωράκει· εἶτα δὲ καὶ ἀνατέλλει αὐτῷ ὁ ἀνωτέρω δύνας ἥλιος μετὰ τὴν προεκτεθεῖσαν περικοπὴν, ἐν ᾗ φαίνεται παλαίων αὐτῷ καθ' ὕπνους ὁ φήσας πρὸς αὐτόν· « Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. » Μετὰ γοῦν τὴν ὀπτασίαν ἀνέτειλεν αὐτῷ ὁ ἥλιος· ἤδη δὲ προκόψαντι καὶ τελειωθέντι οὐκέτι καθ' ὕπνους, ἀλλ' οὐδὲ ἐν νυκτὶ, οὐδὲ δι' ἀγγέλου, οὐδὲ μὴν δι' ἀνθρωπίνου εἴδους, ἐν μέσῃ δὲ ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ χρηματίζων αὐτῷ ὁ Θεός φησιν· « Ἀναστὰς, ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βαιθὴλ, καὶ οἴκει ἐκεῖ· » καὶ ἐπὶ τούτοις πᾶσι τότε πρῶτον ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ ὅτι ὤφθη αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐν Λουζᾷ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν λέγων τὰ ἀναγεγραμμένα. (f. 11) Ζητήσομεν δ' ἐπὶ σχολῆς πῶς μετὰ ταῦτα μέλλοντι αὐτῷ κατιέναι εἰς Αἴγυπτον πάλιν ἐν ὁράματι καὶ διὰ νυκτὸς ὁ Θεὸς εἶπεν· « Μὴ φοβοῦ καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον. » Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἀναγκαίως παρατέθειται· δείκνυσιν γὰρ ὅτι μὴ εὐχερῶς μηδ' ἐπὶ τῶν τυχόντων ἀνδρῶν ἡ θεία Γραφὴ τὸν Θεὸν ὤφθαι ἱστορεῖ· οὔτ' οὖν ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ, οὔτ' ἐπὶ τοῦ μετατεθέντος Ἐνὼχ, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τοῦ Νῶε, οὐδ' ἐπ' αὐτοῦ Μωϋσέως τετήρηται ὅτι ὤφθη τινὶ τούτων ὁ Θεὸς, καίτοιγε πολλάκις αὐτοῖς διειλέχθαι ἀναγεγραμμένος· ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ ἑνός γε ἄλλου ὁ θεῖος Λόγος τὸν Θεὸν ὤφθαι εἰσάγει, ἢ ἐπὶ μόνου τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰακώβ· καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ Ἀβραὰμ οὐ κατὰ τὸν πρῶτον αὐτῷ χρηματισμὸν ὤφθη, ἀλλὰ κατὰ τὸν δεύτερον καὶ κατὰ τὸν πέμπτον καὶ ἕκτον· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἰακὼβ μετὰ τὰ ἀναγεγραμμένα πάντα· τῷ γὰρ Ἰσαὰκ δὶς μόνος χρηματίσας ὁ Κύριος τὸ δὶς ὤφθαι αὐτῷ ἀναγέγραπται, εἰ καὶ τὸ δεύτερον ἐν νυκτί. Πρόδηλον δὲ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀβραὰμ προειρημένων ἡμῖν, ὅτι μὴ ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον ἀναφέρειν χρὴ τὰς ὀπτασίας, ἀλλ' ἐπὶ τὸν θεῖον Λόγον, ὃν οὐδὲ αὐτόν (αὐτοί) πω χωρεῖν οἷοί τε ἦσαν οἱ μακάριοι καὶ θεῖοι ἄνδρες· τούτοις γοῦν αὐτοῖς, οἷς καὶ ὤφθαι προείρηται, μετὰ πλείστας προγυμνασίας ἐωρᾶτο. Τίς δὴ (ἂν) οὖν ἄλλος εἴη καὶ ὁ κατὰ τὴν προκειμένην περικοπὴν συμπαλαίων καὶ συναγωνιζόμενος καὶ ὡσπερεὶ συμμαχῶν τῷ Ἰακὼβ, ἢ ὁ πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τοῖς πατράσι λαλήσας ὁ ἱερὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, μόνος μετὰ τὸν Πατέρα Κύ-

bus, vocatis Deo jubente Rachel et Lia, eisque inter alia apparitione quæ sibi evenerat relata. « Dixitque angelus Domini, inquit, ad me in somnis, dicens : Jacob [62]; » et cætera, in quibus ait : « Ego sum Deus visus tibi in loco Dei, ubi unxisti lapidem, et votum vovisti mihi. Nunc ergo surge et egredere de terra hac, revertere in terram nativitatis tuæ [63]. » Post hæc vero revertenti e Mesopotamia primo mane obviam fuerunt angeli Domini de quibus et dixit : « Castra Dei sunt hæc [64]. » Verisimile est hos esse, quos prius super scalam viderat. Deinde oritur illi sol ex alto post supradictum locum, in quo videtur cum eo luctatus per somnum qui ad eum dixit : « Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis [65] ! » Post igitur visionem, statim sol ortus est ei. Postquam autem profecerit, perfectusque fuerit, jam non in somnis, neque noctu, neque per angelum, neque sub specie humana, sed in medio die, luce in media, Deus ipse manifestatur ei, dicens : « Surge, et ascende Bethel, et habita ibi [66]. » Atque post hæc omnia, tunc primum divina Scriptura testatur ipsi Deum visum fuisse in Luza, qui et benedixit illi, dixitque ea quæ referuntur. Quæremus autem otiose quomodo deinceps ei, cum in Ægyptum descendere pararet, rursus in visione nocturna Deus dixerit : « Noli timere, descende in Ægyptum [67]. » Hæc nobis necessario perpendenda. Ostendunt enim quod non facile, nec cuivis hominum Deum visum fuisse divina narrat Scriptura. Neque enim Adamo, neque Enoch illi, qui translatus est, neque Noe, neque ipsi Moysi fertur apparuisse Deus, etsi sæpius eis locutum esse narrant. De nullo enim divinus sermo visum esse Deum refert, nisi de solo Abrahamo, et Isaaco, et Jacobo. Abrahamo quidem non in prima manifestatione visus est, sed secunda, quinta et sexta ; Jacobo autem in omnibus quæ memorantur; Isaaco bis tantum Dominus manifestatus, bis visus dicitur, et secundum quidem noctu. Manifestum est iis quæ jam de Abrahamo diximus, quod non ad primam causam visiones sunt referendæ, sed ad divinum Verbum, quod accipere nondum valebant beati divinique homines. His igitur ipsis, quibus et visus fuisse dictus est, non sine multa exercitatione præparatoria manifestatus est. Quis igitur alius esse posset, qui hoc in loco colluctatur cum Jacobo quasi athleta et pugnator, nisi hic ipse qui multoties et diversa ratione patribus nostris locutus est [68], sanctum Dei Verbum, solus post Patrem Dominus et Deus, qui visus et benedicens Jacobo Israel eum nominavit, addens : « Contra Deum fortis fuisti ? » Eo autem modo videbant divini nomines Dei Verbum, quo et Salvatoris nostri apostoli, dicentes : « Quod fuit ab initio, quod audivimus,

[62] Gen. xxxi, 11 [63] ibid. 13. [64] Gen. xxxii, 2. [65] ibid. 28. [66] Gen. xxxv, 1. [67] Gen. xlvi, 3. [68] Hebr. i, 1.

Digitized by Google

quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ [69]. » Quod Verbum et vitam cum conspexisset Jacobus, dixit : « Vidi enim Deum facie ad faciem, et salvata est anima mea [70]. »

ριος καὶ Θεὸς χρηματίζων, ὃς καὶ εὐλογήσας τὸν Ἰακὼβ Ἰσραὴλ αὐτὸν ὠνόμασεν, ἐπειπών, ὅτι « Ἐσχυσας μετὰ Θεοῦ ; » Οὕτως δὲ ἑώρων οἱ θεῖοι ἄνδρες τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὡς καὶ οἱ φήσαντες τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι· « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς· » ὃν Λόγον καὶ ζωὴν θεασάμενος ὁ Ἰακὼβ ἐπιφέρει λέγων· « Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. »

CAPUT VIII.

« Juda, te laudabunt fratres tui : manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda : e gemma, fili mi, ascendisti : requiescens accubuisti ut leo, et quasi leæna. Quis suscitabit eum ? Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit exspectatio gentium [71], » et reliqua. Quasi sancti Spiritus verbum audiendum Jacobi de Christo prophetizantis, et in personam transferentis ejus ab iis : « Juda, te laudabunt fratres tui. » Quod enim non ad unum filiorum verba faceret patriarcha apertum est Scripturæ peritis, quæ sic narrat : « Vocavit autem Jacob filios suos, et ait eis : Congregamini ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis [72]. » Igitur de futuris se eis prophetizaturum nuntiat. Præterea perspicuum est quod non ad patriarcham Judam spectant prophetiæ verba. Quando enim illum et quam ob rem adoraverunt fratres sui, aut propter quod facinus eum unquam laudaverunt ? Quomodo etiam quidquid de hac prophetia ei adaptari potest ? Nec vero ad tribum ea possunt referri; namque non tantum e tribu Judæ duces populi constituti sunt. Judices enim post Moysem e variis tribubus circiter quingentos annos Hebræis præfecti sunt; dein e tribu Benjamin primus omnium rex fuit Saul; quo mortuo regnaverunt e tribu Judæ non toto quingentorum annorum spatio; dein post Babylonis captivitatem rebus præfuerunt e tribu Levi plus quam quingentos annos, usque ad Christi adventum. Quid igitur magis de tribu Judæ quæ prædicta sunt refert prophetia, quam de cæteris ? Ergo non ad tribum referri possunt quæ ostenduntur. Qui enim in novissimis diebus apparuit Judas, verum novimus esse Salvatorem et Dominum nostrum Jesum, Christum Dei, qui et dispensator ejus voluntatis et Judas nominatur. Ita enim nunc Israel, nunc Jacobus, nunc David, nunc aliter. Hunc autem et sancti apostoli et quotquot Spiritus adoptione dignati sunt, laudaverunt et adoraverunt. « Manus tuæ, » quas symbolice facta ejus esse existimamus, « in cervicibus inimicorum tuorum, » id est, cogitationum hostilium quæ eum fugiunt. Hic et quasi « catulus leonis » dicitur, sive propter secundum carnem nativitatem e tribu regia et Davidis radice, « et in similitudinem carnis peccati factam [73], » sive propter deitatem, qua exuta homo factus est, ob quam et non immerito : « E gemma, fili mi,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

« Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου· προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης· ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὡς ἁγίου Πνεύματος τὸν λόγον ἀκουστέον τοῦ Ἰακὼβ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ προθεσπίζοντος καὶ εἰς πρόσωπον ἀναφωνοῦντος αὐτοῦ τὰ ἀπὸ τοῦ, « Ἰούδα, σὲ αἰνέσαισαν οἱ ἀδελφοί σου· » ὅτι γὰρ οὐ πρὸς τὸν ἕνα τῶν υἱῶν τοὺς λόγους ὁ πατριάρχης ἐποιεῖτο δῆλον τοῖς ἐπιστήσασι τῇ Γραφῇ διηγηματικῶς φασκούσῃ· « Ἐκάλεσε δὲ Ἰακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν· Συνάχθητε, ἵνα ἀναγγείλω ὑμῖν τί ἀπαντήσεται ὑμῖν ἐν ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. » Οὐκοῦν περὶ μελλόντων προφητεύσειν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται. Σαφὲς δὲ καὶ ἄλλως ὅτι μὴ πρὸς τὸν πατριάρχην Ἰούδαν αἱ τῆς προφητείας (f. 12) ἁρμόττουσι φωναί· πότε γὰρ ἐκεῖνον ἢ καὶ διά τι προσεκύνησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἐπὶ τίνι δὲ κατορθώματι ἢ καὶ πότε ᾔνεσαν αὐτόν; Πῶς δ' ἄν τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προφητείας ἐπ' ἐκεῖνον ἁρμόζων διηγήσεται; Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τὴν φυλὴν εὐλογίστως τις αὐτὰ ἀναφέροι, ὅτι μὴ μόνον ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἄρχοντες κατέστησαν τοῦ λαοῦ· οἵ τε γὰρ μετὰ Μωϋσέα Κριταὶ ἐκ διαφόρων γενόμενοι φυλῶν διήρκεσαν ἡγούμενοι ἐπὶ ἔτεσιν ἐγγύς που πεντακοσίοις, μεθ' οὓς ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν πρῶτος ἁπάντων βασιλεύει Σαοὺλ, καὶ οὕτως μετὰ τούτους οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα βασιλεύουσιν οὐδ' ὅλοις ἔτεσι πεντακοσίοις· εἶτα μετὰ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν οἱ ἐκ φυλῆς Λευὶ προέστησαν τῶν πραγμάτων ὑπὲρ τὰ πεντακόσια ἔτη μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Τί οὖν μᾶλλον περὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς τὰ προειρημένα φησὶν ἡ προφητεία, οὐχὶ δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν; Οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐπὶ τὴν φυλὴν ἁρμόζοι τὰ δηλούμενα· τὸν μέντοι γε ἐπ' ἐσχάτῳ τῶν ἡμερῶν ἀναφανέντα Ἰούδαν ἀληθινὸν ἴσμεν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταμίαν τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπινοιῶν καὶ Ἰούδαν ὀνομασθέντα· ὥσπερ δὴ καθ' ἑτέραν Ἰσραὴλ, καὶ κατ' ἄλλην Ἰακὼβ, καὶ Δαυίδ. καὶ ἄλλοτε ἄλλως· ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, καὶ πάντες ὅσοι τοῦ πνεύματος τῆς υἱοθεσίας ἠξιώθησαν, ᾔνεσάν τε καὶ προσεκύνησαν· « Αἱ χεῖρές τε αὐτοῦ, » ἃς συμβολικῶς ἡγούμεθα εἶναι τὰς πράξεις, « κατὰ νώτου τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, » τοῦτ' ἔστιν τῶν νοητῶν πολεμίων φευγόντων αὐτὸν γεγόνασιν· οὗτος

[69] I Joan. I, 1. [70] Gen. XXXII, 30. [71] Gen. XLIX, 8-10. [72] ibid. 1. [73] Rom. VIII, 3.

Digitized by Google

δὲ καὶ ὡς « σκύμνος λέοντος » εἴρηται, εἴτε διὰ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν ἐκ βασιλικῆς φυλῆς, καὶ τῆς τοῦ Δαυὶδ ῥίζης, « καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γεγεννημένην· » εἴτε διὰ τὴν θεότητα, ἧς ἑαυτὸν κενώσας ἐνηνθρώπισεν, δι' ἣν εὐκαίρως καὶ τὸ, « Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης, » ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ ἀναπεφώνηται. Ὅτε μὲν οὖν τὴν ἐκ βλαστοῦ καὶ ἐκ ῥίζης αὐτοῦ γένεσιν ἐδήλου τοῦ Σωτῆρος, « σκύμνον λέοντος » αὐτὸν ὠνόμασεν, εἰπών, « Σκύμνος λέοντος Ἰούδα· ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης· » ὅτε δὲ τὴν ἀνάβλησιν καὶ τὴν κατὰ τὸ πάθος αὐτοῦ κοίμησιν προφητεύει, ἀμφότερα αὐτόν φησι καὶ ὡς λέοντα καὶ ὡς σκύμνον ἐν τῷ, « Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· » τότε γὰρ οὐ μόνον ὡς ἐκ βασιλικοῦ τυγχάνων γένους, ἀλλὰ καὶ ὡς αὐτὸς βασιλεὺς ὢν ἀνύψωτο· ὁμολογούντων αὐτὸν τῶν ἐθνῶν, εἰ καὶ μὴ οἱ ἐκ περιτομῆς ἤθελον, ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ· καὶ ἄλλως δὲ ῥηθείη ἄν, ἐπειδὴ πρὸς ἀντικειμένας δυνάμεις αἱρομένῳ πόλεμον καὶ καταλύειν μέλλοντι τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, ἔδει παρεῖναι τῷ ἐκ βλαστοῦ Ἰακὼβ κατὰ σάρκα γεγενημένῳ τὴν θεότητα τοῦ Λόγου· εἰκότως λέοντι μὲν ἡ θεότης παραβέβληται διὰ τὸ κεχειρῶσθαι καὶ νενικηκέναι πάσας τὰς ἀγρίας καὶ ἀτιθάσους δυνάμεις· σκύμνῳ δὲ λέοντος, ὃ ἀνειλήφει σαρκίον ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα βασιλικῆς τυγχάνων φυλῆς· ἀλλὰ καὶ εἴπερ ὁ ἀντίδικος ἡμῶν διάβολος ὡς λέων ἐστὶν (ſ. 13) ὠρυόμενος, ὅρα μὴ τούτου σκύμνος πᾶς ἂν λεχθείη ἁμαρτωλὸς, ἐπεὶ « πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται. » Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Σωτὴρ « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ἐλήλυθε, » καί· « Γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· » καί· « Μὴ γνόντα αὐτὸν ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· » ὅρα μὴ τούτων ἕνεκεν κατά τινα βαθύτερον λόγον οὔτε λέοντα οὔτε σκύμνον, ἀλλ' ὡς λέοντα καὶ σκύμνον γεγονέναι αὐτὸν παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν ἡ προφητεία θεσπίζει· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ πάθος τῷ τοῦ ὄφεως παραβάλλει λέγων· « Ὥσπερ Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. » Ἐπὶ τούτοις σεσιωπημένως τὸ κατὰ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ μυστήριον ὑπαινίττεται διὰ τοῦ, « Τίς ἐγερεῖ αὐτόν; » Σαφὲς δ' ἡμῖν ἐκ τοῦ συμπεράσματος γέγονε τίς ἤγειρεν Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν· δῆλον γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ αὐτοῦ.

Ἐξῆς δὲ λέγεται τὰ ἀπὸ τοῦ· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ· » ἅπερ εἰ μὲν ἐξ ἑτέρας ἀναγινώσκοιμεν ἀρχῆς, λέγοιτο ἂν ὡς περὶ ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων γένους καθηγησαμένων τοῦ λαοῦ, καὶ εἴη ἂν κατ' αὐτὴν τὴν διάνοιαν ὁ τῶν προκειμένων ῥητῶν νοῦς τοιόσδε τις· οὐ πρότερον παύσονται οἱ ἐξ Ἰουδαίων ἄρχοντες καὶ ἡγούμενοι ἐπὶ τὸν Ἰουδαίων λαὸν καθιστάμενοι, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ τῆς τῶν ἐθνῶν προσδοκίας αἴτιος, τοῦτ' ἔστιν ὁ Χριστὸς, οὗ παραγενομένου ἐκλείψειν ἀνάγκη τοὺς προειρημένους. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἐπισκεψώμεθα τοὺς καθ' ἡμᾶς χρόνους, εἴγε νῦν βασιλεῖς καὶ ἡγουμένους ἔστιν εὑρεῖν. Ἀλλὰ γὰρ πᾶσι πρόδηλον ὡς μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος τοῖς κατεπαρχιῶν (κατ' ἐπαρχίας) Ῥωμαίων

A ascendisti, » ab Jacobo dicitur. Verumenimvero cum quidem e gemma et e radice ejus nativitatem ostenderet Salvatoris, « catulum leonis » eum nominavit, dicens : « Catulus leonis Juda : e gemma, fili mi, ascendisti; » cum vero et exaltationem et passionis suæ dormitionem prophetizat, simul eum dicit et quasi leonem et quasi catulum : « Requiescens accubuisti ut leo et ut leonis catulus : » tunc enim, non tantum ut regio ortus genere, sed ut ipse rex elatus est; agnoscentibus eum gentibus, etsi noluerunt Judæi, quasi ipse rex fuisset Israel. Cæterum et dicere possemus ei, quandoquidem contra potestates adversas bellum tulisset, et evertere pararet mortis potentiam habentem [74], scilicet diabolum, necesse erat adesse e radice Jacobi se-

B cundum carnem nato Verbi deitatem. Leoni quidem merito deitas assimilatur, ut qui feras omnes indomitasque potestates superavit atque devicit; leonis autem catulo, ut qui carnem accepit e regia Judæ tribu natus. At si quidem adversarius noster diabolus est quasi leo rugiens [75], animadverte quod ejus catulus omnis dicatur peccator, quoniam « omnis qui facit peccatum ex diabolo est [76]. » Cum igitur et Salvator « in similitudinem carnis peccati venit et factus est pro nobis piaculum [77]; » et « eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit [78], » attende quod eam ob causam secundum quoddam significantius verbum non leonem neque catulum, sed quasi leonem et catulum eum factum esse in passionis tempore

C prophetia declarat; cum et ipse passionem suam serpentis assimilat passioni dicens : « Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis [79]. » Dein tacite resurrectionis ejus mysterium innuit, his verbis : « Quis suscitabit eum? » Apertum est nobis e conclusione quis suscitet Jesum Dominum nostrum a mortuis, Deus scilicet et Pater ejus.

Deinde dicitur : « Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus. » Quæ quidem si de alio interpretemur sceptro, dicerentur quasi de omnibus qui ex Judæorum genere populum gubernarunt, talisque esset secundum hanc interpreta-

D tionem hujusce loci sensus : Non prius cessabunt e Judæis duces, principesque super Judæorum populum constituti, quam veniat gentium exspectationis causa, id est, Christus, cujus post adventum necesse est auctoritatem relinquant. Quæ cum ita se habeant, tempora nostra attente perspiciamus, an duces regesque nunc reperire sit. Verum omnibus constat, sicut cæteras gentes, Judæorum quoque populum Romanæ ditioni esse subjectum, neque quemquam eorum summæ auctoritatis esse compotem.

[74] Hebr. II, 14. [75] I Petr. v, 8. [76] I Joan. III, 8. [77] Rom. VIII, 3. [78] II Cor. v, 21. [79] Joan. III, 14.

Digitized by Google

Illudque a Salvatoris nostri incarnatione fieri incepit. Igitur ad regis Herodis tempora Hebræos semper Hebraicæ genti imperasse in historiis reperimus. A Moyse ipso successione continua, populo duces constituti fuerunt, Judices vocati; deinde reges usque ad Babylonis captivitatem imperium exercuere; post captivitatem summi pontifices ad Augustum regia auctoritate potiti sunt; Herode vero, qui primus alieni erat generis, regnumque a Romanis obtinuerat imperante, Salvator Dominusque noster Jesus Christus natus est. Jam igitur ab eo usque ad nostrum tempus imperium sceptrumque a Judæis ablata sunt. Patet advenisse a prophetis prædictum Salvatorem nostrum, cujus a temporibus non modo Judæorum ablati sunt duces, sed et omnis cultus qui apud eos secundum Moysis legem Jerusalem implebatur. Manifeste autem et exspectatio eorum qui per eum ad universarum gentium Deum confugiebant reipsa confirmari cœpit, ipsius adventus tempore, secundum Jacobi prophetiam. τῶν δι' αὐτοῦ καταπεφευγότων ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων παρουσίας αὐτοῦ χρόνων, κατὰ τὴν τοῦ Ἰακὼβ προφητείαν.

A ἡγεμόσιν ὑποτέτακται, μηδενὸς αὐτῶν τὴν τοῦ ἄρχειν ἐξουσίαν ἐπιτετραμμένου. Καὶ τοῦτό γε ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἦρξατο· μέχρι γοῦν Ἡρώδου βασιλέως Ἑβραίους ἐξ Ἑβραίων τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους ἄρξαντας ἐν ταῖς ἱστορίαις εὑρίσκομεν, ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως κατὰ διαδοχὴν ἡγησαμένων πρῶτον μὲν τῶν λεγομένων Κριτῶν, εἶθ' ἑξῆς τῶν βασιλέων μέχρι τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, μεθ' ἣν οἱ ἀρχιερεῖς τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενοι ἐπὶ τὴν Αὐγούστου διήρκεσαν βασιλείαν· καθ' ὃν Ἡρώδου πρώτου τὸ γένος ἀλλοφύλων (λου) τὴν κατ' αὐτῶν βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγχειρισθέντος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη. Ἤδη τοίνυν ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι τοῦ παρόντος χρόνου σαφῶς ἐκλελοιπὼς ἄρχων τε καὶ ἡγούμενος ἐν Ἰουδαίοις
B ἀποδείκνυται· δῆλον ὡς ἐλήλυθεν ὁ πεπροφητευμένος Σωτὴρ ἡμῶν, οὗ ἀπὸ τῶν χρόνων οὐ μόνον οἱ Ἰουδαίων ἐπιλελοίπασιν ἄρχοντες, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ πρὸς αὐτῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀποτελουμένη κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον λατρεία. Σαφῶς δὲ καὶ ἡ προσδοκία Θεὸν ἐθνῶν ἔργῳ πληροῦσθαι ἤρξατο ἀπὸ τῶν τῆς

Et hæc quidem si de proprio sceptro intelligamus, « non auferetur sceptrum de Juda; » si priori hunc quasi consentaneum accommodemus sensum, Christum significat Judas in præcitato loco, et « non auferetur sceptrum de Juda, » ad illos spectat qui post Christum duces et principes Ecclesiæ fuerunt : hos prophetia dicit non defecturos esse, « donec veniat qui mittendus est; » quasi manifeste diceret, donec veniat quæ ei decreta sunt in consummationem futuram, omnium regnum obtinebit. Quod vero duces Christi discipulos sanctus vocat Spiritus, manifestum est ex iis quæ de Juda dicuntur : « Tu vero, homo unanimis, dux meus et notus meus [80]. » Quos religiose colentes, qui eorum divinis sincerisque et sanctis verbis crediderunt, minime conturbari debent, nec in fide sua commoveri hujus temporis persecutionibus, ac præsertim ea quæ nunc adversus nos vehementissime sævit, taliaque adversus Ecclesias totumque populum exercuit, qualia nec in historia unquam, nec in traditione senex quivis meminisse potest. Hæc vero dicimus, ne cui forte videantur quæ nunc sæva patimur iis quæ prius diximus plane contraria, cum neque coire fideles possint, neque decreta duces
D Ecclesiæ præcipere. Veracissima igitur cum sit divinitus inspirata Scriptura, credendum est eos duces non omnino defecisse, etsi quibusdam defecisse videantur. Deus enim Prophetæ dicens : « Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal [81], » querenti quod solum eum cæteris sublatis reliquisset, ipse nunc et dignos Providentia sua inspicit, « reliquias secundum electionem gratiæ [82-83] » et nobis conservans a se munitos et se unum contemplantes. De quibus et ipsi diceremus : « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset

Καὶ ταῦτα μὲν εἰ ὡς ἀπὸ ἰδίας ἀρχῆς ἀναγινώσκοιμεν τὰ ἀπὸ τοῦ· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα· » εἰ δ' ὡς ἀκόλουθον τῇ πρὸ αὐτῆς διανοίᾳ καὶ τὴν μετὰ χεῖρας συνάπτομεν, ἐξῆς ἂν εἴη, τοῦ Χριστοῦ Ἰούδα νενοημένου κατὰ τὰ προαποδεδομένα, τὸ, « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ (f. 7 v°) Ἰούδα, » ἐπὶ τοὺς μετὰ τὸν Χριστὸν ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους τῆς Ἐκκλησίας ἐκλαμβάνειν, οὓς ἡ προφητεία φησὶν μὴ ἐκλείψειν « ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· » ὡς εἰ σαφέ-
C στερον ἔλεγεν, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ τῆς συντελείας ἐπιστάσης, κομίσηται τὴν κατὰ τῶν ὅλων βασιλείαν. Ὅτι δὲ καὶ ἡγουμένους τοὺς τοῦ Χριστοῦ μαθητὰς τὸ θεῖον ἀποκαλεῖ Πνεῦμα σαφές ἐστιν ἐκ τοῦ λέγεσθαι περὶ τοῦ Ἰούδα· « Σὺ δέ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνώστα μου. » Καὶ τούτοις δὲ χρὴ προσέχοντας τοὺς ὡς θείοις καὶ ἀληθέσι τοῖς ἱεροῖς λόγοις πεπιστευκότας μηδαμῶς θροεῖσθαι, μηδὲ μὴν σείεσθαι τὴν πίστιν ὑπὸ τῶν κατὰ καιροὺς διωγμῶν, καὶ μάλιστα τοῦ ἐνεστῶτος ὑπὲρ τοὺς πώποτε σφοδρότατα καθ' ἡμῶν πνεύσαντος, καὶ τοιαῦτα ἐπιδειξαμένου κατά τε τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, ὁποῖα οὔτε ἀπὸ γραφῆς οὔτε μὴν ἐκ παραδόσεως ἀρχαίων τις ἐμνημόνευσεν. Ταῦτα δέ
D φαμεν, ἐπεὶ τάχα δόξειεν ἂντικρυς κατὰ τὸν ἐνεστῶτα διωγμὸν τἀναντία συμβεβηκέναι τοῖς εἰρημένοις, διὰ τὸ μηδὲ ἄθροισμα νῦν συνεστάναι δοκεῖν, μήτε τὸν κανόνα τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀρχόντων. Ἀψευδοῦς τοιγάρτοι τυγχανούσης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, πεπεῖσθαι χρὴ ὅτι μὴ πάντως ἐξέλειπον οἱ προειρημένοι, εἰ καὶ δοκοῖέν τισιν ἐκλελοιπέναι· ὁ γὰρ εἰπὼν τῷ Προφήτῃ Θεὸς, « Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, » ὑπειληφότι μόνον αὐτὸν περιλελεῖφθαι τῶν λοιπῶν ἀνηρημένων, ὁ αὐτὸς καὶ νῦν τοὺς ἀξίους τῆς αὐτοῦ προνοίας ἐφορᾷ, « λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος καὶ

[80] Psal. LIV, 14 [81] Rom. XI, 4. [82-83] ibid. 5.

Digitized by Google

ἡμῖν διαφυλάττων τοὺς πρὸς αὐτοῦ φρουρουμένους, καὶ πρὸς αὐτοῦ μόνου θεωρουμένους, περὶ ὧν εἴποιμεν ἂν καὶ αὐτοὶ τὸ, « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. » Τὸ γάρτοι εἰς τὸ παντελὲς ἐκλελοιπέναι νομίζειν τοὺς τοῦ λόγου προεστῶτας, ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους ὑπὸ τῆς προφητείας ὠνομασμένους, ἔν τι τῶν ἀμηχάνων τυγχάνει, διὰ τὸ καὶ ὅρον τεθεῖσθαι τοῦ « μὴ ἐκλείψειν ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ· » τοῦτ' ἔστι τὰ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐπηγγελμένα τῷ Χριστῷ, φήσαντι (τος) πρὸς αὐτὸν, « Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· » ὅτε καί· « Πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστός· » τηνικαῦτα γὰρ καὶ τῶν ἐθνῶν προσδοκία τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων καιρὸν ἕξει τὰς προσδοκηθείσας ἐπαγγελίας κομίσασθαι ἐν τῇ προσδοκωμένῃ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ· τὰ δ' ἑξῆς ἀπὸ τοῦ, « Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, θέσι ζητεῖν καταλείψομεν, πλεονάσαντες καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις, οὐ κατὰ τὸν προτεθέντα μὲν σκοπὸν, ὅμως δ' ἐξ ἀνάγκης ὑπὲρ σαφοῦς διηγήσεως τῶν κατὰ τὸν τόπον.

A nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorrha similes fuissemus [84]. » Idcirco minime existimandum est verbi magistros, duces principesque a prophetis vocatos, penitus defecisse, præsertim cum præfixi sint termini, « non auferentur donec veniant quæ ipsi decreta sunt; » scilicet quæ a Patre Christo nuntiata sunt, ad eum dicente : « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum [85]; » nec non illa : « Omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum; et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus [86]. » Tunc enim et gentium exspectatio quæ ab eo tempore usque ad illud in eum crediderunt, promissionum consummationem videbit, speratoque cœlorum regno potietur. Hæc quidem ita; quæ vero B sequuntur : « Ligans ad vineam pullum suum, » allegorice interpretanda studiosis viris relinquemus, pluribus jam dictis, non quod ad propositum nostrum; quippe quæ ad hunc locum perspicue illustrandum requirerentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἀπὸ τῆς Ἐξόδου.

« Καὶ Μωϋσῆς ἦν ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰοθὸρ τοῦ (*f.* 8) γαμβροῦ αὐτοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ ἦλθον εἰς τὸ ὄρος τοῦ Θεοῦ Χωρήβ· ὤφθη δὲ ἄγγελος Κυρίου αὐτῷ ἐν φλογὶ πυρός. » Καὶ μέθ' ἕτερα· « Ὡς δὲ εἶδεν Κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν ἐκ μέσου τοῦ βάτου λέγων. » Καὶ αὖθις· « Εἶπεν δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. » Καὶ μετὰ πλεῖστα· « Ἐλάλησεν δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Μωϋσῆν· καὶ εἶπεν πρὸς αὐτόν· Ἐγὼ Κύριος, καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Θεὸς ὢν αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς· καὶ ἔστησα τὴν Διαθήκην μου πρὸς αὐτούς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Σφόδρα παρατετηρημένως ἐν τούτοις οὐχ ὁ Κύριος ἀλλ' ὁ ἄγγελος ὤφθαι τῷ Μωϋσεῖ ἀναγέγραπται, δι' οὗ καὶ ὁ Κύριος ὥσπερ δι' ἑρμηνέως χρηματίζων διδάσκει, ὅτι μὴ εἴη ὑποδεδηκυΐά τις δύναμις ἡ χρηματίζουσα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ὤν. Σαφέστερον δὲ τίς ἐστιν ὁ ὢν παριστᾷ ἐν τῷ (1) φησιν· « Ἐγὼ Κύριος· καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Θεὸς ὢν αὐτῶν· καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς· » ὃ καὶ τοιοῦτον δοκεῖ μοι νοῦν περιέχειν· Σοὶ μὲν τὸ ὄνομά μου τέως αὐτὸ μόνον δηλῶν φημι· Ἐγὼ Κύριος· τοῖς δὲ σοῖς πατράσι τὸ μὲν ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα, καὶ μείζονος γὰρ ἄξιοι τῆς τοιαύτης γνώσεως ἐτύγχανον ὄντες· αὖπτος δὲ ὤφθην αὐτοῖς καὶ δι' ἑαυτοῦ (ἐμαυτοῦ) τὴν Διαθήκην μου πρὸς αὐτοὺς ἔστησα. Πρόδηλον δὲ ἐκ τῶν προαποδεδομένων τίς ἦν ὁ τοῖς πατράσιν ὀφθεὶς· τοῦτον γὰρ ἐξεταζόμενος τὸν τρόπον ὁ λόγος πρὸς τὸν « ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸν Λόγον » ὑπάρχειν ἀπεδείκνυεν. Οὐκοῦν ὁ αὐτὸς καὶ νῦν ἐπιφαίνεται, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως γε τοῖς προπά-

CAPUT IX.

Ab Exodo.

« Moyses autem pascebat oves Jethro soceri sui [87]. » Et post pauca : « Venitque ad montem Dei Horeb; apparuitque ei Domini angelus in flamma ignis [88]; » ac deinde : « Cernens autem Dominus C quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi et ait [89]; » et rursus : « Dixit autem Dominus ad eum : Ego sum qui sum [90]. » Et infra : « Locutus est Deus ad Moysem, dixitque ad eum : Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac et Jacob, cum essem Deus eorum, nomenque meum Dominus non indicavi eis; pepigique fœdus meum cum eis [91], » et reliqua. Accuratissime in istis non Dominus, sed angelus visus fuisse refertur, per quem Dominus, quasi per interpretem manifestatus, edocet seipsum non aliquam esse inferiorem potestatem, sed hunc ipsum qui est. Quis ille igitur qui est, hæc nobis plenius demonstrant : « Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac et Jacob; cum D essem Deus eorum, nomenque meum Dominus non indicavi eis. » Quæ mihi videntur sic interpretanda. Tibi nomen meum usque nunc soli revelans, dico : Ego Dominus; patribus vero tuis nomen meum non indicavi, quippe majori scientia dignis. Ipse autem apparui eis, et per meipsum Testamentum meum cum eis pepigi. Constat supradictis quis patribus apparuerit. Hujus enim loci explanatio eum ostendit esse « in principio apud Deum, Deum Verbum [92]. » Idem igitur nunc quoque manifestatur, sed non eodem modo quo patribus. His enim ut majoribus et perfectioribus ipse visus est et per seipsum Testamentum suum cum iis pepigit. Moysi

[84] Rom. IX, 29. [85] Psal. CIX, 1; Act. I, 34, 35. [86] Philip. II, 10. [87] Exod. III. 1. [88] Ibid. 2. [89] Ibid. 4. [90] Ibid. 14. [91] Exod. VI, 2-4 [92] Joan. I, 1.

(1) *Τῷ.* Forte ᾧ, vel οἷς. EDIT.

Digitized by Google

vero visus est non Dominus, sed angelus; vocavit eum non jam angelus, sed Dominus. Dominus quidem erat præcipiens, angelus vero divina exsequebatur mandata. Inde interdum legere est in sancto Apostolo : « Qui solus ordinas per angelos in manu Mediatoris [93]; » et : « Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus [94]. » Manifeste igitur angelus apparuit, et Dominus per eum manifestabatur. Nec semel invenias in omni lege Scripturam indicantem Moysi visum fuisse Deum vel Dominum, quod de solis tribus patriarchis videtur esse dictum. E quibus apertum est omnem legem Hebraicæ gentis hominibus, ut mente infirmioribus et sub duce constitutis, traditam quasi per pædagogos atque moderatores fuisse, nec non typice eis et symbolice divina mandata revelata fuisse, prout altiorem spiritalemque disciplinam accipere non valentibus, quippe qui Ægyptiaca mollitie pueri educati erant, et multa adhuc conversione indigentes; quibus ignis esse Deus dicitur : « Deus noster ignis consumens [95], » quod minime de patriarchis dicitur. Verum cum illos jubet se purificare ut gloriam Domini videant, non sicut de Abrahamo, et Isaaco, et Jacobo simpliciter dicitur Deum eis visum esse, sed hæc eadem multo et terrifico apparatu narrantur : « Jamque advenerat tertius dies, et mane inclaruerat : et ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementius strepebat. Et timuit populus qui erat in castris. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat : eo quod descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace : et stabat omnis populus vehementer conterritus. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in majus et prolixius tendebatur. Moyses loquebatur et Deus respondebat ei. Descenditque Dominus super montem Sinai, in ipso montis vertice, et vocavit Moysem [96], » et reliqua. Hæc quidem descendisse Dominum testantur, visus autem fuisse minime fertur, quod de solis patriarchis observatum est. Domini igitur præsentia quidem facta est, non autem visio ipsius; sed, ut patet, satellitum sibi angelorum, quibus utiliter populo formidandam ac terrificam visionem effecit, prudenter consulens ut eorum cautelam simul et metum et in se fidem stabiliret ad custodiam observantia mque legum quas eis præcepturus erat. Quod autem plures erant Domino legem edicenti famulantes angeli, ipse Moyses in benedictionibus ostendit dicens : « Dominus de Sina venit, et de Seir ortus est nobis : apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia. In dextra ejus angeli cum eo [97]. » Ideoque Stephanus in Actibus, cum populum vehementer objurgaret, ait : « Qui accepi-

τορσιν· ἐκείνοις γὰρ ἅτε μείζοσι καὶ τελειοτέροις αὐτὸς ὤφθη, καὶ δι' ἑαυτοῦ τὴν Διαθήκην αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἔστησεν· ἐπὶ δὲ τοῦ Μωϋσέως ὤφθη μὲν οὐχ ὁ Κύριος, ἀλλ' ὁ ἄγγελος· ἐκάλεσε δὲ αὐτὸν οὐκέτι ὁ ἄγγελος, ἀλλ' ὁ Κύριος· Κύριος μὲν γὰρ ἦν ὁ διατασσόμενος· ἄγγελος δὲ ὁ τοὺς θείους λόγους διακονούμενος· ὅθεν εἰ καί τι ἄλλο θαυμασίως ἐκπεφώνηται τῷ ἱερῷ Ἀποστόλῳ, καὶ τὸ, « Ὁ μόνος διατάξῃς (γεις δ:) ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου· » καὶ τό· « Εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος. » Σαφῶς γοῦν ἄγγελος εἰσῆκται καὶ ὁ Κύριος δι' αὐτοῦ χρηματίζων, καὶ οὐδὲ ἅπαξ ἂν εὕροις δι' ὅλης τῆς νομοθεσίας τὴν Γραφὴν σημειουμένην ὡς ὅτι δὴ ὤφθη ὁ Θεὸς ἢ ὁ Κύριος τῷ Μωϋσεῖ, ὅπερ ἐπὶ μόνων τῶν τριῶν πατριαρχῶν εἰρημένον ἐμφαίνεται· ὡς ἐκ τούτων σαφὲς εἶναι, τὴν πᾶσαν νομοθεσίαν τοῖς κατὰ τὸν τότε λαὸν, οἷα δὴ νηπίοις τὰς ψυχὰς καὶ εἰσαγομένοις, διδομένην ὥσπερ διὰ παιδαγωγῶν καὶ οἰκονόμων παραδεδόσθαι, τυπικῶς τε αὐτοῖς καὶ εἰκονικῶς τὰ θεῖα διὰ συμβόλων ἠνίχθαι, τῷ μὴ τὴν μυστικωτέραν καὶ πνευματικὴν οἷόν τε αὐτοὺς ἐπιδέξασθαι διδασκαλίαν, ἅτε γοῦν παισὶ τρόποις Αἰγυπτίοις ἐκδιῃτημένοις, καὶ πολλῆς ἔτι χρῄζουσιν ἐπιστρεφείας, πῦρ εἶναι ὁ Θεὸς, κατὰ τό· « Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον, » ὅπερ οὐδαμῶς ἐπὶ τῶν πατριαρχῶν εἴρηται. Ἀλλὰ καὶ ὅτε προστάττει ἁγνίσασθαι αὐτοὺς ὅπως (f. 8 v°) ἴδωσι τὴν δόξαν Κυρίου, οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰακὼβ ἁπλῶς εἴρηται ὅτι ὤφθη αὐτοῖς ὁ Θεὸς, μετὰ πολλῆς δὲ καταπλήξεως καὶ φαντασίας αὐτὰ δὴ ταῦτα ἀναγέγραπται· « Καὶ ἐγένετο τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γενηθέντος πρὸς ὄρθρον, καὶ ἐγίνοντο φωναὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ νεφέλη γνοφώδης ἐπὶ τοῦ ὄρους, καὶ φωνὴ τῆς σάλπιγγος ἦχει μέγα, καὶ ἐπτοήθη πᾶς ὁ λαὸς ἐν τῇ παρεμβολῇ· καὶ ἐξήγαγε Μωϋσῆς τὸν λαὸν εἰς τὴν συνάντησιν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ παρέστησαν ὑπὸ τὸ ὄρος (Σινά· τὸ ὄρος) Σινὰ ἐκαπνίζετο ὅλον διὰ τὸ καταβεβηκέναι ἐπ' αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἐν πυρί· καὶ ἀνέβαινεν ὁ καπνὸς αὐτοῦ ὡσεὶ καπνὸς καμίνου· καὶ ἐξέστη πᾶς ὁ λαὸς σφόδρα· ἐγίνοντο δὲ φωναὶ τῆς σάλπιγγος προβαίνουσαι ἰσχυρότερα: σφόδρα. Μωϋσῆς ἐλάλει, ὁ δὲ Θεὸς ἀπεκρίνατο αὐτῷ φωνῇ, κατέβη δὲ Κύριος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινὰ ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους· καὶ ἐκάλεσε Κύριος Μωϋσῆν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅτι μὲν οὖν κατέβη Κύριος διὰ τούτων μεμαρτύρηται· ὅτι δὲ καὶ ὤφθη οὐκέτι εἴρηται, ὃ ἐπὶ μόνων τῶν πατριαρχῶν τετήρηται. Οὐκοῦν παρουσία μὲν ἐγεγόνει τοῦ Κυρίου· ὀπτασία δὲ οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ δῆλον ὅτι τῶν ἀμφ' αὐτὸν δορυφόρων ἀγγέλων, δι' ὧν χρησίμως τῷ λαῷ φοβερὰν καὶ καταπληκτικὴν ἐποιήσατο τὴν ὀπτασίαν, εὐλάβειαν ὁμοῦ καὶ φόβον καὶ πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν κρατῦναι ἐν αὐτοῖς προμηθούμενος εἰς φυλακὴν καὶ τήρησιν τῶν μελλόντων αὐτοῖς παραδίδοσθαι νόμων. Καὶ ὅτι γε πλείους ἐτυγχανον οἱ τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν νομοθεσίαν διακονούμενοι ἄγγελοι, αὐτὸς Μωϋσῆς ἐν

[93] Galat. III, 19. [94] Hebr. II, 2. [95] Deut. IV, 24. [96] Exod. XIX, 16-20. [97] Deut. XXXIII.

Digitized by Google

ταῖς εὐλογίαις παρίστησι λέγων· « Κύριος ἐκ Σινᾶ ἦκει, καὶ ἐπέφανεν ἐκ Σεὶρ ἡμῖν, καὶ κατέσπευσεν ἐξ ὄρους Φαρὰν σὺν μυριάσιν Κάδης, ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὃ καὶ ὁ Στέφανος ἐν ταῖς Πράξεσιν ὡς πρὸς τὸν λαὸν ἀποτεινόμενός φησιν· « Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε. »

A stis legem in dispositione angelorum et non custodistis [98]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ἀπὸ τῆς Ἐξόδου.

« Ἐξῆρεν δὲ ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ὁ προπορευόμενος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη ἐκ τῶν ὄπισθεν αὐτῶν· ἐξῆρεν δὲ καὶ ὁ στῦλος τῆς νεφέλης πρὸ προσώπου αὐτῶν· καὶ ἐπορεύθη καὶ ἔστη ἐκ τῶν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἰσῆλθεν ἀνὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τῶν Αἰγυπτίων καὶ ἀνὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. » Εἶτ' ἐν τοῖς ἑξῆς ἡ θεία διδάσκει Γραφή, τί ποτε ἦν ἡ νεφέλη φάσκουσα· B « Εἶπεν δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Ἰδοὺ ἐγὼ παραγίνομαι πρὸς σὲ ἐν ἐκ (στύλῳ) τῆς νεφέλης, ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρὸς σὲ, καί σοι πιστεύσωσιν· » καὶ πάλιν· « Ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν ἡμέρας ἐν στύλῳ νεφέλης, δεῖξαι αὐτοῖς τὴν ὁδόν· τὴν δὲ νύκτα, ἐν στύλῳ πυρὸς τοῦ φαίνειν αὐτοῖς· » καὶ αὖθις· « Καὶ κατέβη Κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης. » Οὐκοῦν διὰ τούτων ἕτερος ἦν σαφῶς τῆς νεφέλης ὁ προπορευόμενος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἄγγελος, καὶ ἡ νεφέλη δὲ ἄλλη μέν τις ἐτύγχανεν παρ' αὐτὸν ἄγγελον, τοῦ δὲ Κυρίου αὐτοῦ σωματικὸν ὥσπερ ὄργανον ἦν· δι' οὗ (f. 9), τὴν φύσιν ὢν αὐτὸς ἀσώματος, καὶ πάσης ἐπέκεινα αἰσθητῆς καὶ ὑλικῆς οὐσίας, δι' αἰσθητῆς φωνῆς τῆς ἰδίας ἠξίου ὁμιλίας τὸν θεράποντα· καὶ τῆς τοιαύτης τε οἰκονομίας αὐτὸς ὁ C Κύριος τὸν λόγον ἀποδιδοὺς τῷ Μωϋσεῖ φησιν· « Ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρὸς σὲ, καί σοι πιστεύσωσιν· » ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ λαοῦ, οἷα σωματικωτέρου τυγχάνοντος, δι' αἰσθητῆς φωνῆς ὁμιλεῖ, ἐπὶ δὲ τῶν πατριαρχῶν, οὔτε νεφέλης οὔτε στύλου πυρὸς δεομένων, ἕτερος ἐγίγνετο τῆς τε ὀπτασίας καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμιλίας ὁ τρόπος. Καὶ ὅτι γε οὐκ ἦν ἀγγελική τις δύναμις ἡ διὰ τῆς νεφέλης χρηματίζουσα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς, πρὸς τοῖς προαποδεδειγμένοις δηλοῦται καὶ διὰ τῆς οὕτως ἐχούσης Γραφῆς· « Εἶπεν δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Βάδιζε καὶ ὁδήγησον τὸν λαὸν εἰς τὸν τόπον ὃν εἴρηκά σοι· ἰδοὺ ὁ ἄγγελός μου προπορεύσεται πρὸ προσώπου σου. » Καὶ πάλιν· « Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Πορεύου καὶ ἀνάβηθι ἐντεῦθεν, σὺ καὶ ὁ λαὸς, » καὶ τὰ D ἑξῆς· καὶ συναποστελῶ πρὸ προσώπου σου τὸν ἄγγελόν μου. Ταῦτα γὰρ ἀγγέλῳ μὲν οὐδαμῶς λέγειν ἁρμόττει, Θεῷ δὲ μόνῳ, καὶ τῷ καθ' ὅλην τὴν ἱστορίαν διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλουμένῳ Κυρίῳ. Ἆρ' οὖν ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς καὶ Θεὸς τῶν ἁπάντων εἰς τοσοῦτον κατῆλθεν, ὡς ἐπὶ σωματικοῦ ὄρους ὀχεῖσθαι, καὶ παιδαγωγοῦ δίκην συμβαδίζειν ἀνθρώποις ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν; ἢ τοῦτο μὲν οὔτε δυνατὸν, οὔθ' ὅσιον ἐννοεῖν, εὐσεβέστερον δὲ ἅμα καὶ δυνατὸν τὸν θεῖον ὑπολαμβάνειν Λόγον, διάκονον ὄντα τοῦ πατρικοῦ βουλήματος, ἐπείπερ αὐτοῦ Κυρίου ὄντος

CAPUT X.

Ab Exodo.

« Tollens se angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos : et cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum stetit, inter castra Ægyptiorum et castra Israel [99]. » Deinde in iis quæ sequuntur divina docet Scriptura quæ esset hæc nubes, dicens : « Ait autem Dominus ad Moysem : Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te et credat tibi in perpetuum [1]. » Et rursus : « Deus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis [2]. » Atque alias : « Descendit Dominus in columna nubis [3]. » Igitur ex iis alius erat manifeste nubis angelus qui præcedebat filios Israel, alia et nubes circa eum angelum, quæ quasi ipsius Domini corporeum erat indumentum. Qua quidem, cum natura incorporeus esset, omnisque sensus vel materialis substantiæ immunis, per vocis auditum propria conversatione servum suum dignabatur. Hujus dispositionis ipse Dominus rationem reddens Moysi dicit : « Ut audiat me populus loquentem ad te, et credat tibi in perpetuum [4]. » Sed cum populo, ut magis corporali, vocis auditu conversatur ; cum patriarchis, quibus neque nube neque ignis columna opus erat, alius fiebat visionis et conversationis modus. Quod vero non angelica quædam potestas quæ per nubem manifestabatur, sed ipse Deus, præter ea quæ jam demonstrata sunt hoc etiam ostenditur Scripturæ loco : « Dixit autem Dominus ad Moysem : Vade et duc populum istum quo locutus sum tibi [5]. Ecce angelus meus præcedet te. » Et rursus : « Et dixit Dominus ad Moysem : Vade, ascende de loco isto tu, et populus tuus [6], » et cætera ; « et mittam præcursorem tui angelum. » Hæc enim angelum nequaquam dicere decet, Deum vero solum, Dominumque qui in tota narratione tetragrammato designatur. Numquid igitur universarum rerum auctor, Deusque omnium ad id descendit ut super materialem veniret montem, et pædagogi instar cum hominibus ambularet, qui cœlum et terram implet? Nonne illud neque verisimile, neque sanctum existimare, religiosius vero et probabilius cogitare expletum hoc munus a Verbo divino, paternæ voluntatis ministro, Dominoque ipso, qui et « factus est pars Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel [7] ; » hunc, inquam, ea pro parte atque hæreditate suscepisse, et se ipsum exinanientem, consubstantialique magnitudine exuta, hominum saluti, etiam ante incarnationem contu-

[98] Act. VII, 53. [99] Exod. XIV, 19, 20. [1] Exod. XIX, 9. [2] Exod. XIII, 21. [3] Exod. XIX, 9. [4] ibid. [5] Exod. XXXII, 34. [6] Exod. XXXIII, 1. [7] Deut. XXXII, 9

Digitized by Google

luisse? Quod si diligenter perspiceremus, inveniemus eum interdum propria forma præcepta denuntiantem, sicut cum dixit : « Non apparebis in conspectu meo vacuus [8]. Altare de terra facietis mihi et afferetis super eo holocausta... Veniam ad te et benedicam tibi [9]; » interdum quasi de alio Domino, Deo scilicet et Patre ejus, disserentem, sicut in Decalogo cum ait : « Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum; septimo die sabbatum Dei tui est. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt; et benedixit Dominus diei Sabbati [10]. » Et rursus : « Honora patrem tuum et matrem tuam, ut tibi bene sit et sis longævus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi [11]. » Hæc enim non per angelum, sed ipse per seipsum Dominus profecto in Decalogo dixit; nonne enim evidentius est eum ita populum suum de pietate erga altissimum Patrem ipsius, Deumque omnium edocuisse?

A « ἐγενήθη μερὶς Ἰακὼβ καὶ σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ, » οἷα ὑπὲρ μερίδος καὶ κληρονομίας φροντίζειν, κενοῦντά τε ἑαυτὸν καὶ τοῦ συμφυοῦς μεγέθους σμικρύνοντα τῇ τῶν ἀνθρώπων καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως συμπεριφέρεσθαι σωτηρίᾳ; Εἰ γοῦν εὐγνωμόνως ἐπιστήσαιμεν, εὕροιμεν αὐτὸν ποτὲ μὲν εἰς ἴδιον πρόσωπον ἀναφέροντα τὰς παρακελεύσεις, ὡς ὅταν λέγῃ· « Οὐκ ὀφθήσῃ ἐνώπιόν μου κενός· καὶ θυσιαστήριον ἐκ γῆς ποιήσεταί μοι· καὶ ἥξω πρὸς σὲ καὶ εὐλογήσω σε· » ποτὲ δὲ ὡς περὶ ἑτέρου Κυρίου, τοῦ Θεοῦ δηλαδὴ καὶ Πατρὸς αὐτοῦ, διαλεγόμενον, ὡς ἐπὶ τῆς Δεκαλόγου ὅταν φάσκῃ· « Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· καὶ γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν Κύριος τόν τε οὐρανὸν
B καὶ τὴν γῆν· καὶ εὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην· » καὶ αὖθις· « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσίν σοι. » Ταῦτα γὰρ οὐ δι' ἀγγέλου, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ὁ Κύριος πεπιστευμένως ἐν τοῖς δεκαλόγοις εἰρηκέναι περὶ τῆς εἰς τὸν ἀνωτάτω Πατέρα ἑαυτοῦ καὶ Θεὸν

CAPUT XI.

« Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, et custodiat in via, et introducat in locum quem paravi. Observa eum et audi vocem ejus, nec contemnendum putes : quia non dimittet cum peccaveris, et est nomen meum in illo [12]. » Hæc cum aliis præceptis Dominus populo denuntiat. Si quidem igitur post Moysis obitum non ipse Dominus qui in deserto manifestabatur adesset populo, sed angelorum aliquis eos præcederet, nihil hoc in loco inquirendum foret. Cum autem narratione constet et post Moysis obitum Dominum ipsum Josue manifestatum esse, et aperte in iis quæ ad eum loquebatur, dixisse : « Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum : non dimittam, nec derelinquam te. Confortare et esto robustus. Tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua juravi patribus tuis, ut traderem eam illis [13]. » Et in omni Scriptura angelus quidem nequaquam præsens vel manifestatus Josue memoratur, sed ipse Dominus, qui apud Moysem tetragrammato ostenditur, quique mihi idem esse videtur ac qui semel Josue viri habitu apparuit [14]. Quemadmodum enim apparuisse Abrahamo et Jacobo narratur, sic et nunc
D ad edocendum servum suum, non ipsum existimari primum et increatum esse Deum, sed summum ejus exercitus ducem demonstrat. Ergo si in omni Josue libro angelus quidem minime præsens refertur, sed idem ipse Dominus qui in omni Moysis legislatione ostenditur : testatur manifeste Scriptura dicens : « Fuit ergo Dominus cum Josue [15], » de quo diceretur : « Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te et introducat in locum quem paravi tibi [16]? » Videtur ergo non alium ac ipsum ostendere Josue. Ipse enim duxit populum in pro-

πῶς οὐκ ἂν γένοιτο πρόδηλος, παιδεύων τὸν λαὸν τὰ περὶ τῆς εἰς τὸν ἀνωτάτω Πατέρα ἑαυτοῦ καὶ Θεὸν τῶν ὅλων εὐσεβείας;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

« Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ἵνα φυλάξῃ σε ἐν τῇ ὁδῷ, ὅπως εἰσαγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν, ἣν ἡτοίμασά σοι. Πρόσεχε αὐτῷ καὶ εἰσάκουε αὐτοῦ, μὴ ἀπείθει ἐν αὐτῷ, οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε· τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. » Ταῦτα μετὰ τῶν λοιπῶν (f. 9 v°) δικαιωμάτων ὁ Κύριος τῷ λαῷ διαστέλλεται. Εἰ μὲν οὖν μετὰ τὴν
C Μωϋσέως τελευτὴν μὴ ὁ αὐτὸς Κύριος ὁ ἐπὶ τῆς ἐρήμου χρηματίζων συμπαρῆν τῷ λαῷ, ἀλλ' ἀγγέλων τις αὐτῶν προηγεῖτο, οὐδὲν ἂν εἰς τοὺς τόπους ζητούμενον ἦν· ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ἱστορίας φαίνεται καὶ μετὰ τὴν Μωϋσέως τελευτὴν ὁ αὐτὸς Κύριος τῷ Ἰησοῦ χρηματίζων καὶ σαφῶς ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν χρησμοῖς λέγων· « Ὅτι ὥσπερ ἤμην μετὰ Μωϋσῆ, οὕτως ἔσομαι μετὰ σοῦ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω σε, οὐδ' ὑπερόψομαί σε. Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου· σὺ γὰρ ἀποδιαστελεῖς τῷ λαῷ τούτῳ τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν δοῦναι αὐτοῖς· » καὶ δι' ὅλης τῆς Γραφῆς ἄγγελος μὲν οὐδαμῶς ἐπιπαρὼν ἢ χρηματίζων τῷ Ἰησοῦ φαίνεται, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ὁ καὶ παρὰ Μωϋσεῖ διὰ τοῦ τετραγράμμου δηλούμενος, ὃς καὶ δοκεῖ μοι ὁ αὐτὸς εἶναι τῷ ἐν ἀνδρὸς σχήματι εἰς ἅπαξ μόνον παραφανέντι τῷ Ἰησοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἐπιφανεὶς τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰακὼβ ἀναγέγραπται, οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ τῷ παιδεῦσαι τὸν θεράποντα μὴ αὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸν πρῶτον καὶ ἀγένητον εἶναι Θεόν, ἀλλ' ἀρχιστράτηγον τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀποφαίνεται. Εἰ δὴ οὖν διὰ πάσης τῆς τοῦ Ἰησοῦ γραφῆς ἄγγελος μὲν οὐδ' ὅλως παρὼν ὀνομάζεται, ἀλλ' αὐτὸς ὁ διὰ πάσης τῆς παρὰ Μωϋσεῖ νομοθεσίας δηλούμενος Κύριος· μαρτυρεῖ γοῦν σαφῶς ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰησοῦ· » τίνος ἂν λέγοιτο· « Ἰδοὺ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὅπως ἀγάγῃ σε εἰς τὴν γῆν, ἣν ἡτοίμασά σοι; » Ἔοικεν οὖν διὰ τού-

[8] Exod. xxiii, 15. [9] Exod. xx, 24. [10] ibid. 7, 10, 11. [11] ibid. 12. [12] Exod. xxiii, 20, 21. [13] Jos. i, 5, 6. [14] Jos. v, 13. [15] Jos. vi, 27. [16] Exod. xxiii, 20.

Digitized by Google

των οὐκ ἄλλον ἀλλ' αὐτὸν δηλοῦν τὸν Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ εἰσήγαγεν τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὡς καὶ αἱ πρὸς αὐτὸν δηλοῦσιν τοῦ Θεοῦ φωναὶ λέγοντος· « Ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου· σὺ γὰρ ἀποδιαστελεῖς τῷ λαῷ τούτῳ τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν ὑμῶν περὶ αὐτοῦ. » Ἆρα προδιατάσσεται τῷ λαῷ λέγων· « Πρόσεχε αὐτῷ, καὶ εἰσάκουσον αὐτοῦ· μὴ ἀπείθει ἐν αὐτῷ. » Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ ἄγγελον αὐτὸν ἐπωνόμασεν, ἐπεὶ καὶ Ἰωάννην τούτῳ καλεῖ τῷ προσρήματι ἡ φάσκουσα προφητεία· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν μου ἔμπροσθέν σου. » Εἰ δ' ὅλως εἰς Ἰησοῦν ἀναφέροιτο τὸν τοῦ Ναυῆ τὰ προεκτεθέντα, ὅρα πῶς περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Κύριος· « Τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐπικέκληται ἐπ' αὐτῷ. » Ποῖον δὲ ἄρα ὄνομα ἦ αὐτὸ τὸ Ἰησοῦς; Τοῦ μὲν γὰρ φαινομένου τότε ἀνδρὸς οὐκ ἦν ἴδιον τὸ Ἰησοῦς ὄνομα· Αὐσὴς γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον· πρῶτος δὲ αὐτὸν Μωϋσῆς θεοφορούμενος Ἰησοῦν ἀναγορεύει, πνεύματι δῆλον ὅτι θειοτέρῳ κινούμενος· ὡς ἂν ὁ χρησμὸς ὁ φήσας· « Τὸ γὰρ ὄνομά μου ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ, » πληρωθείη τοῦ χρηματίζοντος Κυρίου, ὃν πολλάκις ἀπεδείξαμεν εἶναι τὸν προόντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, Ἰησοῦς ἦν ὄνομα ὅπερ τῷ Αὐσῇ Μωϋσῆς ἐπιτέθεικεν, ὡς ἡ θεία Γραφὴ μαρτυρεῖ, σφόδρα ἀπηκριβωμένως τηρήσασα, ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ ἄγγελον αὐτὸν ἀκολούθως τῷ χρησμῷ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας πρὸ προσώπου τοῦ λαοῦ προσκεψόμενον ἐξέπεμπεν, τούτῳ κέκληκεν αὐτὸν τῷ ὀνόματι. Οὐκοῦν διὰ τούτων καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ προηγορίαν Μωϋσῆς φαίνεται σαφῶς ἐγνωκώς· ὥσπερ δὲ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα παρὰ πρώτῳ αὐτῷ εὕρηται κατὰ τοὺς ἐξεταζομένους τόπους, οὕτω καὶ Χριστὸν πρῶτος αὐτὸς ἀναγορεύσας φαίνεται, πρὸ τῶν αὐτοῦ χρόνων ἐξ αἰῶνος μηδενὸς μηδέπω ποτὲ μήτε Ἰησοῦ μήτε Χριστοῦ παρά τισιν προσαγορευθέντος. Καὶ φαίνεταί γε ἐνθέῳ λογισμῷ τὰς δηλουμένας προσηγορίας τιμήσας· δυσὶ γοῦν τοῖς παρὰ πάντα τὸν λαὸν ἐξοχωτάτοις ἀνδράσι καὶ παρὰ Θεῷ διαπρέπουσιν ἑτέροις τε ἰδίοις ὀνόμασι κεχρημένοις τὰς δύο ταύτας ἐπιφημίζει προσηγορίας, τῷ τε ἰδίῳ ἀδελφῷ τῷ Ἀαρὼν, καὶ τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ, Αὐσῆ[οὐ]ς πρότερον ὀνομαζομένου[ς], παρὰ πάντα τὸν λαὸν Θεοῦ νεύματι ἄρχοντας τοῦ παντὸς ἔθνους προχειρισάμενος ταῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδόξασεν προσηγορίαις· τὸν μὲν Χριστὸν, δι' ἣν ἔφερεν εἰκόνα τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἀρχιερέως τῶν ὅλων αὐτοῦ « τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Θεοῦ Λόγου » προσειπών· τὸν δὲ ἑαυτοῦ διάδοχον Ἰησοῦν ἀναγορεύσας, δι' ὃν ἔσωζε καὶ αὐτὸς τύπον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ, ὃς παυσαμένης τῆς διὰ Μωϋσέως παραδοθείσης συμβολικῶς λατρείας, καὶ τοῦτόν πως τὸν τρόπον Μωϋσέως τελευτήσαντος, τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν διαδεξάμενος, πάσας μὲν τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἀνθισταμένας αὐτοῦ τῷ λόγῳ πολέμῳ νικήσας κεχείρωται, τὴν δ' ὑπὸ ταύταις ἅπασαν τυραννουμένην γῆν, τὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἴδιον κτῆμα ποιησάμενος, τῷ ἑαυτοῦ λαῷ διὰ τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν κατεκληροδότησεν.

missionis terram, sicut ostendunt ad eum Dei verba dicentis : « Confortare et esto robustus : tu enim sorte divides populo huic terram, pro qua juravi patribus tuis, ut traderem eam illis. » Populo igitur præcipit dicens : « Observa eum et audi vocem ejus, nec contemnendum putes [17]. » Non autem mirandum est si angelum eum nominaverit, cum Joannem hac denominatione vocet prophetia his verbis : « Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam meam ante te [18]. » Quod si plane ad Josue filium Nun præcitata spectant, perspicuum est cur de eo dixerit Dominus : « Et est nomen meum in illo [19]. » Quale igitur illud nomen est nisi Josue, quod idem est ac Jesu? Huic enim Josue non proprium nomen erat, prius Osee vocato. Primus eum Moyses a Deo inspiratus appellavit Josue ; procul dubio est ipsum divino tunc Spiritu agitari, ut implerentur verba hæc : « Et est nomen meum in illo, » manifestantis se Domini, quem sæpius demonstravimus esse præexsistens Dei Verbum, Jesus (Josue) erat nomen quod Osee Moyses imposuit, ut divina testatur Scriptura [20], sollicitissime animadvertens quod non alias nisi cum angelum eum, secundum oraculi verba, promissionis terram ante faciem populi prospecturum emiserit, hoc vocavit eum nomine. Iis igitur constat et Salvatoris nostri Jesu denominationem Moysi aperte cognitam fuisse. Quemadmodum Jesu nomen primum apud eum in iis quæ investigamus locis reperitur, ita et Christum primus idem prædicavisse videtur, in anterioris ævi temporibus sive Jesu sive Christi nominibus nulli unquam compertis. Et videtur quidem divina quadam inspiratione revelatas denominationes honori habuisse. Duobus igitur maxime ex omni populo præcellentibus viris, Deoque acceptissimis, cum utrique aliud esset proprium nomen, duplicem illam imponit denominationem, proprio quidem fratri Aaron, et Nave filio Osee prius appellatis ; namque coram omni populo Dei jussu totius gentis duces eos eligens, Salvatoris nostri Jesu Christi nominibus illustravit ; alterum quidem Christum cognominans, qui summi verique ferebat imaginem pontificis, omniumque auctoris, ipsius « Verbi Dei, qui erat in principio apud Deum [21] ; » successorem vero suum Jesum appellans, per quem servabat et ipse typum Salvatoris nostri Jesu, qui, absoluto quem Moyses tradiderat symbolico cultu, Moyseque quodammodo mortuo, cum pietatem in Deum accepisset, omnes invisibiles potentias sibi adversantes, victas prælio, verbo superavit, universamque terram ab iis tyrannice habitam propriam fecit in omnibus gentibus possessionem, suoque divisit populo, Ecclesiis in universa terra constitutis.

[17] Exod. xxiii, 21. [18] Matth. xi, 10. [19] Exod. xxiii, 21. [20] Num. xiii, 17. [21] Joan. i, 1.

Digitized by Google

CAPUT XII.

« Cumque ingrederetur Moyses in tabernaculum, descendebat columna nubis, et stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, cernentibus universis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cumque ille reverteretur in castra, minister ejus Josue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses ad Dominum : Præcipis ut educam populum illum : et non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris : Novi te ex nomine, et invenisti gratiam coram me. Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, et inveniam gratiam ante oculos tuos : respice populum tuum gentem hanc. Dixitque Dominus : Facies mea præcedet te, et requiem dabo tibi. Et ait Moyses : Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego et populus tuus invenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum, ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram. Dixit autem Dominus ad Moysem : Et verbum istud, quod locutus es, faciam : invenisti enim gratiam coram me, et te ipsum novi ex nomine. Qui ait : Ostende mihi gloriam tuam. Respondit : Ego ostendam omne bonum tibi, et vocabo in nomine Domini coram te : et miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait : Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo, et vivet. Et iterum : Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram ; et protegam dextera mea, donec transeam : tollamque manum meam, et videbis posteriora mea : faciem autem meam videre non poteris [22] ; » et reliqua. Quibus addit : « Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo, ait : Dominator Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia : qui aufers iniquitatem, et scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est ; qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam et quartam progeniem. Festinusque Moyses curvatus est pronus in terram, et adorans ait : Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum facie ad faciem [23]. » Moyses cum Deo collocutus inducitur ea fiducia et libertate, qua uteretur amicus cum amico confabulans. Apparet autem ex istis non Prophetæ progressus ; sed postquam loquebatur ei Dominus facie ad faciem, non tamen unquam visus est ei sicut Abrahamo, et Isaaco et Jacobo. Cujus igitur gratiam expetit dicens : « Si inveni gratiam in conspectu tuo,

[22] Exod. xxxiii, 9-23. [23] Exod. xxxiv, 5-9.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

« Ἡνίκα δ' ἂν εἰσῆλθε Μωϋσῆς εἰς τὴν σκηνήν, κατέβαινεν ὁ στῦλος τῆς νεφέλης, καὶ ἵστατο ἐπὶ τῶν θυρῶν τῆς σκηνῆς, καὶ στάντες ὁ λαὸς, προσεκύνησαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς σκηνῆς. Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, ἐνώπιος ἐνωπίῳ, ὡς εἰ λαλήσαι τις πρὸς φίλον ἑαυτοῦ· καὶ ἀπηλλάττετο εἰς τὴν παρεμβολήν· ὁ δὲ θεράπων αὐτοῦ Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ οὐκ ἐξεπορεύετο ἐκ τῆς σκηνῆς. Καὶ εἶπε Μωϋσῆς πρὸς Κύριον· Ἰδοὺ, σὺ λέγεις μοι· Ἀνάγαγε τὸν λαὸν τοῦτον, σὺ δὲ οὐκ ἐδήλωσάς μοι, ὃν σὺ ἀποστελεῖς μετ' ἐμοῦ· σὺ δέ μοι εἶπας· Οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ ἔχεις χάριν παρ' ἐμοί. Εἰ οὖν εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν· γνωστῶς ἴδω σε, ὅπως ἂν ὦ εὑρηκὼς χάριν ἐναντίον σου, καὶ ἵνα γνῶ ὅτι λαός σου τὸ ἔθνος τοῦτο. Καὶ λέγει· Αὐτὸς προπορεύσομαι καὶ καταπαύσω σε. Καὶ λέγει πρὸς αὐτόν Εἰ μὴ αὐτὸς σὺ συμπορεύῃ, μή με ἀναγάγῃς ἐντεῦθεν. Καὶ πῶς γνωστὸν ἔσται ὅτι εὕρηκα χάριν παρὰ σοὶ ἐγὼ καὶ ὁ λαός σου, ἀλλ' ἢ συμπορευομένου σου μεθ' ἡμῶν; καὶ ἐνδοξασθησόμεθα ἐγώ τε καὶ ὁ λαός σου παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐστι. Καὶ εἶπεν ὁ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν· Καὶ τὸν λόγον σοι τοῦτον, ὃν εἴρηκας, ποιήσω· εὕρηκας γὰρ χάριν ἐνώπιόν μου, καὶ οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ ἔχεις χάριν παρ' ἐμοί. Καὶ εἶπεν· Δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν. Καὶ εἶπεν· Ἐγὼ παρελεύσομαι πρότερος τῇ δόξῃ μου, καὶ καλέσω ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐναντίον σου· καὶ ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω. Καὶ εἶπεν· Οὐ δυνήσῃ ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου· οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ τὸ πρόσωπόν μου ἄνθρωπος (f. 10 v°) καὶ ζήσεται. Καὶ εἶπε Κύριος· Ἰδοὺ, τόπος παρ' ἐμοὶ, καὶ στήσῃ ἐπὶ τῆς πέτρας· καὶ σκεπάσω τῇ χειρί μου ἐπὶ σὲ, ἕως ἂν παρέλθω. Καὶ ἀφελῶ τὴν χεῖρά μου, καὶ τότε ὄψῃ τὰ ὀπίσω μου· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι, » καὶ τὰ ἑξῆς, οἷς ἐπιφέρει· « Καὶ κατέβη Κύριος ἐν νεφέλῃ, καὶ παρέστη αὐτῷ ἐκεῖ· καὶ ἐκάλεσεν ἐν ὀνόματι Κυρίου· καὶ παρῆλθεν Κύριος πρὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσε· Κύριος Κύριος ὁ Θεὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινὸς καὶ δικαιοσύνην διατηρῶν, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας, ἀφαιρῶν ἀνομίας καὶ ἀδικίας καὶ ἁμαρτίας, καὶ τὸν ἔνοχον οὐ καθαριεῖ ἐξάγων ἀνομίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἐπὶ τέκνα τέκνων, ἐπὶ τρίτην καὶ ἐπὶ τετάρτην γενεάν. Καὶ σπεύσας Μωϋσῆς κύψας ἐπὶ τὴν γῆν προσεκύνησεν, καὶ εἶπεν· Εἰ δὴ εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου, Κύριε, συμπορεύθητι μεθ' ἡμῶν ἐνώπιος ἐνωπίῳ. » Μωϋσῆς τῷ Θεῷ λαλῶν ἀναγέγραπται μετὰ θάρσους καὶ παῤῥησίας τοσαύτης, ὁποίαν ἀγάγοι ἂν καὶ φίλος τις ἀνὴρ ὁμιλῶν ἑαυτοῦ φίλῳ. Ἐμφαίνεται δὲ διὰ τούτων οὐχ ἡ τυχοῦσα τοῦ Προφήτου προκοπή· ἀλλ' ἐπεὶ ἐλάλει μὲν αὐτῷ Κύριος ἐνώπιος ἐνωπίῳ, οὐ μὴν καὶ ὤφθη πω αὐτῷ ὁμοίως τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ τούτου δὴ χάριν ἀξιοῖ λέγων· « Εἰ δὴ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε. » Δι' οὗ παρίστησιν ὅτι μὴ ὁμοίως τῷ λαλεῖν αὐτῷ καὶ τὰς πρὸς αὐτὸν ἐπιφανείας ὁ Θεὸς ἐποιεῖτο.

Digitized by Google

Εἰ γὰρ, ὡς νομίσειεν τις, ταυτόν ἐστι τὸ λελαληκέναι αὐτῷ τὸν Θεὸν « ἐνώπιον ἐνωπίῳ » τῷ ὦφθαι αὐτῷ, ὡς ἂν εἴποι τις, « πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, » καὶ ποῖα δ' ἂν ἔτι χώρα λείποιτο τῇ φασκούσῃ αὐτοῦ ἀξιώσει τό· « Εἰ δὴ εὕρηκα χάριν ἐναντίον σου, ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε; » πῶς δὲ, εἰ καὶ πρότερον αὐτῷ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὡς οἰηθείη ἄν τις, ἑωρᾶτό, ἐπιφέρει λέγων αὐτῷ ὁ Κύριος· « Οὐ δυνήσῃ ἰδεῖν τὸ πρόσωπόν μου· οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ τὸ πρόσωπόν μου ἄνθρωπος καὶ ζήσεται; » Διὰ τί δὲ, λεγέτω ὁ βουλόμενος, οὐδ' ἅπαξ ὁ λόγος μαρτυρεῖ λέγων, ὅτι ὤφθη αὐτῷ ὁ Κύριος, ὡς ἐπὶ τῶν πατριαρχῶν εἰρηκὼς τετήρηται· ἀλλὰ γὰρ διὰ τούτων πρόδηλον, ὅτι εἰ καὶ ἐλάλει αὐτῷ Κύριος « ἐνώπιος ἐνωπίῳ, » ὅμως διὰ τῆς νεφέλης ἐλάλει αὐτῷ· τοῦτο γὰρ προπαρίστησιν ἡ Γραφὴ λέγουσα· « Κατέβαινεν ὁ στῦλος τῆς νεφέλης καὶ ἵστατο ἐπὶ τῶν θυρῶν τῆς σκηνῆς, καὶ ἐλάλει τῷ Μωϋσεῖ. » Οὐκοῦν διὰ τῆς νεφέλης ἐλάλει, οὐ μὴν καὶ ὁμοίως τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ Ἰσαὰκ ἢ τῷ Ἰακὼβ ὤφθη αὐτῷ· ἐκείνοις μὲν γὰρ γυμνῶς καὶ τρανῶς ἄνευ τινὸς εἴδους ὀφθεὶς ἀναγέγραπται, τούτῳ δὲ διὰ τοῦ ὀνομαζομένου εἴδους καὶ τῆς νεφέλης, ἣν καὶ δόξαν Κυρίου ὀνομάζει ὁ λόγος φάσκων· « Ἡνίκα δὲ ἐλάλει Μωϋσῆς πάσῃ συναγωγῇ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπεστράφησαν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἰδοὺ ἡ δόξα Κυρίου ὤφθη ἐν νεφέλῃ, καὶ ἐλάλησεν Κύριος πρὸς Μωϋσῆν. » Καὶ πάλιν· « Ἀνέβη Μωϋσῆς εἰς τὸ ὄρος· καὶ ἐκάλυψεν ἡ νεφέλη τὸ ὄρος. Καὶ κατέβη ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ τοῦ ὄρους καὶ ἐκάλυψεν αὐτὸν νεφέλη ἓξ ἡμέρας· καὶ ἐλάλησεν (f. 11) Κύριος πρὸς Μωϋσῆν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἐκ μέσου τῆς νεφέλης. Τὸ δὲ εἶδος τῆς δόξης Κυρίου, ὡσεὶ πῦρ φλέγον ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους. » Σαφῶς οὖν διὰ τούτων τὸ θεωρούμενον τῷ Μωϋσεῖ λέγεται εἶναι οὐκ αὐτὸς ὁ Κύριος, ἀλλ' εἶδος Κυρίου, καὶ νεφέλη καὶ πῦρ, ἃ καὶ δόξαν Κυρίου ὀνομάζει ὁ λόγος· οὐκοῦν τὸ μὲν εἶδος ἐώρα Κυρίου καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ, οὐδαμῶς δὲ αὐτὸν τὸν Κύριον, τόν τε λαλούμενον Λόγον αὐτοῦ τοῦ Κυρίου· ἀλλ' ὅμως διὰ τῆς νεφέλης λαλοῦντος ἤκουεν, διὸ εἴρηται· « Καὶ ἐλάλησεν Κύριος πρὸς Μωϋσῆν ἐνώπιος ἐνωπίῳ. » Οὐ μὴν καὶ ὤφθη αὐτῷ ἐνώπιος ἐνωπίῳ τετήρηται· τοῦτο γὰρ ὡς οὐδέπω γεγονὸς ἀξιοῖ λέγων· « Ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, γνωστῶς ἴδω σε. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τόπῳ διδάσκει ὁ λόγος, ὅτι δὴ στόμα ἐλάλει αὐτῷ ὁ Θεὸς, οὐ μὴν καταλλήλως καὶ ἑωρᾶτο, ἀλλ' ἐν εἴδει καὶ διὰ τῆς προαποδεδομένης δόξης αὐτοῦ· λέγει δὲ οὕτως· « Καὶ κατέβη Κύριος ἐν στύλῳ νεφέλης, καὶ ἔστη ἐπὶ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ ἐκλήθησαν Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ, καὶ ἐξῆλθον ἀμφότεροι. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε δὴ τῶν λόγων μου· Ἐὰν γένηται προφήτης ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ. Οὐχ οὕτως ὁ θεράπων μου Μωϋσῆς πιστός ἐστιν ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου. Στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, καὶ τὴν δόξαν Κυρίου εἶδεν, καὶ διὰ τί οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ τοῦ θεράπον-

A ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. » Exinde fit manifestum quod non idem erat, cum loqueretur ei Dominus, et cum manifestum sui visum efficeret. Si enim, ut nonnulli existimare possent, collocutum fuisse cum eo Deum conspectu ad conspectum, idem esset ac visum fuisse ei, ut dici posset, « facie ad faciem, » quis ejus postulationi relinqueretur locus dicentis : « Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te ? » Quomodo autem, si et prius ei facie ad faciem, ut nonnulli putarent, visus fuisset, subjicit dicens ei Dominus : « Non poteris videre faciem meam : non enim videbit me homo et vivet? » Quidquid objici possit, non semel narratio commemorat visum fuisse ei Dominum, ut de patriarchis expresse re-
B fertur. Enimvero ex iis constat quod, si loqueretur ei Dominus facie ad faciem, tamen per nubem loquebatur ei. Hoc enim demonstrat Scriptura, cum dicit : « Descendebat columna nubis et stabat ad ostium tabernaculi, et loquebatur ad Moysem. » Ergo per nubem loquebatur, non vero pariter visus est ei ac Abrahamo, vel Isaaco, vel Jacobo. Illis enim nude et manifeste nulla sub forma visus narratur, huic vero sub forma quam retulimus, formaque nubis, quam gloriam Domini Scriptura vocat, dicens : « Cum autem loqueretur Moyses ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem : et ecce gloria Domini apparuit in nube : locutus est autem Dominus ad Moysem, dicens [24]; »
C et rursus [25] : « Cumque ascendisset Moyses in montem, operuit nubes montem. Et descendit gloria Domini super montem, tegens illum nube sex diebus. Et loquebatur Dominus ad Moysem septimo die de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis [25]. » Aperte patet ex iis visum fuisse Moysi non ipsum Dominum, sed speciem Domini, nubemque et ignem, quæ Domini gloriam sacer sermo vocat. Videbat igitur speciem Domini, ejusque gloriam, minime autem ipsum Dominum, ipsiusque Domini Verbum, sibi collocutum. Verumtamen per nubem eum loquentem audiebat, ideoque dicitur : « Et locutus est Dominus ad Moysem facie ad faciem. »
D Non autem ei apparuisse facie ad faciem refertur : illud enim nondum accidisse memorat dicens : « Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. » In alio loco docet Scriptura quod ore quidem loquebatur ei Deus, non tamen pariter videbatur, sed sub specie et, ut supra dictum est, per ipsius gloriam. Sic igitur dicit : « Descendit Dominus in columna nubis, et stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron et Mariam. Qui cum exiissent, dixit ad eos : Audite sermones meos : Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est : ore enim ad os loquor ei : et palam, et non per ænigmata et

[24] Exod. xvi, 10. [25] Exod. xxiv, 15.

Digitized by Google

et figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi [26]? » Ergo gloriam quidem Domini vidit, et sub specie se ei manifestantem, et ore ad os loquentem audivit, non tamen ipsum unquam Dominum, sicut patribus manifestatus est, conspexit. Et non mirum quod Moysi ore ad os colloquens inducitur Deus, cum et omni populo facie ad faciem ipsum locutum fuisse in Deuteronomio docet Moyses dicens : « Non cum patribus nostris iniit pactum Dominus, sed nobiscum, qui in præsentiarum sumus et vivimus. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis [27]. » At si hoc modo Moysi et omni populo manifestatus est, animadverte illud, scilicet quod locutus fuisse eis ore ad os et facie ad faciem dicitur, non tamen iis visus sine igne vel nube, ut patribus. Nude enim illis et sine nubis vel ignis tegmine Dominus narratur esse visus. Deum igitur videre perfectorum et mente quam maxime mundatorum proprium esse docet Salvator et Dominus noster : « Beati, inquit, mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt [28]. » Ideoque quasi horum Deum se Dominus indicat, ad Moysem dicens : « Hæc dices filiis Israel : Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob misit me ad vos : hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationem [29]. » Æmulatus igitur majores gratias, similisque cupidissimus favoris Moyses Dominum his precatur verbis : « Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te. » Sibi enim animo fingebat manifestati Dei Verbi magnitudinem, et sublimitatem, et ineffabilem inaccessamque præcellentiam, videbatque ipsius ad se manifestationes per ministrantes angelos fieri : ideo postulabat ut manifestius et splendidius ipsum sibi manifestum efficeret, non jam sub velamentis, nec ministris aliis, nude autem et pariter ac Abrahamo, sine ignis vel nubis specie. Quod igitur videtur mihi indicare Scriptura dicens : « Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te [30]. » Cum audivisset Deum sibi dicentem : « Ecce angelus meus præcedet te ante faciem tuam [31], » ampliorem expetit gratiam, dicitque : « Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto [32]. » Annuente Domino postulationi, ac dicente : « Verbum istud, quod locutus es faciam [33], » Dei magnificentiam benigne dispositam animadvertens, quæ et magna cupientibus favebat, quamvis se ipsum exinaniret, majoribusque indignum fateretur, aliam quæ priorem compleat perficiatque expetit gratiam dicens : « Ostende mihi gloriam tuam [34]. » Deus autem votis ejus annuens ait : « Ego præcedam te gloria mea, et vocabo in nomine Domini coram te [35], » et cætera. Ostendit igitur majorem esse priore sua ei apparitione, Patris Deique omnium scientiam, quam se ei traditurum esse pollicetur, de se ipso dicens : « Præce-

A quo hic mentio habetur, ad Christum secundum carnem ex eo natum attribuimus, aperte patet quomodo in sæcula semen illud, id est Christus, permaneat, et quomodo thronus ejus ac spiritale regnum stet usque in æternum ante faciem Patris, ab eo firmatum ædificatumque in generationem et generationem in eorum animis qui credunt in eum. Dato enim nobis hoc Davidis semine, permanet thronus, ut justitiæ sol ante faciem Patris, et ut cœli dies. Ideo ad eum a sancto Spiritu in alio psalmo dictum est: « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis [84]. » Christus vero domum Ecclesiam ædificavit Patri lapidibus viventibus spiritalibusque, sanctis eximiisque animis, erecto multo potiore, multumque a caduco nuncque penitus everso Salomonis dissimili templo. Ad quem ea spectare verba: « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium, » testatur et Apostolus in sua ad Hebræos admonitione: « Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. » Et rursum: « Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium [85]? » Quæ autem ab illis: « Qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum » de populo in Christum credente dicta sunt; corpus enim Christi Ecclesia est [86], secundum Apostolum. Quod autem ad credentes in eum ea verba, de quibus investigamus, spectant, animadverte sedulo dictum esse pluraliter: « Misericordiam autem meam non auferam ab iis. » Manifeste et in psalmo non absimilia iis de filiis illius qui prophetatus est, dicuntur: « Si autem dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint; si justitias meas profanaverint et mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, et in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eis [87]. » Attende quomodo « virgas hominum et plagas filiorum hominum, » temporarias persecutiones sacra vocat historia. Verumtamen multæ sunt Dei advocationes, et per Scripturas exhortationes, quæ nos admonent ne suscitatis adversus nos persecutionibus temporariis cederemus. Ut enim virga se castigaturum esse prædixit populum Dei peccantem, sic et non ab eo defecturam esse pollicitus est misericordiam, dicens: « Misericordiam autem meam non auferam ab iis, sicut abstuli ab iis, quos amovi a facie mea. » Quæret autem apud quos esset ante gentium populum Dei misericordia, quam omnino ab eis abstulerat: similiter enim se facturum esse promittit in Christi populum.

[84] Psal. XLIV, 7, 8. [85] Hebr. I, 5. [86] Coloss. I, 24. [87] Psal. LXXXVIII, 31.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

« Locutus est autem David Domino verba hujus carminis, in die qua liberavit eum Dominus [88]. » Dein in sequentibus : « Inclinavit cœlos et descendit : et caligo sub pedibus ejus [89]. » Et rursus post hæc : « Salvabis me a contradictionibus populi mei : custodies me in caput gentium. Populus quem ignoro serviet mihi. Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi : filii alieni defluxerunt et contrahentur in angustiis suis [90]. » Hæc dicuntur fere eisdem verbis in decimo septimo psalmo ; opportunius explicabuntur, cum Psalmorum eclogas notabimus. Nunc vero hoc tantum animadvertemus, quod verba hæc : « Inclinavit cœlos et descendit » de Christi e cœlis descensu intelligenda sunt ; hæc autem : « Salvabis me a contradictionibus populi, » de circumcisis dicuntur, qui non in eum crediderunt, de quibus quoque in Isaia dicit : « Expandi manus meas tota die ad populum incredulum et contradicentem [91] ; » et quod, « Custodies me in caput gentium, » atque, « Populus quem ignoro serviet mihi, auditu auris obedient mihi » de gentilium Ecclesia prædicitur ; illud vero, « Filii alieni resistent mihi, » impiarum hæreseon errores de Salvatore omnique Deo indicat, quos defluxisse fert Scriptura « contractos in angustiis suis, » scilicet in errorem inductos fallacibus eorum absconditisque opinionibus. λόγος « ἀποσφαλέντας τῶν συγκλεισμῶν ἑαυτῶν, » κρυμμένων αὐτῶν ψευ(δο)δοξημάτων.

CAPUT XXII.

E tertio Regum libro.

« Et nunc, Domine Deus Israel, firmentur verba tua, quæ locutus es servo tuo David patri meo. Ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram, si enim cœlum et cœli cœlorum te capere non possunt [92] ? » Fere iis similia in secundo Paralipomenon libro a Salomone dicta sunt in sua ad Deum oratione [93]. Manifeste igitur hic quoque prædicit Deus se cum hominibus super terram habitaturum esse. Quod quidem nobis expletum est Christi adventu, quo Deus Verbum incarnatus cum hominum genere commoratus est.

CAPUT XXIII.

E primo Paralipomenon libro. Nathan ad Davidem post alia et hæc dicit.

« Cumque impleveris dies tuos, ut vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis : et stabiliam regnum ejus ; ipse ædificabit mihi domum, et firmabo solium ejus usque in æternum. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium ; et misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea, et in regno meo usque in sem-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

« Καὶ ἐλάλησε Δαυὶδ τῷ Κυρίῳ τοὺς λόγους τῆς ᾠδῆς ταύτης. » Εἶτα ἐν τοῖς ἑξῆς· « Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. » Καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα, « Ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου· οἱ υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι· οἱ υἱοὶ ἀλλότριοι ἀπορριφήσονται· καὶ σφαλοῦσιν ἐκ τῶν συγκλεισμῶν αὐτῶν. » Ταῦτα εἴρηται σχεδὸν αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ἐν ἑπτακαιδεκάτῳ ψαλμῷ, εὐκαιρότερον δ' ἂν ἐξετάζοιτο, ἐπειδὰν ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν τὰς ἐκλογὰς ἀναλεγώμεθα· νῦν μέντοιγε παρασημειούμεθα αὐτὸ μόνον, ὡς ὅτι τὸ μὲν, « Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη » νοοῖτ' ἂν περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν καταβάσεως τοῦ Χριστοῦ· τὸ δὲ, « Ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ, » ἐκ προσώπου αὐτοῦ λέλεκται περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς μὴ πεπιστευκότων εἰς αὐτὸν, περὶ ὧν καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ φησὶν, « Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα. » Καὶ ὅτι τὸ μὲν, « Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν, » καὶ τὸ, « Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου, » περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας προφητεύεται· τὸ δὲ, « Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, » περὶ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὰ ψευδῆ περὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος καὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀναπεπλακότων, οὓς καὶ « ἀπορριφήσεσθαί » φησιν ὁ τουτέστιν ἀποπεπτωκότας τῶν ὑπούλων καὶ ἀποκε-

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ἐκ τῆς γ' τῶν Βασιλειῶν.

« Καὶ νῦν, Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου, ὃ ἐλάλησας τῷ παιδί σου τῷ Δαυὶδ τῷ πατρί μου· ὅτι εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσει σοι ; » Τὰ παραπλήσια τούτοις καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων ὑπὸ τοῦ Σολομῶνος εἴρηται ἐν τῇ πρὸς τὸν (f. 16 v°) Θεὸν εὐχῇ. Σαφῶς οὖν καὶ ἐνθάδε προφητεύεται ὁ Θεὸς κατοικήσειν μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς· ὃ καὶ αὐτὸ πέρας εἴληφε καθ' ἡμᾶς ἐπὶ τῇ Χριστοῦ γενομένῃ παρουσίᾳ, καθ' ἣν ὁ Θεὸς Λόγος ἐνανθρωπήσας συνδιέτριψε τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ἐκ τῆς α' τῶν Παραλειπομένων. Ὁ Κύριος διὰ Νάθαν πρὸς τὸν Δαυὶδ μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτα λέγει.

« Καὶ ἔσται ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σὲ, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου· καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν σου· αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον· καὶ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ· ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν· καὶ τὸ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, ὡς ἀπέστησα ἀπὸ τῶν ἔμπροσθέν σου· καὶ πιστώσω αὐτὸν

[88] II Reg. XXII, 1. [89] ibid. 10. [90] ibid. 44-46. [91] Isa. LXV, 2. [92] III Reg. VIII, 26, 27. [93] II Paral. VI, 17.

Digitized by Google

ἐν οἴκῳ μου καὶ ἐν βασιλείᾳ αὐτοῦ ἕως αἰῶνος, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἀνωρθωμένος ἕως αἰῶνος. » Καὶ ταῦτα, ὅμοια ὄντα τοῖς ἐκ τῆς δευτέρας τῶν Βασιλειῶν προεκτεθείσης, σημειωσάμενοι, διὰ τὸ μὴ πολλὴν εἶναι τὴν τούτων πρὸς ἐκεῖνα παραλλαγὴν ἀρκεσθησόμεθα τοῖς εἰς ἐκεῖνα εἰρημένοις.

piternum : et thronus ejus erit firmissimus in perpetuum [94]. » Hæc similia iis quæ in secundo Regum libro notavimus explanavimusque, non multum ab eisdem differunt : quare ad prædicta hoc in loco remittimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ἐκ τῆς δ' τῶν Παραλειπομένων.

« Καὶ νῦν, Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, πιστωθήτω δὴ τὸ ῥῆμά σου, ὃ ἐλάλησας τῷ παιδί σου τῷ Δαυὶδ, ὅτι ἀληθῶς κατοικήσει ὁ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι. » Καὶ εἰς ταῦτα εἰρηκότες ἅπαξ ὅτε τὰ ἐκ τῆς γ' τῶν Βασιλειῶν ἐξεθέμεθα, νῦν οὐ δευτερώσομεν.

CAPUT XXIV.

E secundo Paralipomenon libro.

« Et nunc, Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus, quem locutus es servo tuo David. Ergone credibile est ut habitet Deus cum hominibus super terram, si cœlum et cœli cœlorum non te capiunt [95] ? » Jam nuper ea in Regum libro explanavimus, nec quæ diximus iteranda censemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ἐκ τοῦ Ἔζρα. Ὁ Ζορυβάβελ ἐν τῇ δημηγορίᾳ ταῦτά φησιν.

« Ἄνδρες, οὐχὶ ἰσχυραὶ αἱ γυναῖκες; μεγάλη ἡ γῆ καὶ ὑψηλὸς ὁ οὐρανός· καὶ ταχὺς τῷ δρόμῳ ὁ ἥλιος· ὅτι στρέφεται ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ· οὐχὶ μέγας ὁ ταῦτα ποιεῖ, καὶ ἡ ἀλήθεια μεγάλη, καὶ ἰσχυρὰ παρὰ πάντα; πᾶσα ἡ γῆ τὴν ἀλήθειαν καλεῖ καὶ ὁ οὐρανὸς αὐτὴν εὐλογεῖ· καὶ πάντα τὰ ἔργα σείεται καὶ τρέμει· καὶ οὐκ ἔστι μετ' αὐτοῦ οὐδ' ἓν ἄδικον· ἄδικος ὁ οἶνος· ἄδικος ὁ βασιλεύς· ἄδικοι αἱ γυναῖκες· ἄδικοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἄδικα τὰ ἔργα αὐτῶν πάντα τὰ τοιαῦτα· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια· καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῶν ἀπολοῦνται· καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζῇ καὶ κρατεῖ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῇ λαβεῖν πρόσωπα οὐδὲ διαφορά· ἀλλὰ τὰ δίκαια ποιεῖ ἀπὸ πάντων τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν· ἀπέχεται καὶ τοῖς εὐδοκοῦσι τοῖς ἔργοις αὐτῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κρίσει αὐτῆς οὐθὲν ἄδικον· καὶ αὐτῆς ἡ ἰσχὺς καὶ τὸ βασίλειον· καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ μεγαλειότης πάντων τῶν (f. 17) αἰώνων· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. » Ἐπεὶ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, Λόγος ὢν τοῦ Θεοῦ, φησὶ, φέρεται εἰρηκὼς, « Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, » εἰκότως τὰ προκείμενα παρατεθείμεθα περὶ τῆς ἀληθείας δηλοῦντα, ὡς ἄρα ὑπόστασίν τινα παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὴν ἔχει· « Μένει γὰρ, φησὶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ζῇ καὶ κρατεῖ· καὶ οὐκ ἔστι παρ' αὐτῇ λαβεῖν πρόσωπα, » καὶ τὰ ἑξῆς, οἷς ἐπιφέρει περὶ τοῦ Πατρὸς Θεοῦ τυγχάνοντος καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ τῆς ἀληθείας, « εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας, » ᾧ καὶ αὐτοὶ προσθήσομεν τὸ, Ἀμήν.

CAPUT XXV.

Ex Esdræ libro. Hæc Zorobabel coram populo concionatus dicit.

« O viri, nonne fortes sunt mulieres ? Magna est terra, et excelsum est cœlum : et velox cursus solis convertit in gyro cœlum in locum suum i : una die. Nonne magnificus est qui hæc facit, et veritas magna, et fortior præ omnibus ? Omnis terra veritatem invocat, cœlum etiam ipsam benedicit, et omnia opera moventur, et tremunt eam, et non est cum ea quidquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, et iniqua illorum omnia opera, et non est in ipsis veritas, et in sua iniquitate peribunt : et veritas manet, et invalescit in æternum, et vivit, et obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personas, neque differentias : sed quæ justa sunt facit omnibus, injustis ac malignis, et omnes benignantur in operibus ejus. Et non est in judicio ejus iniquum, sed fortitudo, et regnum, et potestas, et majestas omnium ævorum. Benedictus Deus veritatis [96]. » Postquam Salvator et Dominus noster, qui Dei Verbum est, dixisse fertur : « Ego sum veritas [97], » merito præcitata intelligemus quasi de veritate demonstrantia, quod substantiam apud Patrem per seipsam habet. « Manet enim, ait, veritas, et invalescit in æternum, et vivit, et obtinet . . . nec est apud eam accipere personas, » et cætera, quibus addit de Patre Deo, ipsoque Deo Verbo, et veritate : « Benedictus Deus veritatis, » quibus et ipsi addemus : Amen.

Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἔζρα Γραφῆς· ἀπό γε μὴν τῆς Ἐσθὴρ οὐδ' ἐν εὕρομεν περὶ τοῦ προκειμένου· μετὰ δή τοι τὰς ἀπὸ τῶν ἱστορικῶν Γραφῶν ἐκλογὰς μετίωμεν ἐπὶ τὰ στιχήρη, ὅτι δὴ ταῦτα τοῖς χρόνοις τῶν λοιπῶν προφητειῶν ἡγεῖται· τούτων δὲ πρῶτα ἴδωμεν τὰ ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν.

Hæc sunt de Esdræ libro ; in libro Esther nihil quod ad propositum spectet, invenimus. Absolutis igitur historicarum Scripturarum eclogis, ad ea quæ versibus scripta sunt transeamus, quæ, si temporum servetur ordo, cæteris prophetiis anteeunt. A Psalmis igitur exordiamur.

[94] I Paral. xvii, 11-14. [95] II Paral. vi, 17. [96] III Esdr. iv, 34-40. [97] Joan. xiv, 6.

Digitized by Google

HÆC SUNT CAPITA IN SECUNDO PROPHETICARUM DE CHRISTO ECLOGARUM LIBRO.

E Psalmis

1. *Primi psalmi de integerrima Christi vita et de ejus ad virtutis cacumen provecto vitæ instituto.*

2. *De passione Christi, cœlestique ejus regno, de adventu ejus a Patre gentibus promissa.*

3. *De Christi passione et a mortuis resurrectione.*

4. *De notitia Dei cunctis hominibus per eum diffusa.*

5. *De Christi morte, ejusque resurrectione a mortuis, et quomodo gentium legislator perhibeatur.*

6. *De Christi resurrectione, hominumque salute.*

7. *De integerrima Christi vita.*

8. *De Christi a cœlis descensu, de ejus apud gentes incredulumque populum commoratione, de Judæorum contradictione.*

9. *De apostolorum in omni terra prædicatione, et de Christo quasi sponso.*

10. *De Christo quasi rege.*

11. *Iterum de Christo quasi rege.*

12. *De Christi passione, de ejus apostolis, de gentium ad Deum conversione, de altera vita, populoque futuro.*

13. *De ejus in cœlos reditu.*

14. *De Christo ejusque resurrectione.*

15. *De Christo quasi dilecto, de prioris populi ac Hierosolymæ excidio.*

16. *De resurrectione Christi.*

17. *De passione Christi.*

18. *Quomodo Dei Verbo omnia creata sunt.*

19. *Quomodo pro sacrificiis veterique typico cultu Christi corpus pro omnibus oblatum est.*

20. *De proditore Juda, Christique resurrectione.*

21. *De Christo quasi dilecto, et quomodo sit Deus rex, et quomodo Christus ipse nominetur.*

22. *De Christi receptione, de gentium vocatione.*

23. *De gentium vocatione, de Christo quasi homine.*

24. *De gentium vocatione, de secundo Christi adventu, de circumcisorum reprobatione.*

25. *De proditore Juda.*

26. *De Christo quasi rege.*

27. *De Christo quasi homine, et de Patre, et Filio, et duobus testamentis.*

28. *De Christi resurrectione, de apostolorum Evangelio, et de gentibus.*

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΝ ΤΩ Β' ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΩΝ

Ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν.

α'. Πρώτου ψαλμοῦ περὶ τοῦ ἀνεπιλήπτου βίου τοῦ Χριστοῦ· καὶ περὶ τῆς ἐπ' ἄκρον ἀρετῆς πολιτείας αὐτοῦ.

β'. Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς οὐρανίου βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν περὶ τῶν ἐθνῶν τοῦ Πατρὸς ἐπαγγελίας.

γ'. Περὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

δ'. Περὶ τῆς δι' αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπισπαρείσης θεογνωσίας.

ε'. Περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ ὡς τῶν ἐθνῶν νομοθέτης ἀνείρηται.

ς'. Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας.

ζ'. Περὶ τοῦ ἀνεπιλήπτου βίου τοῦ Χριστοῦ.

η'. Περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν καθόδου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ ἔθνη καὶ τὸν ἀγνῶτα λαὸν καταστάσεως αὐτοῦ, τῆς τε τῶν Ἰουδαίων ἀντιλογίας.

θ'. Περὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κηρύγματος, καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ νυμφίου.

ι'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ βασιλέως.

ια'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ πάλιν ὡς περὶ βασιλέως.

ιβ'. Περὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν εἰς τὸν Θεὸν ἐπιστροφῆς, καὶ περὶ γενεᾶς ἑτέρας καὶ λαοῦ ἤξοντος.

ιγ'. Περὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως αὐτοῦ.

ιδ'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ.

ιε'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀγαπητοῦ, καὶ τῆς συντριβῆς τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ.

ις'. Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

ιζ'. Περὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ.

ιη'. Ὡς διὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὰ σύμπαντα δεδημιούργηται.

ιθ'. Ὡς ἀντὶ θυσιῶν καὶ τῆς πάλαι τυπικῆς λατρείας τὸ (f. 17 v°) σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ ἁπάντων προσενήνεκται.

κ'. Περὶ τοῦ προδότου Ἰούδα καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

κα'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀγαπητοῦ, καὶ ὡς Θεὸς βασιλεύς, καὶ ὡς Χριστὸς ὁ αὐτὸς ἀναγορεύεται.

κβ'. Περὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

κγ'. Περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀνθρώπου.

κδ'. Περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ ἐλέγχου τῶν ἐκ περιτομῆς.

κε'. Περὶ τοῦ προδότου Ἰούδα.

κς'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ βασιλέως.

κζ'. Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀνθρώπου, καὶ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ δύο διαθηκῶν.

κη'. Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων Εὐαγγελίου, καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν.

Digitized by Google

κθ'. *Περὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀποβολῆς τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ.*

29. *De passione Christi, de Judæorum populi rejectu.*

λ'. *Περὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς ἠξούσης γενεᾶς.*

30. *De passione et resurrectione Christi, de generatione futura.*

λα'. *Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς ἐξ αἰῶνος καὶ εἰς ἄπειρον βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ὑποταγῆς.*

31. *De Christo quasi rege, de æterno infinitoque regno ejus, de gentium subordinatione.*

λβ'. *Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀνδρὸς καὶ υἱοῦ ἀνθρώπου.*

32. *De Christo quasi viro filioque hominis.*

λγ'. *Περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ.*

33. *De Christi manifestatione.*

λδ'. *Περὶ τοῦ αἰωνίου θρόνου τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς ἐκ σπέρματος ἔσται Δαυίδ· καὶ περὶ τῶν κατὰ καιροὺς διωγμῶν τῆς Ἐκκλησίας.*

34. *De æterno Christi solio, et quomodo sit e semine Davidis; de temporariis Ecclesiæ persecutionibus.*

λε'. *Περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως καὶ τοῦ Χριστοῦ.*

35. *De gentium vocatione et de Christo.*

λς'. *Περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν τοῦ Λόγου ἀποστολῆς· καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καὶ ἐρημίας τοῦ προτέρου λαοῦ.*

36. *De cœlesti Verbi missione; de gentium vocatione veterisque populi derelictione.*

λζ'. *Περὶ τοῦ προδότου, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἐπιβουλῆς.*

37. *De proditore et de adversus Christum insidiis.*

λη. *Περὶ δύο Κυρίων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ περὶ τῆς πρὸ αἰῶνος οὐσιώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀϊδίου ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ καὶ τοῦ πάθους.*

38. *De duobus dominis Patre et Filio, de Christi ante sæculum existentia, de æterno ejus sacerdotio et de passione.*

λθ'. *Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀνδρός.*

39. *De Christo quasi viro.*

μ'. *Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ λίθου· καὶ περὶ τοῦ Ὡσαννᾶ.*

40. *De Christo quasi lapiae, de Hosannah.*

μα'. *Περὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας, καὶ ὡς ἔσται ἀπὸ Δαυίδ.*

41. *De Christi regno, et quomodo sit a Davide.*

μβ'. *Περὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως.*

42. *De passione et resurrectione.*

μγ'. *Περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν καθόδου τοῦ Χριστοῦ.*

43. *De Christi a cœlis descensu.*

μδ'. *Περὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν ἀποστολῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου.*

44. *De Dei Verbi a cœlis missione.*

με'. *Ὡς διὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὰ σύμπαντα δεδημιούργηται.*

45. *Quomodo per Dei Verbum omnia creata sunt.*

ΛΟΓΟΣ Β'.

LIBER II.

(f. 18) Περιγράψαντες τὰς ἀπὸ τῶν ἱστορικῶν Γραφῶν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρίας, ἑξῆς ἐκείνας τὰς ἀπὸ τῶν στιχηρῶν ἐν δευτέρᾳ ταύτῃ συντάξει τῶν Ἐκλογῶν ἀπανθισάμενοι προσθήσομεν· ὅτι δὴ ταῦτα τοῖς χρόνοις τῶν λοιπῶν προφητειῶν ἡγεῖται. Καὶ δὴ πρώτας τὰς ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν ἐπισκεψώμεθα.

Cum conscripserimus ex historicis Scripturis de Salvatore nostro testimonia, ea quæ in poeticis libris inveniuntur recolligentes, huic addemus Eclogarum collectioni, eo quod secundum temporis ordinem cæteris anteeunt prophetiis. Primo igitur, quæ in Psalmorum libro continentur, explanabimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

CAPUT I.

Ψαλμοῦ α'.

E psalmo I.

« Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. » Καὶ τίνα ἄν τις ἔχοι ἀποδεικνύναι εἰς τοσαύτην ἐξέσω (ἐξαίσιον?) ἀρετὴν ἐληλακότα ὡς ἐν μηδενὶ τρόπῳ ἧς δηποτοῦν περιπεσεῖν ἁμαρτίας, ὅπερ σημαίνειν μοι δοκεῖ τὸ, « Οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, » καὶ τὸ, « Οὐκ ἔστη ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, » τό τε « Ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισε· » δι' ὧν δηλοῦσθαι νομίζω τὸ πάντη ἄγευστον ἁμαρτίας τοῦ μακαριζομένου· τὸ γὰρ μὴ μόνον ἐν τοῖς τοιοῖσδε μὴ πορευθῆναι, μηδ' ὡσπερεὶ βαδίσαντα προκόψαι, ἀλλὰ γὰρ μηδὲ καθεσθῆναι,

« Beatus vir qui non abiit in concilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte [96]. » Quis inveniri potest ad id perfectæ virtutis provectus, qui ne minimam quidem admittat culpam, ut indicare mihi videntur ea verba, « Non abiit in concilio impiorum, in via peccatorum non stetit, in cathedra pestilentiæ non sedit; » quibus ostendi opinor omnino peccati immunem qui hic beatus prædicatur. Etenim non tantum in talibus conciliis non abiisse, et, si ambulaverit, non processisse, sed enim neque sedisse, neque unquam incessisse, neque stetisse in eis, nonne illud mirum

[96] Psal. I, 1, 2.

Digitized by Google

sit et rarissimum? Mente etiam amplificatur laus viri de quo hic mentio habetur. Neque enim abiit, ait, neque stetit, neque sedit in talibus improbitatis speciebus : quare nobis videtur hic æterne atque in omnibus præcellens illo beato designari. Multos quidem videre est diligentia atque exercitatione conspicuos, sed istiusmodi neminem psalmus describit. Si quis enim attendat quantum sit in omnibus prospere cedere, recte coram Deo ambulare, in nulla re errare, neque a virtutis proposito declinare, sicut in hoc psalmo dicitur : « Omnia quæcunque faciet, prosperabuntur [99] : » si quis reputet quale sit, prædicari quasi in omnibus propriam voluntatem cum Domini lege consentaneam habentem, atque operam impendere illius meditationi non tantum tota die, sed et nocte, vigilibus mentis oculis semper in eam conversis, et non tantum diurnis operibus vel sermonibus, sed et per somnum cogitationibus atque imaginationibus in hac meditatione versatum, compertam habebit sublimitatem illius quem adeo perfectum Dei Spiritus testatur. At si omnium consensu hæc humanam superant naturam, uni igitur viro congrua esse possunt, nato videlicet e Davidis semine secundum carnem Jesu Christo, Domino et Salvatori nostro, de quo solo in Isaia a Spiritu divino memoratur, « quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus [1]. » Cum ea interpretatione plane congruit Hebraica lectio, articulo expresse adhibito : « Beatus ille vir. » Decebat quidem patrem secundum carnem Salvatoris nostri Davidem, cui promissum fuerat nascituram ab ipsius semine Christum, hoc prophetiis suis imponere proœmium. Cui autem non ingratum videbitur ea quæ de Salvatore in psalmo memorantur manifeste perspicere, in eum commentarios altius perscrutari libet.

μηδὲ μὴν ὅλως ἐπιβῆναι τὴν ἀρχην, μηδὲ στῆναι ἐν αὐτοῖς, πῶς οὐ θαυμαστόν τι χρῆμα καὶ σπάνιον τυγχάνει; Παρίσταται δὲ μᾶλλον τῇ διανοίᾳ παρατατικῶς εἰρημένα τὰ τοῦ δηλουμένου ἀνδρὸς ἐγκώμια· οὔτε γὰρ ἐπορεύθη, φησὶν, οὔτ' ἔστη, οὔτ' ἐκάθισεν ἐν τοῖς τοιοῖσδε τῆς κακίας εἴδεσι, δι' ὧν ἐμφαίνεται ἡ ἐκ τοῦ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἐνάρετος τοῦ μακαριζομένου κατάστασις. Πολλοὺς μὲν οὖν τοὺς ἐκ προσοχῆς καὶ ἀσκήσεως κατωρθωκότας ἴδοι ἄν τις, οὐδένα γε μὴν τοιοῦτον ὁποῖον ὁ ψαλμὸς διαγράφει· εἰ δὲ θεωρήσειέ τις ὀπηλίκον ἐστὶν τὸ πρὸς πάντα εὑρεῖν καὶ κατὰ Θεὸν εὐοδοῦσθαι ἐν μηδενὶ σφαλλόμενον, μηδ' ἀποπίπτοντα τοῦ κατ' ἀρετὴν σκοποῦ, ὡς κατὰ τοῦτο λέγεσθαι ἐν τῷ ψαλμῷ τὸ, « Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ, κατευοδωθήσεται· » ἔτι δὲ εἰ κατανοήσειεν ὁποῖόν ἐστι τὸ ἀνακεκράσθαι τινὰ ὁμοδοξοῦν ἔχοντα τὸ ἴδιον αὐτοῦ θέλημα τὸ τοῦ Κυρίου νόμῳ, τό τε μελετᾷν ἐν αὐτῷ μὴ μόνον δι' ὅλης ἡμέρας ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς νυκτὸς ἐγρηγορόσι τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς εἰς αὐτὸν ἐνορῶντα, καὶ κατ' αὐτὸν οὐ μόνον τοῖς μεθ' ἡμέραν ἔργοις τε καὶ λόγοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς κατὰ τὸν ὕπνον ἐνθυμήσεσι καὶ φαντασίαις ἐνεργοῦντα, εἴσεται τὸ μέγεθος τοῦ ταῦτα κατωρθωκέναι πρὸς τοῦ θείου Πνεύματος μαρτυρουμένου. Ἀλλ' εἰ καὶ πᾶσαν ὁμολογουμένως τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερκοντίζει φύσιν τὰ λελεγμένα, ἐνὶ δ' οὖν ἀνδρὶ μόνῳ ἐφαρμόζοι ἂν τῷ γενομένῳ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸ κατὰ σάρκα Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν, ᾧ μόνῳ πρὸς τοῦ ἐν Ἡσαΐᾳ θείου Πνεύματος μεμαρτύρηται, « ὅτι μὴ ἁμαρτίαν ἐποίησε, μηδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » Τὸ δ' ἐπιδεδεγμένον τῆς ἐκδοχῆς παρίστησιν ἡ κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐντευξις ἐπιτετηρημένως οὕτως ἔχουσα· « Μακάριος ὁ ἀνὴρ, » μετὰ τῆς ἄρθρου προσθήκης· καὶ ἔπρεπέν γε τὸν κατὰ σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν (f. 18 v°) χρηματίσαντα πατέρα Δαυὶδ, ἐπαγγελίαν εἰληφότα περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τεχθήσεσθαι τὸν Χριστὸν, τούτῳ τὴν ἀπαρχὴν τῆς ἑαυτοῦ προφητείας ἀναθεῖναι. Ὅτῳ δὲ φίλον διαγνῶναι τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τῶν ἐν τῷ ψαλμῷ λεγομένων ἀναφορᾶς, τοῖς εἰς αὐτὸν ὑπομνηματισαμένοις ἐντυχὼν εἴσεται.

CAPUT II.

E psalmo secundo.

« Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus [2]. » In apostolorum Actibus hanc impletam fuisse prophetiam testati sunt qui Petrum et Joannem mirabilia quæ ipsi viderant narrantes audivere. Gratulantes igitur quod tot miracula sibi acciderant, his perrexerunt verbis : « Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus, cum gentibus et populis Israel [3]. » Non soli enim qui hoc tempore Salvatori nostro insidiati sunt, adversus eum convenerunt, sed et deinceps nunc usque reges et principes, universæque gentes et populi, qui blasphemaverunt eum ejusque

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ψαλμοῦ δευτέρου.

« Ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. » Ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων Πράξεσι καὶ ταύτην πεπληρῶσθαι τὴν προφητείαν οἱ τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τὰ κατ' αὐτοὺς παράδοξα διηγουμένων ἀκούσαντες ἐμαρτύρησαν. Εὐχαριστήσαντες γὰρ τοῖς ἐφ' οἷς ἥκουον θαυμασίοις τοῖς προεκτεθεῖσι ῥητοῖς ἐπήγαγον λέγοντες· « Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. » Οὐ μόνοι δὲ ἄρα οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπιβουλεύσαντες τῷ Σωτῆρι ἡμῶν συνήχθησαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ οἱ καθεξῆς ἐξ ἐκείνου καὶ δεῦρο

[99] Psal. I, 3. [1] Isa. LIII, 9. [2] Psal. II, 1, 2. [3] Act. IV, 27.

Digitized by Google

βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες, ὅλα τε ἔθνη καὶ λαοὶ, διὰ τοῦ βλασφημεῖν αὐτὸν καὶ ἐπιβουλεύειν αὐτοῦ τῇ διδασκαλίᾳ. Πεπεῖσθαι δὲ χρὴ μὴ μόνον τοὺς ἐν ἀνθρώποις ὁρατοὺς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας ἐπιβεβουλευκέναι αὐτῷ, πολὺ δὲ μᾶλλον τοὺς νοητοὺς καὶ ἀοράτους ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου, οἳ καὶ τότε ἐνήργησαν καὶ εἰς ἔτι νῦν ἐνεργοῦσι, τά τε ἔθνη καὶ τοὺς κενὰ καὶ εἰς μάτην τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον μελετήσαντας λαοὺς τοὺς ἐκ περιτομῆς, οὐ μόνον κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ βουλευσαμένους, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Πατρός· περὶ ὧν ἁπάντων ἐν τῷ ψαλμῷ ἐπιφέρεται τὸ, « Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. » Οἷς ἑξῆς αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὴν μετὰ τὸ πάθος γεγενημένην περὶ αὐτὸν οἰκονομίαν παιδεύων ἡμᾶς φησιν, « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. » Οὐ χρὴ μέντοιγε κατὰ τὰς Ἰουδαίων χαμαιπετεῖς ὑπολήψεις τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἡγεῖσθαι ἐπὶ τὸ Σιὼν ὄρος σωματικὸν συστησομένην· πρός γ' οὖν τὸν ἐρωτήσαντα αὐτὸν εἰ βασιλεὺς τυγχάνει, ἀπεκρίνατο λέγων, « Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· » ὅθεν δὴ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἐπήγγελτο τοῖς πεπιστευκόσιν εἰς αὐτὸν, καὶ τὸ Σιὼν δὲ ὄρος ἐπουράνιον ὑπάρχειν ἐδίδαξεν οὐ μόνος ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ καὶ πλεῖσται ἄλλαι προφητεῖαι. Ὁ γ' οὖν Μιχαίας προειπὼν ὡς ἄρα διὰ τὰς ἀσεβείας τοῦ προτέρου λαοῦ, « Σιὼν ὡς ἀγρὸς ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἔσται, καὶ τὸ ὄρος τοῦ οἴκου εἰς ἄλσος δρυμοῦ, » ἑξῆς περὶ ἑτέρας Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ ὁμοίως ἐπιφέρει, λέγων· « Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτῷ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. » Περὶ τούτου ἄρα εἴρηται καὶ ἐνθάδε ὑπὸ (f. 19) τοῦ ὄρους τοῦ Χριστοῦ, « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· » ὑπὸ τίνος δὲ κατεστάθη; δῆλον ὅτι ὑπὸ τοῦ φήσαντος πρὸς αὐτὸν Πατρὸς τό· « Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· » καὶ τό· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Καὶ ὅτι γε ἀληθὴς ἡ προφητεία καὶ ἀψευδὴς ἡ ὑπόσχεσις, πάρεστι διαγνῶναι ἀπὸ τῶν ἐν οὕτω βραχεῖ χρόνῳ προσεληλυθότων ἐκ παντὸς ἔθνους τῇ διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεοσεβείᾳ· ἢ λεγέτωσαν οἱ πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἀντιβλέπειν ἀναιδῶς τολμῶντες, τίνι ἂν ἔχοιεν ἐφαρμόζειν μὴ παραδεχόμενοι ταῦθ' οὕτως ἔχειν τὴν προφητείαν; Δαυὶδ μὲν γὰρ τὸν βασιλέα, περὶ οὗ ταῦτά τινες ᾠήθησαν λέγεσθαι, οὐχ οἷοί τε ἂν εἶεν παραστῆσαι τοιάδε τινὰ πεπονθότα, ὡς ἀρχόντων καὶ βασιλέων, ἐθνῶν τε καὶ λαῶν ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ· πότε δὲ ἢ καὶ ἐπὶ πηλίκοις ἀνδραγαθήμασι εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Δαυὶδ, « Υἱός μου

A doctrinæ insidiati sunt. Persuasum autem habere oportet non tantum visibiles in hominibus reges principesque ei fuisse insidiatos, sed multo magis spiritales invisibilesque hujus sæculi principes, qui tunc exagitaverunt, sicut et nunc exagitant, gentesque et circumcisionis populos frustra et nequidquam divinæ legi studentes, non tantum adversus Christum Dei, sed per eum, et adversus Patrem qui misit illum, insidiatos. De his omnibus hoc in psalmo additur : « Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos [4]. » Quibus deinde Christus ipse dicit, dominationem suam post passionem constitutam nos edocens : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion B montem sanctum ejus, prædicans præceptum Domini. [5]. » Haud vero secundum terrestrem Judæorum interpretationem intelligendum est Christi regnum, velut hominum regna, super montem Sion corporaliter constitutum; interroganti enim rexne esset, respondit dicens : « Regnum meum non est de hoc mundo [6]. » Exinde regnum cœlorum promisit eis qui crediderunt in eum, montemque Sion esse cœlestem docuit non tantum Apostolus, sed et pleræque aliæ prophetiæ. Michæas igitur præfatus quod propter priores populi iniquitates, « Sion quasi ager arabitur, et Jerusalem quasi acervus lapidum erit, et mons templi in excelsa silvarum [7], » dein de alia Sion et Jerusalem similiter narrat, dicens : « Et erit in novissimo dierum mons domus Domini C præparatus in vertice montis, ... et fluent ad eum populi, et properabunt gentes multæ ...., quia de Sion egredietur lex, et verbum Domini de Jerusalem [8]. » Hic mons Christi quoque hoc in loco innuitur : « Ego autem rex constitutus sum ab eo super Sion montem sanctum ejus. » A quo autem constitutus est, nisi manifeste ab illo Patre qui ad eum dicit : « Filius meus es tu, et ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [9]. » Quod quidem vera sit prophetia, nec fallax promissio, noverimus iis qui in tam brevi tempore ex omni gente ad veram Dei religionem per Salvatorem nostrum pervenerunt. Dicant evidentiæ resistere impudenter audentes, cui accommodari possit D hæc prophetia, nostram si interpretationem detrectant. Davidem enim regem, de quo hæc dici opinantur, quomodo talia passum fuisse ostendent, cui nulli principes regesve unquam insidiati sunt? Quando autem et quæ ob viriliter gesta dixit Dominus Davidi : « Filius meus es tu, ego hodie genui te? » Quomodo et illa, « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ, » ei dicerentur, cui manifeste solis Israel et Judæ terminis regnum circumscriptum erat? Dicant quoque cur non venisse Christum admittant. Annon, cum passus est, alium igitur ex-

[4] Psal. II, 4, 5. [5] ibid. 6. [6] Joan. XVIII, 36. [7] Mich. III, 12. [8] Mich. IV, 1-2. [9] Psal. II, 7, 8.

Digitized by Google

spectare eos necesse est nihil tale, quale hic, passurum? Et quomodo implerentur prophetiæ multa quæ passurus erat Dei Christus, et in pluribus aliis, non minus quam in hoc psalmo, prænuntiantes? Numquid existimandum est adeo per orbem sine Dei auxilio pervulgatam fuisse de omnium Deo doctrinam; hominumque vim, adversus rerum vices tam inermem, adeo invaluisse et corroboratam fuisse ut propria tantummodo doctrina, sine ullo deitatis auxilio, in omnibus regionibus ita auditorum animas instituerit, Deique omnium scientia prius olim imbuerit, et usque nunc iis persuaserit, ut patriam gentem, vitamque injustam, feram ac dissolutam abjicerent, Deique pietati solummodo studerent, illamque non solum opibus, sed et ipsi vitæ adeo omnibus dilectæ anteponerent? Verum non opinor quemquam eorum, qui recte de rebus sentire volunt, negaturum esse hæc tanta Dei ope et ultra hominum facultatem per Salvatorem nostrum evenisse. Quibus simul ostenditur incarnati Domini divinitas, simul et aperte demonstratur eum accepisse a Patre «gentes hæreditatem, et possessionem ejus terminos terræ,» congruenter cum præcitata prophetia. Quæcumque de hoc psalmo dicenda sunt absolvere tempus vetat, cum jam et diffusius de illo disseruimus.

A εἰ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε;» Πῶς δὲ καὶ τὸ, «Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς,» λέγοιτ' ἂν ὡς πρὸς αὐτὸν σαφῶς περιορισθείσης αὐτοῦ τῆς βασιλείας ἐπὶ μόνον τὸν Ἰσραὴλ καὶ τοὺς τῆς Ἰουδαίας ὅρους; Διὰ τί δὲ καὶ οὐ προσίενται τὸν ἐληλυθότα Χριστὸν, ἀποκρινέσθωσαν· ἆρά γε ἐπειδὴ πέπονθεν, ἕτερον τοίνυν προσδοκᾶν αὐτοὺς ἀνάγκη μηδὲν τοιοῦτον ὁποῖον οὗτος πεισόμενον; Καὶ πῶς ἂν πληρωθείεν αἱ προφητεῖαι πλεῖστα ὅσα παθεῖν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ἑτέροις μὲν πλείοσιν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας προλέγουσαι ψαλμῷ; Ἆρα δὲ χρὴ νομίζειν ἀθεεὶ τὴν περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διδασκαλίαν ἐνεσπαρκέναι τοῦτον τῇ οἰκουμένῃ· ἔστι δὲ κἂν

B ἐπινοῆσαι ἀνθρωπίνην ὁρμὴν καὶ ψιλὴν τοῦ τυχόντος ἐπιβολὴν τοσοῦτον ἰσχῦσαί τε καὶ δυνηθῆναι, ὡς διὰ μόνης τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ἄνευ θεότητος συνεργούσης παντοδαπὰς ἀκροατῶν διαθεῖναι ψυχὰς περὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ταῦτα πεῖσαι πάλαι πρότερον, καὶ εἰσέτι νῦν πείθειν καταλιπεῖν μὲν ἔθη πάτρια, βίον τε ἄθεσμον, καὶ ἀνήμερον, καὶ ἀκόλαστον, θεοσεβείᾳ δὲ μόνῃ προσέχειν, καὶ ταύτην οὐ μόνον τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ πάπ περιποθήτου ζῆν προτιμᾶν; Ἀλλ' οὐκ οἶμαί τινα τῶν κἂν μετρίως εὐγνωμονεῖν ἐθελόντων μὴ οὐχὶ συνομολογεῖν τὰ τηλικαῦτα μετὰ συνεργούσης θείας καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων δυνάμεως διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γεγονέναι· ἐξ ὧν ὁμοῦ μὲν καὶ ἡ θεότης ἀποδείκνυται τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Κυρίου, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ τεκμήρια σαφῶς παρίσταται τοῦ εἰληφέναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς «τὰ ἔθνη κληρονομίαν, καὶ τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς,» ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ. Ὅλα δὲ τὰ κατὰ τὸν ψαλμὸν διηγεῖσθαι οὐ τοῦ παρόντος τυγχάνει καιροῦ, μάλιστα ὅτε πληρεστάτης ἤδη τετύχηκε διηγήσεως.

CAPUT III.

E psalmo tertio.

Tertium quoque psalmum facile est de Christo interpretari, congruenter cum insidiis quæ ante eum fuerunt, insidias adversus eum paratas demonstrans hoc modo: «Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me [10]?» Et quæ resurrectionem ejus innuunt, his verbis: «Ego dormivi, et soporatus sum; et exsurrexi, quia Dominus suscepit me [11].» Conveniret Christo et quisque hujus psalmi versus, qui nobis interpretandus est. Non inconsulto tertius ille psalmus Christi resurrectionem prænuntiat, congruenter cum præcitatis prophetiis. Primus enim, sicut retulimus, integerrimam ejus vitam, iniquitatisque immunem vivendi rationem ostendit; secundusque passionem; apte igitur tertius resurrectionem ejus prænuntiat.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ψαλμοῦ γ'.

Καὶ τὸν τρίτον ψαλμὸν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἐκλαμβάνειν εὐχερὲς, ἀκολούθως τοῖς πρὸ αὐτοῦ διδάσκουσι τὰ περὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλῆς διὰ τοῦ, «Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με;» καὶ τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως (f. 19 v°) αὐτοῦ, ἃ καὶ δηλοῦται διὰ τοῦ, «Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου.» Ἁρμόσειε δ' ἂν τῷ Χριστῷ καὶ ἕκαστος τοῦ ψαλμοῦ στίχος τῆς προσηκούσης τυχὼν ἐξηγήσεως· ἔχει δὲ λόγον καὶ τὸ τρίτον αὐτὸν τεταγμένον τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου θεσπίζειν ἀκολούθως ταῖς πρὸ αὐτοῦ προφητείαις· ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, καθὼς ἀποδεδώκαμεν, τὸν ἄληπτον βίον καὶ τὴν ἄνευ ἁμαρτίας αὐτοῦ πολιτείαν διδάσκει· D ὁ δεύτερος τὰ κατὰ τὸ πάθος· τούτοις τοιγαροῦν καὶ ὁ τρίτος ἑξῆς τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ θεσπίζει.

CAPUT IV.

E psalmo octavo.

Octavi psalmi prima verba: «Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra [12]!» de gentium vocatione prophetizare videtur: quare inscribitur: «pro torcularibus.» Hic usurpantur torcularia pro Ecclesiis quæ sunt

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ψαλμοῦ η'.

Τοῦ ὀγδόου ψαλμοῦ τὰ μὲν πρῶτα ἀπὸ τοῦ, «Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ,» περὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν κλήσεως ἔοικε προφητεύεσθαι· διὸ καὶ ἐπιγέγραπται «ὑπὲρ τῶν ληνῶν·» ληνῶν νοουμένων τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλη-

[10] Psal. III, 2. [11] ibid. 6. [12] Psal. VIII, 1.

Digitized by Google

σεων, ἐν αἷς τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ὡσπερεὶ κλημάτων αὐτοῦ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, οἱ λογικοὶ βότρυες πιεζόμενοι τὸν ἀπὸ τῶν μαθημάτων αὐτῶν νοερὸν καὶ πάσης εὐφροσύνης ποιητικὸν οἶνον παρέχουσιν· ἄλλως γὰρ οὐ δυνατὸν σωματικαῖς ληνοῖς ἐφαρμόσαι τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ λεγόμενα· ἐπεὶ μηδ' ὅλως ὡς ἐν ἑτέροις ἤτοι περὶ ἀμπέλου μεταρθείσης ἐξ Αἰγύπτου, ἢ περὶ ἀμπελῶνος Κυρίου Σαβαὼθ, ἤ τινων τοιούτων, διάνοιάν τινα τὰ τῆς λέξεως περιέχει. Τὰ δ' ἀπὸ τοῦ, « Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, » καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ μετείληπται, ἔνθα τῷ· « Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, » ἐπιφέρεται τό· « Νῦν δὲ οὐδέπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα. Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. » Εἴποι δ' ἄν τις μὴ μόνον διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὴν τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ ἠλαττῶσθαι αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· « Ὅτε, ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ ἶσα Θεῷ εἶναι, ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, » καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠλάττωσεν, ὡς ἀντὶ τῆς ἐν μορφῇ Θεοῦ δόξης λεχθῆναι περὶ αὐτοῦ τό· « Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος, ἀλλ' ἦν τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· » ἀνθ' ὧν ἀμειβόμενος ὁ Πατὴρ, « δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσεν αὐτόν· ὑπερυψώσας καὶ χαρισάμενος αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵν' ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. » Καί· « Κατέστησε δ' αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ· » ὅπερ καὶ αὐτὸ τῷ μὲν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἁρμόζοντα (ζοιτο) προσώπῳ διὰ τὸν ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν Λόγον, οὐκέτι δὲ καὶ τῷ τυχόντι, εἴ γε ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ ἔργοις καὶ τοὺς οὐρανοὺς καταριθμεῖν ἔθος τοῖς ἱεροῖς λόγοις, κατὰ τὸ, « Καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί. » Πρὸς τούτοις· « Καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ (f. 20) πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης· » δι' ὧν ἔοικεν ἀλληγορικώτερον δηλοῦσθαι τῶν ἀλογωτέρων καὶ τὸν τρόπον κτηνῶν δευτέρων ψυχῶν, ἢ καὶ δυνάμεων ἀντικειμένων, ἢ ὑπὸ τὸν ζυγὸν καὶ τὴν τοῦ λόνου δουλείαν ὑποταγή.

super terram, in quibus veræ vitis Christi, et quasi gemmarum ejus sanctorum apostolorum, spiritales racemi pressi doctrinis suis spiritale omnemque suavitatem efficiens vinum præbent. Aliter enim impossibile esset corporalibus torcularibus accommodare quæ in hoc psalmo dicuntur; cum minime, ut in cæteris, sive de vite quæ ex Ægypto surrexit, sive de Domini Sabaoth vite, sive de ejusmodi aliis verba hujus loci sensu quovis intelligi possint. Quæ vero ab iis: « Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum [13], » et reliqua, ad Salvatorem et Dominum nostrum Jesum in Epistola ad Hebræos referuntur, ubi post illa, « Omnia subjecisti sub pedibus ejus [14], » adjiciuntur ea: « Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei. Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum [15]. » Dici poterit non tantum ob mortis passionem, sed etiam ob incarnationem suam eum minoratum fuisse paulo minus ab angelis: « Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens [16], » atque adeo imminuit se, ut non jam in forma Dei gloriæ esse diceretur, sed: « Vidimus eum, et non erat aspectus neque decor, et desideravimus eum, despectum, et novissimum virorum [17]. » Contra autem respondens Pater, « gloria et honore coronavit eum [18], exaltavit illum et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, et infernorum; et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [19]. » Et: « Constituit eum super opera manuum suarum [20]. » Quæ quidem Salvatoris nostri personæ apta, ob Deum Verbum quod inest in ea, non autem humanæ personæ, si quidem in Dei operibus annumerantur cœli, ut in sacris Scripturis solet, secundum illud: « Opera manuum ejus sunt cœli [21]. » Post hæc adjicit: « Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi; volucres cœli et pisces maris, qui perambulant semitas maris [22]. » His videntur magis allegorice ostendi animæ stultæ, et quodammodo pecoribus similes, vel adversæ potestates, sub jugum vel rationis ditionem redactæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ψαλμοῦ θ'.

Ἡ τοῦ ἐνάτου ψαλμοῦ ἐπιγραφὴ τοιαύτη τίς ἐστιν· « Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων. Ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ. » Ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος ἐκδέδωκεν, « Ἐπινίκιον περὶ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ. ἎΙσμα τοῦ Δαυΐδ. » Ὥσπερ δ' οὖν καὶ μᾶλλον ἔοικεν ἔχειν τὸ Ἑβραϊκὸν τοῦτον

CAPUT V.

E psalmo nono.

Hæc est noni psalmi inscriptio: « In finem pro occultis. Psalmus David [23]. » Symmachus vero sic edidit: « Victoriæ carmen de morte filii. Canticum David. » Nobis potior videtur Hebraica lectio hoc modo: Λαμανασσὴ Ἀλμαὺθ βὲν μασμωρὰ Δαυΐδ.

[13] Psal. VIII, 6, 7. [14] ibid. 8. [15] Hebr. II, 8, 9. [16] Philipp. II, 6, 7. [17] Isa. LIII, 2, 3. [18] Hebr. II, 7. [19] Philipp. II, 9-11. [20] Hebr. II, 7. [21] Psal. CI, 26. [22] Psal. VIII 8 9. [23] Psal. IX, 1.

Digitized by Google

Et pulchrum Judæis qui hoc utuntur textu, incertum habere de qua morte aut de quo filio psalmus dictus sit Davidi. Nobis quidem perspicue apparet de Salvatoris passione prophetizare. Hoc et arcanum obscurius designari Septuaginta putaverunt. Ipse quidem Aquila demonstrans magnum aliquid fortiter gestum, ad passionem Salvatoris attribuit dicens : « Auctori victoriæ filii. Melos David. » Omnia autem psalmi dicta, si quis attente perscrutetur, apta sunt Christo ; indigentem et mendicum eum vocat et de ejus resurrectione a mortuis prophetizat his verbis : « Miserere mei, Domine, vide humilitatem meam de inimicis meis ; qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion [24]. » Cujus vero Sion, infra nobis ostenditur. Et de gentibus ab eo salvandis, quasi de mendicis et egentibus quædam prænuntiat, inter quæ et illa : « Constitue, Domine, legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt [25]. » Hic et ostendere operæ pretium est, quomodo non sint gentes Moysis legi subditæ. Illud proferendum est dictum circumcisis gentiles criminantibus quod secundum Moysis legem non vivunt, eisque demonstrandum quod futurum esse alium a Moyse legislatorem gentium prophetica ostendit Scriptura; cum dicit in oratione : « Constitue, Domine, legislatorem super eos, » manifeste gentes innuuntur. Adjicit igitur : « Ut sciant gentes quoniam homines sunt ; » quasi diceret, accipiant gentes notionem et scientiam spiritalis substantiæ suæ, per legislatorem qui super eos constituendus est. Hic autem esset Christus, qui commune nobis testamentum edixit dicens : « Dicta sunt antiquis hæc et illa ; ego autem dico vobis [26] ; » qui divina et arcana potestate stabilivit leges suas non in una vel altera gente, non in quadam totius orbis parte, non breviter obsoleturas, sed ut exspectandum est de divina virtute sua in perpetuum atque apud universas gentes. Quæ ita se habere si quis non admittat, ostendat quemvis alium, præter Salvatorem Dominumque nostrum Jesum Christum, congruenter cum hac prophetia legislatorem ab omnium Deo constitutum gentibus, factum cunctis hominibus pietatis magistrum erga rerum omnium Creatorem.

περιέχοντα τὸν τρόπον· « Λαμανασσὴ ἀλμαὺθ βὲν μασμωρὰ Δαυΐδ. » Καὶ καλόν γε τοῖς ἐκ περιτομῆς αὐτῷ χρωμένοις ἀπορῆσαι περὶ ποίου θανάτου, ἢ περὶ τοῦ τίνος υἱοῦ ὁ ψαλμὸς εἴρηται τῷ Δαυΐδ· ἡμῖν μὲν γὰρ σαφῶς φαίνεται περὶ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος προφητεύεσθαι· τοῦτο δὲ καὶ τοὺς Ο' νενοηκότας ἀπορρητότερον ἠνίχθαι· ὁ μέντοι γε Ἀκύλας καὶ αὐτὸς ἐμφαίνων μέγα τι ἀνδραγάθημα κατὰ τὸ πάθος γεγονὸς τοῦ Σωτῆρος ἐξέδωκεν εἰπών, « Τῷ νικοποιῷ νεανιότητος τοῦ υἱοῦ. Μελώδημα τοῦ Δαυΐδ. » Καὶ ὅλα δὲ τὰ ῥητὰ τοῦ ψαλμοῦ τις ἐπιτηρήσας ἐφαρμόσειεν ἂν τῷ Χριστῷ, πένητα καὶ πτωχὸν ἑαυτὸν ὀνομάζοντος, καὶ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ προφητεύοντος, ἐν τῷ, « Ἐλέησόν με, Κύριε, ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου· ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών· « ποίας δὲ Σιών, μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται· καὶ περὶ τῶν ἐθνῶν δὲ τῶν δι' αὐτοῦ σωθησομένων, ὡς περὶ πτωχῶν καὶ πενήτων ἐν αὐτῷ τινα προφητεύεται, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ, « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην αὐτοῖς· γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν. » Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον, ὡς οὐχ ὑπόκεινται τὰ ἔθνη τῷ Μωϋσέως νόμῳ· καὶ προσακτέον γε τοῖς ἐκ περιτομῆς τὸ ῥητὸν ἐγκαλοῦσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν διὰ τὸ μὴ βιοῦν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, δεικτέον τε ὡς ἄρα ἕτερόν τινα παρὰ Μωϋσέα νομοθέτην ἔσεσθαι τῶν ἐθνῶν ὁ προφητικὸς ἐπίσταται λόγος, ὡς ἐν εὐχῇ φάσκων τὸ, « Κατάστησον, Κύριε, νομοθέτην αὐτοῖς, » δῆλον δ' ὅτι τοῖς ἔθνεσιν· ἐπιφέρει γ' οὖν τούτῳ τὸ, « Γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί εἰσιν, » ὡσεὶ ἔλεγεν, ἀναλαμβανέτω τὰ ἔθνη γνῶσιν καὶ ἐπιστήμην τῆς λογικῆς αὐτῶν οὐσίας διὰ τοῦ μέλλοντος αὐτοῖς καθίστασθαι νομοθέτου· οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ Χριστός, ὁ τὴν κοινὴν νομοθετήσας ἡμῖν διαθήκην τῷ λέγειν· « Ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις τάδε τινά, ἐγὼ δὲ λέγω τάδε· » ὃς καὶ θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ δυνάμει κρατῦναι τοὺς ἑαυτοῦ νόμους οὐκ ἐπὶ ἔν τι ἔθνος ἢ δεύτερον, οὐδ' ἐπὶ μέρος τι τῆς ὅλης οἰκουμένης, ἀλλ' οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον τινὰ δεδύνηται χρόνον, ἀλλ' ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῆς παραλαβεῖν τῆς ἐνεργείας εἰς τὸ διηνεκὲς καὶ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Εἰ δὲ μὴ προσίοιτό τις ταῦθ' οὕτως ἔχειν, δεικνύτω τίνα ἂν ἄλλον ἔχοι λέγειν παρὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ νομοθέτην ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ κατασταθέντα τοῖς ἔθνεσι, διδάσκαλον γεγενημένον ἅπασιν ἀνθρώποις τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν εὐσεβείας.

CAPUT VI.

E psalmo undecimo.

In undecimo psalmo Dominus dicit : « Propter miseriam inopum, et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo [27]. » Exquiramus annon Christi personæ suam a mortuis resurrectionem prænuntianti hæc convenirent, quorum hic sensus esset : propter gentes in iniquitatis miseria natas, inopesque probrose vocatas, eo quod Dei divitiis privatæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ψαλμοῦ ια'.

Ἐπεὶ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ ψαλμῷ ὁ Κύριός φησιν· « Ἕνεκεν τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ τοῦ στεναγμοῦ (f. 20 v°) τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος· θήσομαι ἐν σωτηρίῳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ· » ἐξετάζομεν μὴ περὶ Χριστοῦ προσώπῳ τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ διδάσκοντι καὶ ταῦτα ἂν ἁρμόζοι, τοιάνδε διάνοιαν ἔχοντα· ἕνεκα τῶν ἐν ταλαιπωρίᾳ κακίας γεγονότων ἐθνῶν, πτω-

[24] Psal ix, 14, 15. [25] ibid. 21. [26] Matth v, 21-44. [27] Psal. xi, 6.

Digitized by Google

χῶν ὀνομαζομένων ψεκτῶς διὰ τὸ ἐστερῆσθαι τοῦ κατὰ Θεὸν πλούτου, κενώσας ἑαυτὸν, ἀναδεξάμενός τε μέχρι καὶ θανάτου τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀγῶνα, νῦν ἀναστήσομαι, καὶ δὴ λαβὼν τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν παρὰ τοῦ Πατρὸς, πάντας τοὺς εἰς ἐμὲ πιστεύσαντας θήσομαι εἰς σωτηρίαν, καὶ παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ, ἤτοι τῷ Πατρὶ, ἢ τῷ πεπραγμένῳ μοι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν τοσούτων ἀνδραγαθημάτων. Καὶ ἡ μὲν τοῦ ῥητοῦ τοιαύτη τις ἂν εἴη διάνοια· τὰ μέντοι γε πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ, « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, » περιέχοντα « ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος, » καὶ τὰ ἑξῆς, τὸν καιρὸν καθ' ὃν πέπονθεν ὁποῖός τις ὑπῆρχε δηλοῖ· « Ἐκλελοίπει γὰρ ὅσιος » τότε, καὶ « Ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων· μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ· » καὶ τὰ τούτοις δὲ ἑξῆς ἅπαντα κατ' ἐκεῖνον πεπλήρωτο τὸν χρόνον.

A sunt, exinaniens semetipsum, certamine usque ad mortem pro illis suscepto [28], nunc exsurgam accipiensque a Patre in omnibus dominationem, omnes qui in me credent, « ponam in salutari, et fiducialiter agam in eo, » sive in Patre, sive in eo quod feci præclarum in eorum salutem. Hic igitur nobis videtur psalmi sensus. Prima autem hujus verba : « Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus [29], » et reliqua, quo tempore passus sit ostendunt. Tunc enim : « Defecit sanctus, et diminutæ sunt veritates a filiis hominum ; vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum [30]. » Hæc enim omnia, et quæ sequuntur, illo tempore impleta sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ψαλμοῦ ιε'.

« Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν ἵνα μὴ σαλευθῶ. Διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου. » Ὅτι δὲ καὶ ταῦτα εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται Χριστοῦ μαρτυρεῖ ὁ Πέτρος ἐν ταῖς τῶν ἀποστόλων Πράξεσι, δι' ὧν ταῦτά φησιν· « Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς ἀπὸ Θεοῦ δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς αὐτοὶ οἴδατε, τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρὸς ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλατε· ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθ' ὅτι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ. Δαυὶδ γὰρ λέγει, Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός. » Εἶτά τινα μεταξὺ εἰπὼν, ἐπιφέρει ταῦτα κατὰ λέξιν· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· προφήτης οὖν ὑπάρχων, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὔτε ἐγκατελείφθη εἰς ᾅδην, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἶδε διαφθοράν. » Τοῦ δὴ Πέτρου τοίνυν ἀποδεδωκότος εἰς τὸν Σωτῆρα τὴν τῆς προφητείας ἑρμηνείαν, παρέσται τῷ μὴ πάρεργον τὴν τούτων ἔρευναν ποιουμένῳ, ἤτοι ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ λέξιν ἀκολούθως ἐφαρμόζειν οἷς καὶ ὁ Πέτρος ἐξείληφεν, ἢ τοῖς ὑφ' ἑτέρων εἰς τὸν ψαλμὸν ὑπομνηματισθεῖσιν ἐντυχεῖν· ἡμῖν γὰρ ὁ σκοπὸς οὐδὲν πλεῖον τῶν εἰρημένων λέγειν εἰς τοὺς τόπους ἐπιτρέπει.

CAPUT VII.

E psalmo quinto decimo.

« Providebam Dominum in conspectu meo semper ; quoniam a dextris est mihi, ne commovear. Propter hoc lætatum est cor meum et exsultavit lingua mea : insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo [31]. » Hæc quoque ad Christi personam spectare testatur Petrus in Actibus apostolorum, his verbis : « Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, et prodigiis, et signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et vos scitis : hunc definito consilio, et præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis : quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum : Providebam Dominum in conspectu meo semper [32]. » Aliquot vero interpositis, hæc subjicit Scriptura : « Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus est et sepultus : et sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, et sciret quia jurejurando jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus ; providens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem [33]. » Petro igitur hanc de Christo prophetiam ipso interpretante, reliquum est supervacaneam horum indagationem non facienti, vel ei omnem psalmi contextum congruenter accommodare cum iis quæ Petrus censuit, vel prolatis in hunc psalmum commentariis aliis incumbere. Nobis enim propositum jam de hac materia dictis quidquam vetat adjicere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ψαλμοῦ ις'.

Καὶ τὸ λεγόμενον ἐν ἑκκαιδεκάτῳ ψαλμῷ, « Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπισκέψω νυκτὸς, ἐπύρω-

CAPUT VIII.

E psalmo decimo sexto.

Hoc in decimo sexto psalmo dictum : « Probasti cor meum et visitasti nocte : igne me examinasti,

[28] Philipp. II, 7, 8. [29] Psal. XI, 2. [30] ibid. 2, 3. [31] Psal. XV, 8-11. [32] Act. II, 22-25. [33] ibid. 29-31.

Digitized by Google

et non est inventa in me iniquitas [34], » quasi Christi voce prolatum animadvertimus, cum non aliter humanæ naturæ hoc dicere proprium esset. Omnesque hujus psalmi sententiæ eas accurate perpendenti spectare ad Salvatorem videntur.

CAPUT IX.

E psalmo decimo septimo.

Cum septimum et decimum psalmum non alium quemvis designare circumcisi putant, nisi Davidem, eo quod id inscriptio indicare videtur, confundemus eos hunc locum tueri nequeuntes : « Eripies me de contradictionibus populi : constitues me in caput gentium. Populus, quem non cognovi, servivit mihi : in auditu auris obedivit mihi. Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt [35]. » Quarum enim gentium in caput Davidem constitutum ostendere valent, aut quis iste populus, quem non cognoverat prius, quique tamen ei serviit, in auditu auris obediens ei! Qui et mentiti ei filii alieni dicuntur, et inveterati, et claudicantes a semitis suis? At nobis nihil plane ex iis quæ in hoc psalmo referuntur, a persona Christi detrahendum, qui in gentium Ecclesiæ caput constitutus est ; hancque prophetiam, sicut accipimus, plane impletam videmus. Eramus enim, eramus vere « alienati a conversione Israel, et hospites testamentorum promissionis [36], » et idcirco Verbi Dei cognitione indigni ; sed « nunc cognoscentes Deum, imo a Deo cogniti [37] ; qui aliquando eramus longe, facti sumus prope [38], » et servivimus nos olim non cognoscenti, et in auditu auris obedivimus ei, accepto novi Testamenti ejus verbo, quod in nos infudit. Mire autem post illud, « populus quem non cognovi, servivit mihi, » et post vocationem nostram, veterem Synagogam innuit his verbis : « Filii alieni mentiti sunt mihi, » quæ idem sonant ac, « Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me [39]. » Isti autem inveterati sunt claudicantes in semitis suis, et Dei Christum non accipientes : qui ab eis rejectus, constitutus est a Patre in caput servientium, et in auditu auris obedientium ei gentium, secundum prophetiam alias dicentem : « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli [40]. » Puto autem divinitatem Christique ad homines descensum primis psalmi versiculis ostendi ; quæ mysteriosius dicta non adventitiam et breviorem explanationem desiderarent, præsertim in hoc loco : « Inclinavit cœlos et descendit, et caligo sub pedibus ejus, et ascendit super Cherubim et volavit : volavit super pennas ventorum [41]. » Quæ sequuntur ad Dei Verbum spectant.

σάς με (f. 21), καὶ οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία, » ὡς ἀπὸ Χριστοῦ φωνῆς τυγχάνον ἐσημειωσάμεθα, εἰ μὴ ἄλλως ἀνθρωπείᾳ φύσει τοῦτο φάσκειν ἁρμόττει· καὶ πάντες δὲ οἱ ἐν τῷ ψαλμῷ λόγοι τῷ ἐνορῶντι ἀκριβῶς αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα ἀναφέρεσθαι δύνανται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ψαλμοῦ ιζ'.

Ἐπεὶ καὶ τὸν ἑπταικαιδέκατον ψαλμὸν οὐκ ἐξ ἄλλου τινὸς λέγεσθαι νομιοῦσιν οἱ ἐκ περιτομῆς ἢ τοῦ Δαυΐδ, διὰ τὸ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν αὐτοῦ τοῦτο δοκεῖν ἐμφαίνειν, θλίψομεν αὐτοὺς οὐ δυναμένους σώζειν ἐπ' αὐτοῦ τὸ, « Ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ, καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαός, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν. » Ποίων γὰρ ἐθνῶν εἰς κεφαλὴν καταστάντα τὸν Δαυΐδ ἔχοιεν παραστῆσαι, ἢ ποῖος οὗτος λαός, ὃν οὐκ ἐγνώκει μὲν αὐτὸς πρότερον, ὅμως δὲ ἐδούλευσεν αὐτῷ εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπακούσας αὐτῷ· τίνες δὲ καὶ οἱ ψευσάμενοι αὐτῷ υἱοὶ ἀλλότριοι λεγόμενοι, καὶ οἱ παλαιωθέντες καὶ χωλάναντες ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν; Ἀλλ' ἡμῖν οὐδ' ὅλως τι τῶν ἐν τῷ ψαλμῷ λεγομένων προσκόψει ἐκ προσώπου τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κατασταθέντος εἰς κεφαλὴν τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, καὶ ταύτην ἐκλαμβάνουσι τὴν προφητείαν θεωροῦσί τε αὐτὴν ἐναργῶς πεπληρωμένην· ἦμεν γάρ, ἦμεν ἀληθῶς « ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, » καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἄξιοι τῆς τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ γνώσεως· ἀλλὰ « νῦν γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπ' αὐτοῦ, » ἡμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν ἐγενήθημεν ἐγγὺς, » καὶ ἐδουλεύσαμεν τῷ πάλαι μὴ γνόντι ἡμᾶς, καὶ εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπηκούσαμεν αὐτῷ, παραδεξάμενοι τὸν τῆς καινῆς διαθήκης αὐτοῦ λόγον, ὃν διέθετο πρὸς ἡμᾶς. Θαυμασίως δὲ μετὰ τὸ, « λαός, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι, » καὶ τὴν περὶ ἡμῶν κλῆσιν τὰ περὶ τῆς προτέρας Συναγωγῆς ἐκτίθεται διὰ τοῦ, « Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, » ἰσοδυναμοῦν τῷ, « Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· » οὗτοι δὲ καὶ ἐπαλαιώθησαν χωλάναντες ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν, καὶ μὴ παραδεξάμενοι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδοκιμασθεὶς ὑπ' αὐτῶν κατεστάθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς εἰς κεφαλὴν τῶν δουλευσάντων, καὶ εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπακουσάντων αὐτῷ ἐθνῶν, κατὰ τὴν ἑτέρωθι φάσκουσαν προφητείαν, « Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. » Οἶμαι δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς θεότητος καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους καταβάσεως αὐτοῦ ἐν τοῖς πρώτοις δηλοῦσθαι τοῦ ψαλμοῦ· ἅπερ οὐ τῆς ἐν παρέργῳ καὶ παραδρομῇ δέοιτ' ἂν ἐξηγήσεως ἀπορρητότερον εἰρημένα· οἷά ἐστιν ἀπὸ τοῦ, « Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβὶν καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων· » καὶ ὅσα τούτοις παραπλησίως ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀναφέρεται.

[34] Psal. xvi, 3. [35] Psal. xvii, 44-46. [36] Ephes. ii, 12. [37] Galat. iv, 9. [38] Ephes. ii, 13. [39] Isa. i, 2. [40] Psal. cxvii, 22. [41] Psal. xvii, 10, 11.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ψαλμοῦ ιη'.

« Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Ζητοῦμεν τίνων εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ τὰ ῥήματα ἕως τῶν περάτων τῆς (f. 21, v°) οἰκουμένης, ὡς μὴ καταλελεῖφθαι λόγους παρά τισι καὶ λαλιὰς παρ' οἷς οὐκ ἠκούσθησαν καὶ αἱ τούτων φωναί· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις ἑτέρους ἐπιδεῖξαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, εἰς οὓς ἡ προφητεία πεπλήρωται διαβοήτου τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας αὐτῶν εἰς πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν γενομένης, ὅτε ἐνεπιδημοῦντες τῷ βίῳ μετὰ τῆς συνεργούσης αὐτοῖς δυνάμεως θείας ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκήρυσσον τὴν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πίστιν· περὶ οὗ μετὰ τὴν προρρήσιν τοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ κηρύγματος ἑξῆς ὁ λόγος διδάσκει, ὡς ἄρα « ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ· » ἡλίου νοουμένου τῆς θεότητος, εἰς ἣν τὴν ἑαυτοῦ μονὴν καὶ τὴν οἱονεὶ κατασκήνωσιν ἔθετο, ἢ καὶ ὅπερ ἐκ τῆς Παρθένου ἔλαβε σῶμα, ὅπερ ἦν ὡσπερεὶ σκήνωμα τῆς ἐν αὐτῷ καταμενούσης θείας δυνάμεως· οὗτος δὲ καὶ « ὥσπερ νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἠγαλλιάσατο ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν· » οἷα γάρ τις νυμφίος διὰ τὴν αὐτοῦ νύμφην τὴν Ἐκκλησίαν ἐκ τῶν πατρικῶν διαναστὰς κόλπων, καὶ ὁποῖά τις γίγας ἀνδρεῖος καὶ ἰσχυρὸς τὸν ἀγῶνα τὸν προκείμενον αὐτῷ διαθλήσας, νικήσας τε καὶ καταγωνισάμενος τοὺς ἀντιπάλους, ἠγαλλιάσατο τὴν αὐτοῦ σύζυγόν τε καὶ νύμφην ἀπολαβών· γεγένηται δὲ αὐτοῦ καὶ « ἡ ἔξοδος ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· » καὶ πάλιν· « Τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου αὐτοῦ· » ἐπεὶ « μὴ δ' εἷς ἄλλος ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· » καὶ πάλιν· « Ὁ καταβάς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, » κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον· ἀλλὰ « Καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ· » περὶ ἧς καὶ αὐτὸς εἶπεν τὸ, « Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; » τὰ κατὰ τὸν τόπον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ψαλμοῦ ιθ'.

Τὸ ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ ψαλμῷ λεγόμενον, « Νῦν ἔγνων ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, » ἐμφαίνει πως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου σωτηρίαν· αὐτῷ γὰρ εἴρηται καὶ τὸ, « Ἀγαλλιασώμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· » καὶ ὅλα δὲ τὰ κατὰ τὸν τόπον ἐφαρμοσθείη ἂν αὐτῷ τῆς προσηκούσης τυχόντα ἐξηγήσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ψαλμοῦ κ'.

Τὸ μέν· « Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς, » καὶ τὰ ἑξῆς, εἴποι ἂν τις ἐπὶ τὸν Δαυὶδ ἀναφέρεσθαι· δύνασθαι· τό γε μὲν, « Ζωὴν ἠτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα καὶ

CAPUT X

E psalmo octavo decimo.

« Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [42]. » Quærimus quorum in omnem terram exivit sonus, verbaque in fines orbis terræ, ne relinquantur quibusdam loquelæ et sermones, qui bus non auditæ sint istorum voces. Neque ullos alios invenimus ac sanctos apostolos, quibus impletur prophetia, pervulgata in omnem terram eorum de Christo doctrina, cum omni vita perer rantes, adjuvante eos potestate divina, per universum orbem terrarum fidem in Christum Dei prædicaverunt. De quo post prævisionem apostolorum ejus prædicationis, continuo Scriptura docet, quod « in sole posuit tabernaculum suum [43]; » sol deitatem innuit, in qua sedem suam et quasi tabernaculum posuit, vel quod ex Virgine sumpsit corpus, quod quasi tabernaculum erat divinæ potestatis in eo permanentis. Hic et « tanquam sponsus procedens de thalamo suo; exsultavit ut gigas ad currendam viam [44]. » Ut enim sponsus ob sponsam ipsius Ecclesiam e patrio exsurgens sinu, et quasi virilis robustusque gigas certamen sibi propositum certavit, victorque, et prostratis adversariis, exsultavit tori sociam sponsamque excipiens. Facta est autem « a summo cœlo egressio ejus [45]; » et rursus: « Et occursus ejus usque ad summum ejus [46]; » et: « Nemo alius ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis [47]; » atque iterum: « Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia, » secundum sanctum Apostolum [48]. Sed et « Non est qui se abscondat a calore ejus [49]; » de quo et ipse dixit « Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur [50]? » Facile cuivis erit reliqua hujus psalmi ad Christum similiter referre.

CAPUT XI.

E psalmo decimo nono.

Quæ in decimo nono psalmo dicuntur: « Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum [51], » ostendunt quomodo Salvator noster Jesus Christus a morte sit servatus. Huic enim dicuntur et illa: « Lætabimur in salutari tuo [52]; » cæterique hujus psalmi versiculi cum hac interpretatione optime congruunt.

CAPUT XII.

E psalmo vicesimo.

Illud quidem: « Domine, in virtute tua lætabitur rex [53], » et cætera, spectare ad Davidem possunt; hæc vero: « Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum, et in sæculum sæ-

[42] Psal. xviii, 4, 5. [43] ibid. 6. [44] ibid. [45] ibid. 7. [46] ibid. [47] Joan. iii, 13. [48] Ephes. iv, 10. [49] Psal. xviii, 7. [50] Luc. xii, 49. [51] Psal. xix, 7. [52] ibid. 6. [53] Psal. xx, 2.

Digitized by Google

cui [56], » non jam Davidi conveniunt, cujus mors comperta est, vitæque tempus non multo annorum numero circumscriptum. Ergo agitur de Christo, qui rex a Patre ad regnandum super cœlestem montem Sion constitutus est; qui et vitam petiit a Patre, non sibimet ipsi, ipse enim vita erat, sed omnibus in eum credentibus [58]; deditque ei posse omnes in se credentes educere e morte in vitam æternam [59], et in longitudinem apud Deum dierum, quæ sunt in sæculum et in sæculum sæculi. Cætera vero hujus psalmi quasi de rege gloriæ dicta, cum pauca non sint, melius Christo, si prudenter intelliguntur, quam Davidi convenirent.

A εἰς αἰῶνα αἰῶνος, » οὐκέτι τῷ Δαυὶδ ἁρμοζει διὰ τὸ καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐμφαίνεσθαι καὶ τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἧς οὐ πολὺν χρόνον ἐτῶν περιωρίσθαι. Εἴη ἂν οὖν ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς βασιλεύειν ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἐπουράνιον καταστάς· ὃς καὶ ζωὴν ἠτήσατο τὸν Πατέρα οὐχὶ ἑαυτῷ, αὐτὸς γὰρ ἦν ἡ ζωὴ, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύσουσι· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὡς πάντας δύνασθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαντας μεταβαίνειν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ εἰς μακρότητα τῶν παρὰ Θεῷ (f. 22) ἡμερῶν, αἳ εἰσιν εἰς αἰῶνα καὶ εἰς αἰῶνα αἰῶνος· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ ὡς περὶ τῆς τοῦ βασιλέως δόξης λεγόμενα, οὐ μικρὰ ὄντα, ἁρμόττοι ἂν τῷ Χριστῷ μᾶλλον ἢ τῷ Δαυὶδ, τῆς ἀξίας τυχόντα σαφηνείας.

CAPUT XIII.

E psalmo vicesimo primo.

Omnium consensu fideliter in Christum credentium constat hujusce psalmi initia, in quibus hæc sunt: « Deus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti [57]? » ab eo passionis tempore dicta fuisse. Hoc enim ostendit et in cruce clamor: « Eloi, Eloi, lama sabachthani [58]? » Verum antequam psalmi prophetiam de eo interpretemur, Judæos rogabimus quis hujus psalmi verba dixerit. Non enim quilibet cætera, atque hæc dixisse videtur: « Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero, de ventre matris meæ Dominus Deus meus es tu... Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te [59]. » Et rursus: « Nec avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum, exaudivit me. Apud te laus mea; confitebor tibi in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum [60]. » Post hæc, cæteraque hujus psalmi, dicant si quemvis sanctorum virorum habeant cui hæc accommodent. Quis enim talis erit qualem Scriptura describit: « Omnes videntes me, deriserunt me [61]; » vel de quo, « Locuti sunt labiis, et moverunt caput, dicentes, Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum [62]? » Quem vero « vituli multi, » et cujus naturæ, « canes et tauri pingues circumdederunt; aperuerunt super eum os suum, sicut leo rapiens et rugiens [63]? » Ac prælerea, quem « concilium malignantium obsedit, ita ut foderent manus et pedes ejus, et dinumerarent omnia ossa ejus; diviserunt sibi vestimenta ejus, et super vestem ejus miserunt sortem [64]? » Talia enim fatur is quem psalmus inducit, totque perpessis, adjicit etiam: « Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te [65]. » Interpretentur autem hæc isti simul et reliqua psalmi, præsertim ab hoc loco: « Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium [66], » usque ad illum: « Annuntiabitur Do-

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ψαλμοῦ κα'.

Σαφῶς ἀνωμολόγηται παρὰ πᾶσι τοῖς ὑγιῶς εἰς Χριστὸν πεπιστευκόσιν, ὡς ἡ καταρχὴ τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον, « Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; » ὅτ' αὐτοῦ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους εἴρηται· τοῦτο γὰρ ἐδήλου καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ φωνή, « Ἐλωεὶ, Ἐλωεὶ, λαμὰ σαβαχθανεί; » Ἀλλὰ γὰρ πρὶν ἀρξώμεθα ἐν τῷ ψαλμῷ προφητείαν ὡς ἐπ' αὐτὸν μεταλαμβάνειν, πευσόμεθα τῶν τὴν περιτομὴν αὐχούντων, τίς ἂν εἴη ὁ φάσκων τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ· οὐχ ὁ τυχὼν γάρ τις εἶναι φαίνεται τά τε ἄλλα καὶ ταῦτα λέγων, « Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν C τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας· ἐκ κοιλίας μητρός μου Θεός μου εἶ σύ· καὶ ἐπιφέρων διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε· » καὶ πάλιν· « Οὐκ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσέ μου· παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου· ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι· τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν. » Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ λεγέτωσαν, εἴ ἔχοιέν τινι τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἐφαρμόζειν· τίνα γὰρ τοιοῦτον γενόμενον οἷον προδιέγραψεν ὁ λόγος, « Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισαν; » ἢ περὶ τίνος· « Ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, λέγοντες, Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωτάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν; » τίνα δὲ μόσχοι πολλοὶ καὶ ποταποὶ D τὴν φύσιν, « Κύνες τε καὶ ταῦροι πίονες περιεκύκλωσαν· ἠνοιξάν τε στόμα ἐπ' αὐτὸν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος; » καὶ ἐπὶ τούτοις· « Τίνα ἡ συναγωγὴ τῶν πονηρευομένων περιέσχεν· καὶ περιέσχεν οὕτως, ὡς καὶ ὀρύξαι αὐτοῦ χεῖρας καὶ πόδας, καὶ πάντα αὐτοῦ ἐξαριθμῆσαι τὰ ὀστᾶ, διαμερίσασθαί τε ἑαυτοῖς αὐτοῦ τὰ ἱμάτια, βάλλοντας κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ; » Τοιαῦτα γάρ τινά φησι τὸ ἐν τῷ ψαλμῷ πρόσωπον, ὃ καὶ μετὰ τὸ τοσαῦτα παθεῖν ἐπιφέρει λέγων, « Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε· » λυέτωσαν δ' ταῦθ' ἅμα καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ψαλμοῦ διηγούμενοι, μά-

[56] Psal. xx, 5. [58] Joan. xi, 25. [58] Joan. v, 24. [57] Psal. xxi, 2. [58] Matth. xxvii, 46. [59] Psal. xxi, 10, 11, 23. [60] ibid. 25, 26. [61] ibid. 8. [62] ibid. 8, 9. [63] ibid. 13, 14. [64] ibid. 17-19. [65] ibid. 23. [66] ibid. 28.

Digitized by Google

λιστα ἀπὸ τοῦ, « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, » μέχρι τοῦ, « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. » Παριστάτωσαν γὰρ τὴν τότε μὲν μὴ ὑπάρχουσάν πω γενεὰν, ἤξειν δὲ εἰς μέλλοντα χρόνον προφητευομένην· καὶ τὸν πρότερον μὲν μηδέπω ὄντα λαὸν, τεχθήσεσθαι δὲ ἐν τοῖς μετέπειτα χρόνοις προορώμενον· λεγέτωσάν τε τί ἂν εἴποιεν περὶ τῆς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συστάσης ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας· ἆρα γὰρ ἐπὶ τοῖς τοσούτοις πλήθεσι τῶν διὰ τοῦ Χριστοῦ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπεγνωκότων (Γ. 22 v°) οὐκ ἂν ὁμολογήσαιεν πεπληρῶσθαι τὸ, « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς· » καὶ τὸ, « Προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. » Ἀλλὰ γὰρ ὥρα τοῖς εὐγνωμονεῖν ἐθέλουσιν, οὐκ ἐπ' ἄλλου τινὸς ἢ ἐπὶ μόνου τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁμολογεῖν πεπληρῶσθαι τὴν προφητείαν, οὗ κατὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφὴ γίγνεσθαι ἤρξατο, παραγενομένης τῆς προφητευθείσης γενεᾶς, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ τεχθήσεσθαι οὐ μόνον ἐνταῦθα προδηλουμένου, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑκατοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ, διὰ τοῦ, « Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » Οὗτος δέ ἐστι περὶ οὗ καὶ ἐν ιζ' εἴρητο, « Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου. » Τοῦτον οὖν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, σάρκα ἀναλαβόντα καὶ δι' αὐτὴν « σκώληκα » χρηματίσαντα, « Ὄνειδός τε ἀνθρώπων γενόμενον καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ, πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισαν, » μάλιστα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ὅτε τῶν ἐν τῇ προφητείᾳ τέλος ἰσχόντων οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν καὶ ἐμυκτήριζον λέγοντες, « Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτόν· » τότε δὲ καὶ « Ἐλάλησαν ἐν χείλεσι καὶ ἐκίνησαν κεφαλὴν » ἑαυτῶν κατ' αὐτοῦ· αὐτοῖς ῥήμασιν εἰπόντες τὸ, « Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν· » αὐτὰ γὰρ δὴ ταῦτα κατὰ τὸ πάθος εἰρῆσθαι ἐπ' αὐτῷ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγέγραπται. Τούτῳ οὖν καὶ μόνῳ πρὸς τὸν Πατέρα λέγειν ἁρμόζει « Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου· ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας· ἐκ κοιλίας μητρός μου Θεός μου εἶ σύ. » Πλὴν ἐπὶ τούτοις ὁ λόγος ἡμᾶς παιδεύει, ὡς ἆρα καὶ δυνάμεις πονηραί τινες καὶ θηριώδεις ἐνήργησαν τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὴν, δι' ἃς καὶ ἔφασκε, « Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί· ταῦροι πίονες περιέσχον με· » καὶ περὶ τῆς ἐπισυστάσης δὲ κατ' αὐτοῦ ἐκ περιτομῆς Συναγωγῆς φησιν, ὅτι « Ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί· συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· οὗτοι δὲ καὶ ὤρυξαν οὐ μόνον τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόδας· » ἤ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « ἤσχυναν, » φήσαντα, « ἤσχυναν χεῖράς μου καὶ πόδας μου· » ὃ καὶ ἀληθῶς ἐτελέσθη, ὅτε κρεμάσαντες

mino generatio ventura : et annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus [67]. » Ostendant enim generationem, quæ nondum exstiterat, quasi venturam in futurum prophetizari, veteremque qui nondum erat populum, nasciturum in posterioribus ævis prævideri. Dicant quid afferre possint de Ecclesia per Jesum Christum Salvatorem nostrum omnibus gentibus conflata. Profecto enim in tanta eorum multitudine qui, per Christum, auctorem omnium Deum cognoverunt, non possent non confiteri illud impletum fuisse, scilicet, « Reminiscentur et convertentur ad Dominum omnes fines terræ ; » nec non, « Adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. « Verumenimvero hora est iis, qui recte sapere volunt, prophetiam fateri ab alio nullo impletam, nisi a solo Domino et Salvatore nostro Jesu Christo, cujus per incarnationem incepit gentium conversio, superveniente prænuntiata generatione, nec non populo qui nasciturus non solum hic prædictus est, sed et in centesimo primo psalmo, his verbis : « Scribantur hæc in generatione altera, et populus, qui creabitur, laudabit Dominum [68]. » Hic est de quo et in decimo septimo dicitur : « Populus, quem non cognovi, servivit mihi : in auditu auris obedivit mihi [69]. » Hunc igitur Salvatorem et Dominum nostrum, carne suscepta, ideoque *vermem* vocatum, « opprobrium hominum et abjectionem plebis : omnes videntes me, deriserunt me [70], » præsertim in passionis tempore, cum isti, qui hanc impleverunt prophetiam, transeuntes blasphemabant eum et deridebant dicentes : « Alios salvos fecit, se salvum faciat [71], » tunc et « locuti sunt labiis et moverunt caput [72] » suum adversus eum ; verbis iisdem dicentes : « Speravit in Domino, eripiat eum : salvum faciat eum, quoniam vult eum [73]. » Huic igitur soli ad Patrem dicere convenit, « Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre : spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero : de ventre matris meæ Deus meus es tu [74]. » Præterea docet nos psalmus quod quædam nequissimæ et feræ potestates insidias ei struxerunt, de quibus dicit : « Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me [75] ; » dicit etiam de circumcisorum Synagoga adversus eum concitata : « Circumdederunt me canes multi : concilium malignantium obsedit me : foderunt » non tantum « manus meas, » sed « et pedes meos [76] ; » vel, secundum Aquilam, « dedecoraverunt, » ait, « dedecoraverunt manus meas et pedes meos : » quod et vere effectum est, cum ligno affigentes eum clavis ejus manusque pedesque perforaverunt, et pulchrum quidem, si quis expeteret ut Scriptura probaretur quod Christus cruci supplicium passurus prædictus est, inter alia documenta et illud afferre : « Perforaverunt, » et potius,

[67] Psal. xxi, 32. [68] Psal. ci, 19. [69] Psal xvii, 45. [70] Psal. xxi, 7, 8. [71] Luc. xxiii, 35. [72] Psal. xxi, 8. [73] ibid. 9. [74] ibid. 10, 11. [75] ibid. 13. [76] ibid. 18.

Digitized by Google

« dedecoraverunt manus meas et pedes meos : » quibus protinus additur : « Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem [77] ; » quod quidem Aquila sic edidit : « Dividentsibi vestimentum meum, et super vestem meam mittent sortem ; » Symmachus vero, « Partiti sunt vestimenta mea inter se, et de veste mea conjecerunt sortem. » Illud quoque in passione adimpletum est, cum qui crucifixerant eum, « acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit [78]. » Quibus adjicit evangelista : « Ut Scriptura impleretur dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem [79]. » Hæc quidem prophetia de eo secundum Hebraicum sicut ἐννᾶ continet ; quapropter adjicitur et in psalmo quemadmodum et in Evangeliis, « Benedictus qui venit in nomine Domini [80], » quod quidem mihi significare videtur : Salva, benedictus, qui venis in nomine Domini, Patris et Dei omnium.

A αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἰκρίου ἤλοις αὐτοῦ τάς τε χεῖρας καὶ τοὺς πόδας περιέπειραν· καὶ καλόν γε εἰ ἀπαιτοίη τις ἀπὸ Γραφῆς παραστῆσαι, ὡς ἄρα καὶ σταυρον ὑπομεῖναι ὁ Χριστὸς προείρητο, μετὰ καὶ ἄλλων τῶν τούτου παραστατικῶν καὶ τὸ « Ὤρυξαν, » καὶ μᾶλλον τὸ, « ἴσχυναν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, » παραθέσθαι· οἷς ἑξῆς ἐπιφέρεται τὸ, « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· » ὅπερ ὁ μὲν Ἀκύλας οὕτως ἐξέδωκεν, « Μερίσουσιν ἱματιόν μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ ἐνδυσίν μου βαλοῦσι κλῆρον· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Διενέμοντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ περὶ ἐσθῆτος μου ἐλάγχανον· » ὃ καὶ αὐτὸ ἅμα τα τῷ πάθει πεπλήρωται, ὅτε οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν « λαβόντες τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα· ἦν δὲ ἄρ- B ῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου, διὸ καὶ εἶπαν πρὸς ἀλλήλους· Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται· » οἷς ἐπιφέρει λέγων ὁ εὐαγγελιστὴς, « Ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, τὸ Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Καὶ ταῦτα (f. 23) μὲν ἡ προφητεία περὶ αὐτοῦ τὸ Ἑβραϊκὸν ὡσεὶ ἐννᾶ περιέχει· ᾧ ἀκολούθως ἐπιφέρεται καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ ὥσπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, τὸ « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· » ὅπερ τοιοῦτόν τί μοι δηλοῦν ἔοικεν· Σῶσον δή, εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων.

CAPUT XIV.

E psalmo centesimo tricesimo primo.

« Juravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum : de fructu ventris tui ponam super sedem tuam [81]. » Et rursus : « Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusione : super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea [82]. » Hic manifeste Davidi cum jurejurando a Deo promissio de Christo datur, quasi e semine ejus nascituro, ejusque thronum conscensuro. Multam hic locus explanationem desideraret, cum non videatur corporaliter Christus super Davidis solium ejusque regnum consedisse ; quod vero præteribimus, cum a proposito nostro alienum sit hujus psalmi interpretationi vacare. Prudenter enim necesse est non uno Scripturæ loco, si non possit corporali sensu Christo accommodari, quæ multis locis manifeste de eo dicta sunt rejicere. Sincerum igitur verbum sequentes, et ipsi divinæ innixos Scripturæ, attendere decet, quod alicubi ipsum mendicum quemdam, et vilem, et ignobilem, neque speciem habentem neque decorem, venturum esse prænuntiat, alias vero regem conspicuum prædicat. Quorum quædam quidem et corporaliter impleta esse possunt, quædam vero, solummodo secundum spiritualem Scripturæ sensum, in secundo ejus adventu implenda existimandum. Attamen rex Judæorum vocatus est Dominus noster in primo ejus adventu, non ut factum est Pilato jubente cruci ejus Græcis, Romanis et Hebraicis litteris inscribi : *Hic est rex Judæorum* [83].

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ψαλμοῦ ρλα'.

« Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτὸν, Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. » Καὶ πάλιν, « Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυὶδ, ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου. Τοὺς ἐχθρούς σου ἐνδύσω αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἁγίασμά μου. » Καὶ ἐνταῦθα σαφῶς τῷ Δαυὶδ μεθ' ὅρκου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία περὶ τοῦ Χριστοῦ δίδοται, ὡς ἂν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γενηθήσεσθαι μέλλοντος, καὶ καθέξοντος αὐτοῦ τὸν θρόνον. Πολλῆς δ' ἐξετάσεως χρῄζοι ἂν τὰ κατὰ τοὺς τόπους, ἐπεὶ μὴ δοκῇ σωματικῶς ὁ Χριστὸς ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ Δαυὶδ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κεκαθικέναι, ἃ καὶ ὑπερθησόμεθα διὰ τὸ μὴ τῆς παρούσης εἶναι πραγματείας παρὰ τὸν προκείμενον σκοπὸν κατατρίβειν τὴν σχολὴν ἐπὶ τὴν τοῦ ψαλμοῦ διήγησιν· εὐγνωμόνως δέ τοι χρὴ μὴ ἀπὸ μιᾶς Γραφῆς, εἰ μὴ εἴη δυνατὴ κατὰ τὸ σωματικὸν ἐφαρμόζειν τῷ Χριστῷ, τὰ πολλαχῆ σαφῶς D περὶ αὐτοῦ εἰρημένα παρακρούεσθαι· ἑπομένους γε μὴν ἀληθεῖ λόγῳ, καὶ αὐτῇ τῇ θείᾳ παρισταμένους Γραφῇ, ἐφίσταναι προσήκει, ὃς ποτὲ μὲν αὐτὸν πτωχόν τινα καὶ εὐτελῆ καὶ ἄτιμον, μὴ ἔχοντα εἶδος μηδὲ κάλλος, ἐλεύσεσθαι προφητεύει, ἄλλοτε δὲ βασιλέα ἔντιμον αὐτόν φησιν· ὧν τὰ μὲν καὶ σωματικῶς ἀποπεπληρῶσθαι δύναται, τὰ δὲ κατὰ μόνον τὸν πνευματικὸν τῆς Γραφῆς νοῦν, ἤδη δέ τινα καὶ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν πληρωθήσεσθαι προσδοκητέον. Πλὴν καὶ βασιλεὺς Ἰουδαίων ἐχρημάτισεν ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν, οὐχ ὡς ἔτυχε τοῦ Πιλάτου κελεύσαντος ἐπιγραφῆναι αὐτοῦ τῷ σταυρῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς τὸ, *Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.*

[77] Psal. xxi, 19. [78] Joan. xix, 23, 24. [79] ibid. 24. [80] Matth. xxi 9. [81] Psal. cxxxi, 11. [82] ibid. 17, 18. [83] Matth. xxvii, 37.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ψαλμοῦ ρμα'.

Καὶ τὸ ἐνθάδε λεγόμενον, « Ἐμὲ ὑπομενοῦσι δίκαιοι ἕως οὗ ἀνταποδῷς μοι, » ἔοικεν ἐκ προσώπου λέγεσθαι τοῦ Σωτῆρος· τίνα γὰρ ἄλλον ὑπομενοῦσι δίκαιοι ἕως οὗ ἀνταποδῷ αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἢ τοῦτον; Ἐπεὶ καθὼς εἴρηταί που περὶ τῶν πάλαι δικαίων, ὡς ἄρα « Μαρτυρηθέντες οὐκ ἐκομίσαντο τὰς ἐπαγγελίας, τοῦ Θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ ἡμῶν προβλεψαμένου ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. » Δῆλον δ' ὅτι αὐτὸν ὁρᾷ τὸ ῥητὸν ἀπὸ τοῦ καὶ τὰ κατὰ τὸ πάθος αὐτοῦ ἐν τῷ ψαλμῷ ἀκολούθως ταῖς ἄλλαις προφητείαις προσημαίνεσθαι· γέγραπται γοῦν, « Ἐχεῦ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου, τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου, καὶ σὺ ἔγνως τὰς τρίβους μου· ἐν ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι· » καὶ πάλιν, « Ῥῦσαί με ἐκ τῶν καταδιωκόντων με. (f. 23 v°) Ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. » Τούτοις ἑξῆς καὶ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ εὐχόμενός φησιν· « Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου· » οἷς ἐπιφέρει τὸ, « Ἐμὲ ὑπομένουσι δίκαιοι ἕως ἀνταποδῷς μοι. » Ὑπέμειναν οὖν τὸν Χριστὸν πάντες ἐκεῖνοι οἱ δίκαιοι ἕως οὗ ἀνταποδῷ αὐτῷ ὁ Πατὴρ, ἀνθ' ὧν « ἐκένωσεν ἑαυτὸν, ὑπήκοος αὐτῷ γενόμενος μέχρι θανάτου. » Τίνα δὲ ἀνταποδῷ αὐτῷ ἢ « τὰ ἔθνη κληρονομίαν, καὶ τὴν κατάσχεσιν αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς· » ἵν' ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ ὁ πᾶς Ἰσραὴλ σωθῇ, καὶ ὅλα δὲ τὰ ἐν τῷ ψαλμῷ ἐφαρμόσαι ἂν τῷ Χριστῷ, τὰ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν αὐτοῦ, καθ' ἣν ἐπεβουλεύθη, περιέχοντα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΣ'.

Ψαλμοῦ ρμγ'.

Ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ λέγεται, « Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς καὶ κατάβηθι, » ἐν δὲ τῷ ιζ', « Καὶ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη. » Ἐσημειωσάμεθα μὲν οὖν κἀκεῖ καὶ τὸ ῥητὸν, καὶ ἐνταῦθα δὲ ταυτὸν ποιοῦντες περὶ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ταῦτα λέγεσθαι ὑπειλήφαμεν. Κλίνας γὰρ οὐρανοὺς τῷ κενῶσαι ἑαυτὸν τῆς ἐπουρανίου καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ δόξης, εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς κατελήλυθε δι' ἣν ἀνεδέξατο ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας οἰκονομίαν· ὅθεν πρὸ τοῦ ἐκτεθέντος ῥητοῦ ἀποθαυμάσας ὁ λόγος φησί· « Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι λογίζῃ αὐτόν; » Εἰς τοῦτο γὰρ κλίνας τοὺς λεγομένους οὐρανοὺς κατελήλυθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς ἂν γνωσθείη ἐνανθρωπήσας τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει πρότερον ἀγνοούμενος αὐτῷ· καὶ οὐ περιεφρόνησεν παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος τὸν γενόμενον υἱὸν ἀνθρώπου, τοῦτ' ἔστι πᾶσαν τὴν λογικὴν καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενομένην ψυχήν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τοῦ ψαλμοῦ πνευματικῶς ἐκλαμβάνων νοήσεις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ψαλμοῦ ρμζ'.

Καὶ τὸ, « Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ,

CAPUT XV.

E psalmo centesimo quadragesimo primo.

Quæ hic dicuntur : « Me exspectant justi, donec retribuas mihi[84] : » de Salvatoris persona dici videntur. Quem enim alium exspectabunt justi, donec Deus retribuat ei, nisi hunc ipsum? Sicut enim dictum est de prioribus justis, « Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur[85], » patet quod eum indicat psalmus per passionis tempus et ab eo tempore ostendi similiter ac in aliis prophetiis. Scriptum est igitur : « Effundo in conspectu ejus orationem meam, et tribulationem meam ante ipsum pronuntio. In deficiendo ex me spiritum meum, et tu cognovisti semitas meas. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi[86]; » et rursus : « Libera me a persequentibus me : quia confortati sunt super me[87]. » Post hæc continuo de sua a mortuis resurrectione orans dicit : « Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : me exspectant justi, donec retribuas mihi[88]. » Exspectaverunt igitur omnes hi justi donec ei retribuat Pater, eo quod « exinaniens semetipsum, obediens ei factus est usque ad mortem[89]. » Quæ vero retribuet ei, nisi « gentes hæreditatem, et possessiones ejus terminos terræ[90]; » ut, cum consummatio gentium eveniet, tunc et omnis Israel salvetur, omniaque quæ in psalmo dicta sunt, ad ejus incarnationem in qua insidiati sunt ei, referantur.

CAPUT XVI.

E psalmo centesimo quadragesimo tertio.

In hoc psalmo dicitur : « Domine, inclina cœlos tuos et descende[91]; » et in decimo septimo : « Inclinavit cœlos et descendit[92]. » Ostendimus jam, et nunc iterum hæc de Verbo Dei commemorari demonstramus. Inclinans enim cœlos, cum cœlestem, et Dei gloriæ formam exueret, in profundissima terræ descendit ea specie quam pro hominum salute accepit. Unde ante hæc quæ retulimus verba psalmus admirans dicit : « Domine, quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum[93]? » Inclinatis ergo, sicut diximus, cœlis, descendit Dei Verbum, ut cognitus fieret incarnatus hominum generi, quod prius ignorabat eum; neque contempsit parvique duxit filium hominis, id est omnem spiritalem et ad imaginem Dei factam animam. Reliqua vero psalmi spiritaliter intelligentibus perspicua erunt.

CAPUT XVII.

E psalmo centesimo quadragesimo septimo.

« Qui emittit eloquium suum terræ, velociter

[84] Psal. CXLI, 8. [85] Hebr. XI, 39, 40. [86] Psal. CXLI, 3, 4. [87] ibid. 7. [88] ibid. 8. [89] Philipp. II, 8. [90] Psal. II, 8. [91] Psal. CXLIII, 5. [92] Psal. XVII, 10. [93] Psal. CXLIII, 3.

Digitized by Google

currit sermo ejus[94]. » Hoc intelligendum videtur, quasi docente hoc loco Scriptura aliquid substantialiter esse Dei Verbum, cum sit alius ac Pater qui misit eum. Attende quomodo congruenter adjiciatur : « Donec velociter currit sermo ejus. » Hoc adimpletum videre est post incarnationem Christi, adeo brevissimo temporis spatio, atque in omnem terram paucis annis usque ad terminos terræ diffusa ejus disciplina.

CAPUT XVIII.

E psalmo centesimo quadragesimo octavo.

Quæ hic dicuntur : « Laudent nomen Domini, quia ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt[95], » in testimoniis de Dei Verbo in initio apud Deum jam retulimus. Dei Verbum, nomenque ejus quadam denominatione de eo cogitationes designare compertum habentes. Cum igitur dictum est : « Laudate Dominum[96], » passim congruenter jubet Spiritus Patrem laudare, nomine ejus commemorato, « quoniam ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt. » Igitur præcipiens atque imperans esset omnium Deus et Pater, subministrans vero Dei Verbum, et patriæ voluntati obediens in rerum omnium creatione. Animadvertendum est hæc eadem in tricesimo secundo psalmo expresse dici : « Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt[97]. » Sed ibi quidem terra terramque inhabitantes designantur; hic vero quæ in cœlis sunt, excelsissimi angeli et potestates, sol, et luna, et sidera, et omnia quæ sacra enumerat Scriptura, docent nos quod per Verbum, ut ait sanctus Apostolus, « condita sunt universa in cœlis, et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates : omnia per ipsum et in ipso creata sunt[98] : et sine ipso nihil factum est[98a]. »

Hæc nostra in Psalmos explanatio. Post brevius et proposito idoneum summarium, cæteras in poeticos libros, primoque in prophetas eclogas aggrediemur.

ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ, » παρασημειώσασθαι ἔδοξεν, ὡς διδασκούσης καὶ ἐνταῦθα τῆς Γραφῆς ὡς ἄρα ὑπόστατόν τι πρᾶγμα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τυγχάνει, ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἀποστέλλοντα αὐτῷ Πατέρα· ὅρα δὲ πῶς ἐξῆς ἐπιφέρεται τὸ, « Ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ· » ὃ καὶ αὐτὸ πεπληρωμένον ἔστιν ἰδεῖν μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, οὕτω ἐν σφόδρα βραχεῖ χρόνῳ διαδραμούσης, καὶ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐν οὐ πολλοῖς ἔτεσι μέχρι καὶ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης κεκρατηκυίας αὐτοῦ τῆς διδαχῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ψαλμοῦ ρμη'.

Καὶ τὸ ἐνθάδε λεγόμενον, « Αἰνεσάτωσαν τὸ ὄνομα Κυρίου, ὅτι αὐτὸς εἶπεν καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν, » ἐν τοῖς περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν Θεοῦ Λόγου μαρτυρίοις ἀνελεξάμεθα, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ ὄνομα αὐτοῦ χρηματίζειν μεμαθηκότες κατά τινα προσηγορίαν τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπινοιῶν· μετὰ γοῦν τὸ προειπεῖν, « Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, » τάδε καὶ τάδε ἀκολούθως παρακελεύεται τὸ Πνεῦμα αἰνεῖν (*f.* 24) μετὰ τὸν Πατέρα, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπιλέγων, « Ὡς ἄρα αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Ὁ μὲν οὖν προστάττων καὶ ἐντελλόμενος εἴη ἂν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Πατήρ, ὁ δ' ὑπουργῶν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐξυπηρετούμενος τῷ πατρικῷ θελήματι πρὸς τὴν τῶν γενητῶν δημιουργίαν. Τηρητέον δ' ὅτι καὶ ἐν λϛ' ψαλμῷ κατὰ λέξιν ἐμφέρεται τὸ, « Αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· » ἀλλ' ἐκεῖ μὲν περὶ τῆς γῆς καὶ τῶν κατοικούντων τὴν οἰκουμένην εἴρηται, ἐνθάδε δὲ περὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς καὶ τῶν λεγομένων ἐν ὑψίστοις ἀγγέλων τε καὶ δυνάμεων, ἔτι τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων, καὶ πάντων τῶν ἐξῆς συγκατειλεγμένων, διδασκούσης ἡμᾶς τῆς θείας ἐν τούτοις Γραφῆς, ὡς ἄρα διὰ τοῦ Λόγου κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον « Ἐκτίσθη τὰ πάντα τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε ὁρατά, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἔκτισται· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. »

Τοσαῦτα μὲν δὴ τὰ ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν· μετρίαν δὲ καὶ αὐτάρκη τοῦ λόγου περιγραφὴν εἰληφότος, ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς τὰς ἀπὸ τῶν λοιπῶν στιχηρῶν καὶ ἐξῆς τὰς ἀπὸ τῶν προφητῶν ἐκλογὰς ποιησόμεθα.

HÆC IN TERTIO PROPHETICARUM DE CHRISTO ECLOGARUM LIBRO CONTINENTUR.

E Proverbiis.

De Dei Verbo quasi de Sapientia substantialiter existente et ante sæcula a Deo creata, diversaque ab eo, et cum eo universis rebus consulente.

De Christo quasi Regis Filio et de ejus apostolis.

De Christo quasi viro, et de ejus in cœlos ascensione : de gentium dominatione.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ Γ' ΤΟΜΩ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΠΡΟΦΗΤΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΩΝ.

Ἀπὸ τῶν Παροιμιῶν.

Περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὡς περὶ Σοφίας οὐσιωδῶς ὑφεστώσης καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθείσης ἑτέρας τε παρ' αὐτὸν οὔσης, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν ὅλων ἐπιμελόμενος (sic).

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Υἱοῦ Βασιλέως καὶ περὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀνδρὸς, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσεως αὐτοῦ· καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κατακρατήσεως.

[94] Psal. CXLVII, 4. [95] Psal. CXLVIII, 4, 5. [96] ibid. 1. [97] Psal. XXXII, 9. [98] Coloss. I, 16. [98a] Joan. I, 3.

Digitized by Google

Ἀπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ. | *Ex Ecclesiastico.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ πένητος σοφοῦ· καὶ περὶ τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. | *De Christo quasi inopi sapiente : de diabolo et Antichristo.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ πένητος σοφοῦ· καὶ περὶ τοῦ διαβόλου, καὶ περὶ τῆς Ἐκκλησίας. | *De Christo quasi inopi sapiente : de diabolo et Ecclesia.*

Ἀπὸ τοῦ Ἄσματος. | *E Cantico.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ νυμφίου, καὶ τῆς τῶν ἁγίων Ἐκκλησίας ὡς νύμφης, καὶ περὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις ἐπικεκρυμμένων μυστηρίων. | *De Christo quasi sponso, et de sanctorum Ecclesia quasi sponsa, de absconditis in hoc libro mysteriis.*

Ἀπὸ τοῦ Ἰώβ. | *Ex Job.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περιπατήσαντος ἐπὶ θαλάττης, καὶ τὸ μέγα κῆτος χειρωσαμένου. | *De Christo quasi super mare ambulante et magnum cete devincente.*

Περὶ τῆς εἰς τὸν Ἅδην τοῦ Χριστοῦ καθόδου. | *De Christi in infernum descensu.*

(F. 24 v°) Περὶ τῆς τοῦ διαβόλου πρὸς τὸν Χριστὸν πάλης. | *De diaboli in Christum certamine.*

Ἀπὸ τοῦ Ὡσηέ. | *Ex Osee.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ παρθῆρος. | *De Christo quasi panthera.*

Περὶ τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἀποβολῆς, καὶ τῆς τοῦ βασιλείου αὐτῶν καταπαύσεως, τῆς τε τοῦ Χριστοῦ ἐξ Αἰγύπτου μετακλήσεως. | *De Israel repudio, de regni eorum eversione, et de Christi ex Ægypto revocatione.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Θεὸς ὀνομαζόμενος, Κύριον ὁμολογεῖ τὸν Πατέρα. | *Quomodo Deus Verbum Deus nominatus Dominum vocat Patrem.*

Ἀπὸ τοῦ Ἀμῶς. | *Ex Amos.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος ὀνομαζόμενος ἕτερον παρ' ἑαυτὸν εἶναι τὸν Πατέρα διδάσκει. | *Quomodo Deus Verbum Dominus nominatus alium ac se esse Patrem docet.*

Περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ. | *De Christi apud homines commoratione.*

Ἀπὸ τοῦ Ἀβδειοῦ. | *Ex Abdia.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος καὶ Θεὸς ὀνομαζόμενος ἀκηκοέναι τινὰ παρὰ Κυρίου ὁμολογεῖ. | *Quomodo Deus Verbum Dominus et Deus nominatus, audita fuisse quædam a Domino confitetur.*

Ἀπὸ τοῦ Ἰωνᾶ. | *E Jona.*

Ὡς ἡ περὶ τὸν Ἰωνᾶν οἰκονομία τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν σημαίνει. | *Quomodo Jonæ historia Christi passionem ejusque a mortuis resurrectionem indicat.*

Ἀπὸ τοῦ Μιχαία. | *E Michæa.*

Περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ὡς περὶ Κυρίου. | *De secundo Christi adventu, quasi Domino.*

Περὶ τῆς τοῦ προτέρου λαοῦ καὶ τῆς Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Σιὼν ὄρους ἐρημίας, καὶ περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ὄρους, καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν προσαγωγῆς· καὶ τοῦ καινοῦ νόμου τοῦ κατὰ τὴν καινὴν Διαθήκην. | *De vetere populo, de Israel, montisque Sion solitudine, de manifestatione Christi quasi montis, et de gentium institutione ; de nova lege et de novo Testamento.*

Περὶ Βηθλεὲμ καὶ τῆς ἐν αὐτῇ τοῦ Χριστοῦ γενέσεως· καὶ ὡς πρὸ τῶν αἰώνων ὁ Χριστὸς ὑπῆρχεν. | *De Bethlehem et de Christi in ea nativitate ; et quomodo ante sæcula Christus exsistebat.*

Ἀπὸ τοῦ Σοφονίου. | *E Sophonia.*

Περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως. | *De Christi resurrectione et de gentium vocatione.*

Ἀπὸ τοῦ Ζαχαρία. | *E Zacharia.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος παντοκράτωρ ὀνομαζόμενος ὑπὸ Κυρίου παντοκράτορος τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι λέγει. | *Quomodo Deum Verbum Dominum omnipotentem nominatum, a Domino omnipotente Patre missum fuisse dicit.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος ὀνομαζόμενος ἥξειν ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ προλέγει τὰ ἔθνη ἐπ' αὐτὸν καταφεύξεσθαι ἀπεσταλμένον ὑπὸ Κυρίου παντοκράτορος. | *Quomodo Deus Verbum Dominus nominatus venturum esse ad Jerusalem prædicit, gentes ad ipsum se concessuras missum a Domino omnipotente.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ· καὶ ὅτι αὐτὸς ἀνὴρ Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἐκκλησίας. | *De Christo quasi Jesu filio Josedec ; et quod ipse vir Oriens nomen ei, et de Ecclesiæ ædificatione.*

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Βασιλέως ἥξοντος ἐπὶ ὑποζυγίῳ καὶ πώλῳ, καὶ ὀλοθρεύσοντος τὸ πάλαι οἰκοῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ τῶν Ἰουδαίων ἱππικόν τε καὶ ὁπλιτικόν· καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν εἰρήνης. | *De Christo quasi Rege venturo in ea quæ sub jugo est et in pullo ejus, et eversuro Judæorum equites et armatos qui olim habitabant in Jerusalem ; de pace gentium.*

Ὡς ὁ Θεὸς Λόγος Κύριος ὀνομαζόμενος, Κυρίου τοῦ Πατρὸς μέμνηται. | *Quomodo Deus Verbum Dominus nominatus, Dominum Patrem meminit.*

Digitized by Google

De triginta denariis quibus Judas Judæorum magistratibus Christum tradidit, quos nunc Chananæos Scriptura vocat; de eorum rejectione.

De Christi passione; de apostolorum ob eum scandalizatione.

De secunda Christi manifestatione.

Ex Aggæo.

De Judæorum reprobatione, de eorum sacrificiorum eversione, de Christi super universam terram Ecclesiis.

De novo Testamento, de lege veritatis, de Christo quasi omnipotentis Domini angelo.

De secunda Christi manifestatione quasi angeli Testamenti Dei.

De Christo quasi sole justitiæ.

E Jeremia.

De passione Christi quasi agni.

De passione Christi, de Judæorum excidio, et de Jerusalem vastatione.

De gentium vocatione, de Judæorum impietate, et inprimis de traditore Juda.

De Christo quasi Rege e Davidis semine, de Ecclesiæ sacerdotio in sæcula permanente.

De novo Testamento a vetere Moysis diverso, de Evangelii legibus.

E Threnis.

De Christi passione et de vocatione gentium.

E Baruch.

De Christo quasi Deo a cœlis descendente atque apud homines commoraturo.

Ex Ezechiele.

De Christo quasi Davide orituro pastore et de novo Testamento.

De Christo quasi Davide orituro pastore et de novo Testamento.

E Daniele.

De Christo quasi lapide, de æterno ejus regno.

De Christo quasi Dei Filio.

De Christi adventu quasi hominis Filii, et de æterno regno ejus.

De septuaginta hebdomadibus, et quomodo Christi temporibus complebuntur; quibus elapsis prophetizat totum Judæorum populi excidium.

A Περὶ τῶν λ' ἀργυρίων ἀφ' ὧν ὁ Ἰούδας προὔδωκε τὸν Χριστὸν τοῖς Ἰουδαίων ἄρχουσιν, οὓς νῦν ὁ λόγος Χαναναίους καλεῖ· καὶ περὶ τῆς ἀποβολῆς αὐτῶν.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ· καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων ἐπ' αὐτῷ σκανδαλισμοῦ.

Περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας.

(F. 25) Ἀπὸ τοῦ Ἀγγαίου.

Περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀποβολῆς, καὶ τῆς τῶν θυσιῶν αὐτῶν καθαιρέσεως τῶν τε τοῦ Χριστοῦ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν.

Περὶ τῆς καινῆς Διαθήκης, καὶ τοῦ νόμου τῆς ἀληθείας τοῦ Χριστοῦ ὡς ἀγγέλου Κυρίου παντοκράτορος.

Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀγγέλου τῆς Διαθήκης τοῦ Θεοῦ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἡλίου δικαιοσύνης.

B Ἀπὸ τοῦ Ἱερεμίου.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ ἀρνίου.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἀφανισμοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως τῆς Ἱερουσαλήμ.

Περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων δυσσεβείας, καὶ ὀνομαστὶ περὶ τοῦ προδότου Ἰούδα.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Βασιλέως ἐκ σπέρματος Δαυΐδ, καὶ τῆς εἰς αἰῶνας συστάσης ἐκκλησιαστικῆς ἱερουργίας.

Περὶ τῆς καινῆς Διαθήκης ἑτέρας παρὰ τὴν διὰ Μωϋσέως παλαιάν· καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον νόμων.

Ἀπὸ τῶν Θρήνων.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως.

C Ἀπὸ τοῦ Βαρούχ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Θεοῦ ἐξ οὐρανῶν κατιόντος καὶ μετὰ ἀνθρώπων πολιτευσομένου.

Ἀπὸ τοῦ Ἐζεκιήλ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Δαυΐδ ἀναστησομένου ποιμένος, καὶ περὶ τῆς καινῆς Διαθήκης.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ τοῦ Δαυΐδ ἀναστησομένου ποιμένος, καὶ περὶ τῆς καινῆς Διαθήκης.

Ἀπὸ τοῦ Δανιήλ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ λίθου· καὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Υἱοῦ Θεοῦ.

Περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ὡς περὶ Υἱοῦ ἀνθρώπου· καὶ περὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας αὐτοῦ.

D Περὶ τῶν ἑβδομήκοντα ἑβδομάδων, καὶ ὡς ἐπὶ τοὺς χρόνους τοῦ Χριστοῦ συμπληροῦνται μεθ' οὓς προφητεύεται τὰ περὶ τοῦ παντελοῦς ὀλέθρου τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ.

PROŒMIUM.

Post eclogas de Psalmis, cæteras de reliquis poeticis libris, nec non de prophetiis in tertia hac collectione propheticarum Christi eclogarum, octava *Universalis elementariæ introductionis*, conscribemus, jam prius animadversione facta quod prophetas vera dicere minime possibile est, nisi ab iis confirmetur in Salvatorem et Dominum nostrum Jesum Christum fides, neque nostram in Christum fidem stabilius ædificari, nisi prophetis ab initio de Christo demonstrationes firmiter credentibus. Ex-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

(F. 25 v°) Μετὰ δὴ τὰς ἀπὸ τῶν Ψαλμῶν ἐκλογὰς τὰς ἀπὸ τῶν λοιπῶν στιχηρῶν καὶ τῶν ἐξῆς προφητειῶν ἐν τρίτῳ τούτῳ συγγράμματι τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ Προφητικῶν Ἐκλογῶν, ὀγδόῳ ὄντι τῆς *Καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς*, ἀναλεξώμεθα, προεπισημηνάμενοι ὅτι μήτε τὰ τῶν προφητῶν ἐπαληθεύειν δυνατόν, ἢν μὴ οὐχὶ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως αὐτοῖς συμπαραλαμβανομένης, μήτε τὰ τῆς ἡμετέρας εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως λογικώτερον κρατύνεσθαι, μὴ

Digitized by Google

